
EX
LIBRIS
JANUSZA
SKALSKIEGO

EPITOMES
Omnium Galeni
PERGAMENI OPERUM, VNIVERSAM ILLIUS VIRI DOCTRINAM, & methodú, quàm accuratissimè continétis,

SECTIO SECVNDA:

PER ANDREAM LACVNAM *Secobiensem, Doctorem Medicum, atq; ex sacro Militum Sancti Petri apud Vrbem collegio, Auratum Equitem, summa fide atq; studio collecta.*

CAVTVM EST PONTIFICIA, CÆSAREA, & Christianissimi Regis, Augustissimiq; Senatus Veneti authoritate & decreto, ne quis impunè hoc opus aut cudat, aut ab alio excusum, quàm à Hieronymo Scoto, exponat venale.

VENETIIS M. D. XLVIII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO Patri, D. D. Nicolao Vinceio, Episcopo Balneo=regiensi, ac S. D. N. P. III. Datario Vi=gilantißimo, Sapientißimoq;, dirigitur liber de sanitate tuenda, ad Pontifi=cem Maximum.

I liber, & quam fers, Domino impartire salutem,
Viuat ut admonitu tempora longa tuo.
Sis licet exiguus, tecum sed Nestoris annos,
Multaq; conciso corpore secla geris.
Verùm ne nimium timidus uideare, uel audax
Materiæ pecces utilitate tuæ:
Scis, cui magnarum Paulus molimina rerum,
Eius ut arbitrio stentq;, cadantq;, dedit:
Qui sacras dispensat opes, qui ne quid ab ullo
Tentetur contra iusq; piumq;, cauet:
Huic uni te crede liber: si duxerit intrò,
Et patrocinio iuuerit ille suo,
Res tunc facta tibi fuerit, nihil amplius optes.
Sed propera ad sacros oscula ferre pedes.

SANCTISSIMO D. N. P. III. P. M. Andreas Lacuna, Secobiensis, Miles S. Petri, S. P. D.

QVI *ut Medicam artem exterminent, eamq; nõ esse ex usu mortalibus psuadeant, summũ diem ita hominibus esse à Deo præfinitũ contendunt, ut non modò non produci, sed ne quidẽ ante illã metam ullo pacto uita intercipi queat, ij, Beatiß. Pater, præter quàm q falsa & inania loquuntur, omnem ferè humanam prouidentiã è medio tollũt. Quocirca tametsi sycophantæ id genus, infestißimi sint Medicinæ ipsius hostes, eamq; aßiduis sauciẽt uulneribus, eius tamẽ sunt ope et præsidio curandi: quum grauißimo laborẽt animi morbo, correptiq; phrenitide, aut alia quauis animi alienatione, talia insanire cogantur. Infixit autẽ hãc opinionem compluriũ mentibus, quod legitur apud prophetã Iob, Deũ cõstituisse terminos homini, qui præteriri non possent: id quod sanè est uerißimum. Deus quippe & Natura non hominibus tantum, sed etiã animantibus uniuersis (sub quibus cõprehendo stirpes) constituerunt ceu quẽdam suæ durationis atq; periodi apicem, ad quem singula puenire possent, si omnes occasiones effugerẽt, quæ interitum præcocem accersunt. Quũ autem hic uitæ cursus in singulis animalibus, ab insito, uitaliq; humore p=*

ficiſcatur,portionem cuius in prima generatione nõ om
nia fuerũt parem ſortita,meritò,mea quidem ſententia,
illa durabiliora erũt, q̃bus eius copia largior obtigerit:
uitæ uerò breuioris,q̃bus humor is inſit parcior. Quẽad
modum igitur ſi cõſeruemus oleũ puriſsimũ, ſemꝑ illi in
ardebit flãmula,q̃diu oleum ipſum durauerit: extingue
tur autem,ipſo oleo abſumpto:pari etiam ratione, ſi hu
morem natiui caloris fomitem,immunem ab omni corru
ptela tueamur,nõ defungemur uita,donec ipſe ꝓrſus nos
deſerat:quod ubi acciderit, produci amplius dies noſtri
non poſſunt:ac ꝓinde is erit uerè ultimus uitæ terminus:
quem nimirũ tranſgredi nulla homo induſtria, aut ratio
ne poteſt. Quòd ſi quiſpiam Dei donum ac beneficiũ con
temnens,aut uitam exoſam habens,prius q̃ ad finem ſibi
deſignatũ aduentet,det ſeipſum præcipitem,diſrũpat'ue
crapula & uino:præuidit quidem huic talem Deus exi=
tum:non præfiniuit autem:quũ ipſum ſuo in cõſilio atq;
imperio uoluntatis reliquerit. Eſt itaq; ſingulis iam ſua
extrema dies, ad quã utiq; peruenire,uſi optima uictus
ratione,poſsint,à Parcis ipſis præfixa: quam quidem ut
præterire nemini ab illis eſt datum:ſic etiam ut eam con
ſequantur, ſolis contingit illis, qui præceptis Medicorũ
audientes,& tẽperãtiſsimè uiuunt, & fouere uapidum
illum humorẽ, uitæ authorem, omnibus modis conãtur:
ad quam rem plurimũ confert cum exquiſitiſsimo uictu,
exercitijsq; modicis,etiam regio uel admodum tẽperata,
uel ad frigus magis q̃ ad calorem declinãs. Pro uarijs ſi
quidem ipſius cœli conſtitutionibus,conſtat hominum tẽ
peramenta,adeoq; ætates ipſas uariari. Aethiopes quip=

pe(id quod tradit ex Aſclepiade Galenus libro de philo=
ſophica hiſtoria)circa triceſimum annum ſeneſcũt: q̃ ſub
ardentiſsimo ſole,eorum calor genuinus q̃ citiſsimè unà
cum ſubiecto humore euaneſcat. Angli uerò, Daniq;,
ob contrariam cauſam,ad uiceſimum ſupra centeſimum
annum,niſi propria pereant intemperantia, ſolent uitã
ipſam ꝓtrahere. At Hiſpani,ut ſitu ſunt medij inter hos,
ſic uitã illis quidem longiorem:his autem longè breuio=
rem, ſortiuntur. Inter omnes porrò tẽperies atq; conſti=
tutiones ambientis,quas mihi experiri contigit,nullam
hactenus adeò ꝓpitiam reperi,tum hominibus, tum fru
ctibus uniuerſis,atq; eſt hæc qua ꝑfruuntur Veneti: apud
quos, fructus quidem ipſi q̃diutiſsimè incorrupti & ſuc
culenti ſeruãtur:homines autẽ,uegeti,floridiq;,raròni=
ſi extremo ſenio abſumũtur. Id quod ſanè eſt in cauſa,ut
Venetijs paſsim tot ſenes, tamq; reuerendi, cernantur.
Romæ uerò contrà,perpauci inueniuntur ueri atq; ge=
nuini ciues ſexagenarij. Quòd ſi qui exteri illuc ætate
ingraueſcentes confluant,intercipiuntur breui: quod cer
tè argumentũ efficaciſsimum eſt,te, Beatiſsime Pater, ſin
gulari modeſtia & temperantia tua,peruiciſſe maligni=
tatem ſyderis: quippe qui ſenſibus uniuerſis integris,ab
ſolutiſsimiſq;, tam uenerandam canitiem indeptus atq;
aſſequutus fueris: ad quam quidẽ nobis fœliciter cõſer=
uandam, producendamq; in multa annorum curricu=
la,quæcunq; de tuenda ualetudine Galenus Pergamenus
conſcripſit,ea omnia nuper inſtigatione Excellentiſsimi
Viri Ioannis Aquilerij, tui Medici longè uigilantiſsimi,
à me & caſtigata, & in enchiridion coacta,dicare Tuæ

Beatitudini statui: sperans fore, ut hoc erga T. S. officiũ meum pijs omnibus q̃ gratißimum esset, ac praecipuè Illustrißimo & Reuerendiß. D. D. Francisco à Bouadilla et Mendozza, Cardinali Cauriensi, Patronoq; meo singulari: qui Beatitudinis Tuae amãtißimus, nihil tam habet in uotis, q̃ ut eam diu Christus seruet superstitem. Quare unicè T. S. oro, Beatißime Pater, ut quemadmodum superioribus diebus periochen illam de uictus & exercitij ratione à nobis oblatam, uultu hilari suscepisti, sic salutares hos cõmentarios, quos offerimus denuo, suscipias: exiguos quidem, sed ea imbutos eruditione & doctrina, quae poßit mirè tuum oblectare animum, teq; manu placidißima ducere ad extremum illud senectutis fastigium, quod omnes cupimus, quodq; prius q̃ assequaris, tibi lõgum adhuc iter est conficiundum: quũ nõ dubitem quin, si Galeni institutis & documentis usus, pro solita etiam sapientia tua, constantiaq;, & animi magnitudine insuperabili, fausta omnia & aduersa, breuiterq; uniuersas humanarum rerum uicissitudines, eodem animo tuleris, adhuc sis uicturus nobis diutißimè. Quod quidem Ecclesiae suae largiri dignetur Deus Opt. M. Vale.

Venetijs: ex aedibus Illustrißimi D. D. Ioannis Furtadi à Mendozza, in hac Rep. Caesarei Oratoris longè Dignißimi, quarto idus Aprilis. 1548.

INDEX COMMENTARIORVM GAleni, qui in hac secunda sectione habentur: nominaq; Doctißimorum Virorum, quorum sumus usi uersionibus, dum Epitomen conderemus.

GALENI PERGAMENI AD THRASYBVLVM, num ratio tuendæ sanitatis, ad medicinalem artem, an ad exercitatoriam spectet. LIB. vnus.

IN OMNI CONTEMplatione optimum inuentionis initiũ est, prius exactè cognoscere quidnam sit id de quo disputeť. Qui autem rationalem cõtemplationem satis diligenter tractarit, is quodlibet sanè quæsitũ æque discutere poterit: sine qua quidẽ cõmetarios euoluere, nihil aliud est, q̃ oleum & operã ludere. Quũ igitur in cõtrouersiã verteť, num ars sanitatis tuendę ad medicinalem artẽ spectet, an ad exercitatoriã, qui medicinã esse curatricem ægrorũ, & sanorum conseruatricem, definiunt, ii certè medicinæ partem, salubrem esse confirmant. Qui verò medicinam laborantium tantùm curã habere aiunt, ab ea sanitatis conseruatricem abstrahunt. Ita & exercitatoriam si quispiam sanitatis seruatricem statuat, quęsitum pro comperto habuerit: quemadmodum & qui solum boni habitus eam opificem tradat, diuerso modo & ille ambiguum pro certo assumet. Nunquid igitur sic medicinam definire præstiterit, eam esse cuius finis est sanitas? Gymnasticam uerò cuius finis est bonus habitus? At sic etiam gymnasticæ salubrem, tanquam nihil sit dubium detrahemus: medicinæ autem adhuc obscurum attribuemus: quæcunq; enim definitiones constituuntur à fine, non exiguas ambiguitates pariunt. At qui salubrium scientiam medicinam esse affirmauerit, is etiam

Initium inuentionis optimũ, quod sit.

Rationalẽ contemplationem pnecessariã ad inuẽtionẽ esse.

Medicinã esse curatricẽ ęgrorum, & sanorũ conseruatricẽ.

Exercitatoria.

Definitiões cõstitutas a fine, nõ exiguas ambiguitates parere.

nimis audacter salubre, tāquā medicinę partē accepisse uidebitur. Non deerunt siquidē cōtrarię factionis nōnulli, qui ægrotabiliū tantùm scientiā esse medicinā contēdant: Hi tamen primùm ignorant contrariorū omniū vnā esse scientiā: & quicūq; ęgrotabilia norit, hūc et salubria nō latere necesse esse. Dein uerò nesciūt, ꝙ et salubre dicimus signū, quod ægroto adueniēs, futurā sanitatē portendit: necnō caussam salubrē, quæ sanitatis est procreatrix: sicut & salubre corpus, qđ est sanitate præditū: quorum omniū medicus scientiā habet. Periculū aūt fuerit, ne si vnā trāseamus, septē circa humanum corpus artes constituamus: primā & manifestissimā, & penè solam controuersia carentem, eam scilicet, quæ expellit morbos: duas alias, vnā à sanitate secundùm affectionem, & lubrica, ad eam quæ est in habitu, ducentem: alteram, in ea conseruantem: duas item alias circa bonum simpliciter habitum, effectricē unam, alteram quæ cōseruat: præter has etiā duas alias, circa bonum habitū Athletarum versantes, qui nō simpliciter bonus est, sed cum adiectione atq; periculosus. Ab his autem septem, alias possemus etiā numerare artes, cuiusmodi est & comptiua, quæ corpori pulchritudinem quādam adulterinā conciliat, uitiosa & adulatrix existens. Huic etenim est contraria, quæ circa legitimā, veramq; pulchritudinem. (quæ in uegeto colore, carnis moderata copia, membrorumq; congrua coagmentatione consistit) versatur. Porrò sanitas & bonus habitus nō idem nobis significant: quum sanitas quidem, salubrem quādam affectionē, bonus aūt habitus, non affectionē simpliciter, sed fixam & permanētem significet, quam nimirum omnes desyderamus. Quum autē omnes actiuæ artes proponant sibi quod in materia circa quam versantur, est valde optimum, ac maximè duraturum, earumq; finis sit vnus, nēpe ipsius propositi consequutio, vtiq; manifestū euadit, artis circa corpus nostrum

Contrariorum unam esse sciētiam.

Salubre signū.
Causa salubris
Salubre corpus.

Athletarū habitus periculosus.

Cōptiua ars, uitiosa & adulatrix existit.
Pulchritudo uera in quibus consistat.

Sanitas quid.
Bonus habitus quid.

Artium omniū scopus.
Artis cuiusq; finis, est consecutio scopi.

versantis, finem etiam vnum, vt propositum vnū, existere: siue id quispiam integritatē, siue bonum habitū, siue sanitatem, siue naturalem corporis structurā, siue naturalem actionem, aut affectionē nominare uoluerit. Vt enim corpus humanū una res est, sic huius quoque vna perfectio habetur, quam & præsentem custodire, & absentem reuocare, alicuius artis officium est. Quare nec multa corporis bona ponenda sunt, neque ipsius boni, quod est, aliam opificem, aliam cōseruatricem artem statuere oportet. Ita verò quum vnum sit corporis bonum primariè ac propriè dictum (vt puta sanitas) ad quod cætera referūtur, vt actio integra, pulchritudoq;, certè non per alia exq̄sitè sanescet corpus, per alia robustum atq; pulchrum euadet: vnde vna circa corpus esse ars concluditur. Quemadmodum igitur animi, sic etiam corporis bona multipliciter dici solēt: vnum quidem, ratione primaria, vt sanitas: aliud, tanq̄ fructus illius, vt actio: tertium deniq; vt necessaria consequens, vt videlicet pulchritudo: nec licet alicui horū prodesse, aut obesse, quin omnibus tribus aut prosis, aut noceas. Ars itaq; in primis efficere sanitatem videtur, quā necesse est actio naturalis pulchritudoq; sequatur. Quod enim primū artifex quum fecerit, acquiescit, id eius planè finis existit: at naturali affectione per quam agimus (hoc est sanitate) restituta, conquiescit, finis igitur medicinæ sanitas est, quam quum induxit, nihil circa actionem pulchritudinemve laborat, vt quæ vel inuito artifice sanitatem sequantur. Sed neq; in vlla materia ars vna finis effectio, altera cōseruatrix habetur. Qui autem sanitatem propria ratione tuetur, circa illa, iudicio meo, versatur, quibus, velimus, nolimus, corpus nostrum vtitur: qualia sunt ipse nos ambiens aer, somnus, uigilia, quies, motus, ac deniq; cibus & potus. Hæc siquidem quæ per se lædendi iuuandiq; potestatem habent, sanitatis custos speculatur: id sem-

Artis medicæ finis.

Perfectio humani corporis, una tātum existit.

Vnicā esse artem, quæ circa humanū corpus uersatur.
Bona animi et corporis multipliciter dici.

Sanitatē actio naturalis, pulchritudoq; cō sequitur.
Finis artis q̄d sit.
Medicinæ finis est sanitas.

Res expendendæ a medico.

per ante oculos habens, vt in corpore exactè sano, va-
lidoq́;, nihil nouare audeat: quum uerò aliquantulū mo
derationem transierit, continuò quod deficit, prius q̄

Nouandū nihil in sanis corporibus.

latius id malū serpat, resarciat: Siue enim plenitudine,
siue inanitione laboret corpus, utrunq; vitium ars una
vno modo emendat, quod deficit nimirum instaurans.
Cæterùm in quanto non in quali, correctionis differē-
tia versatur. Atqui secundum quantum in his quæ fiūt
differentia, ad vnam artem pertinet: quòd si alterius ar
tis esse debeat, oportet prorsus qualitate etiā differat.

Medēdi rationes uariæ.

Portò quum multæ ac variæ sint medendi rōnes, qua-
rum aliæ, ferro, aliæ igni, aliæ medicamentis, aliæ vi-
ctus ratione curantur, hallucinantur sanè qui per singu
las actiones, artes esse distinguendas putant. Nam quis

Artes distiguēdas non esse, p actiones singulas.

adeò fatuus atq; stupidus est, vt à medicina modò pro-
positas actiones deducat, atq; aliam quampiam artem
pro vnaquaq; ipsarum statuat? Etenim ob commune

Scopus cōmunis medētium omnium, est sanitas.

propositum, quæ sanitas est, omnes qui quocunq; mo
do medētur, medici vocitantur: sed propter actiones,
aut materiæ, aut membri diuersitatem, hic manuarius
ille medicamentarius, alter ocularius, & est, & dicitur:
manuarius ab actione, medicamentarius à materia, si-
cuti ocularius à membro: & quum omnes sanitatis gra

Artes omnes ī subiectę substātiæ bono uersari.

tia operentur (artes enim omnes in subiectæ substātiæ
bono uersantur, atq; illi operā nauant) sequuntur ope-
rationis modos diuersos. Erit itaq; medicina unica, sed

Medicię unius uariæ spēs, siue partes, existūt, omnes ad sanitatem tendentes.

ipsius variæ species ac partes, omnes ad eundē scopum
tendentes, ad sanitatem uidelicet. Ac proinde non mul
titudine agētium, sed propositis exploratis, artes sunt
distinguendæ. Siquidem singularia innumera sunt, sed
generale quoddam opus omnibus est commune. Nam

Artes esse distinguēdas scopis.

& corpori aliquid vt superuacuum detrahens, aut ali-
quid quod deficiat adiiciens, vnum vterq; opus præ-
stat, corpori naturalem modum, hoc est sanitatem, cō-
parans: proinde verò & calefaciens, & refrigerans, si-

cuti & madefaciens & siccās. Non est autem vnius ar-
tis opus facere: alterius vitiatū corrigere: sed eiusdem.
Quòd si non eiusdē, at certè medicina nihil quod prius

Medicinā arti laceras uestes sarciēti, esse similem.

non esset, procreat, sed arti laceras ac tritas vestes sar
cienti oppidò q̄ similis est: sanitatisq́; conseruatio, parū
labefactata corrigit, minimè existēs diuersum genus à

Finis artis quid sit.

curatiuo. Est porrò id artis finis, qđ quiescente artifice,
demōstrare valemus, vt sanitas: qua rōne effectiuæ ar-

Artes effectiuę ab actiuis, quo differant.

tes ab actiuis, quarũ finis ipsa actio est, tātùm dissentiūt.
Nam quamprimum actiuæ ab agendo desierint, finis
quoq; vnà desiit. Nihil siquidem in saltatoria præter
ipsam actionem ostendere possimus, ut in fabrili gra-
batum, in ædificatoria domum, sanitatē in medicina.
Quare nec sanitatem custodire, aut vitiatam emenda-

Sanitas est medicinæ finis.

re, aut prorsus amissam recuperare, finis est, sed omnia
hæc actiones sunt: finis autem est sanitas. Sed neq; ex

Artes non esse ex materiis diiudicandas.

materiis ipsis artes diiudicandæ sunt: quandoquidē ma
teriam vnam constat pluribus artibus subiici (vt lignū,
exempli gratia, nauium artifici, carpentario, machina-
rumq́; structori) sicuti & vnam eandemq́; artem, per-
multis vti materiis. Quippè medicæ arti, vna quū sit,

Medicinæ infinitas materias subiici.

infinitæ materiæ subsunt: corpus nempe sanitatem su-
scipiens, cibi, ac potus, & medicamēta omnia, sicuti &
vocata diætemata. Hæc igitur materiæ sunt caussarum
vim obtinentes: corpus autem, tanquam id ex quo fi-

Artes iudicandas ex fine eē.

nis, aut in quo. Itaq; ad finem properare omni ex par-
te, ab eoq́; artes iudicare præcipit ratio. Propter hunc
enim & communibus actionibus & propriis præceptis
atq; principiis differunt: nam hæc & secundum artium
fines euariant: & cuiusq; artis cōstitutio à fine (quæ re-

Artis cuiusq; constō, a fine sumit initium.

gula omnium artis præceptorum existit) sumit initiū.
Igitur vnum tantùm quum sit humani corporis bonū,
sicuti & aliarum omnium substantiarum, atq; vna simi
liter ars, quæ circa illud versatur, huius artis iam om-
nes particulas speculemur: cuius quidē finis quum non

in sola contemplatione sit situs, sicuti Arithmeticæ, Astronomiæ, ac Physicæ: nec simul cum actione ipsa desinat, quod cõtingit in saltatoria: manifestum vtiq; est, neq; inter actiuas, neq; contemplatiuas, sed inter effectiuas aut acquisitiuas, quales sunt quæ ex parte vitiatum corrigunt, eam esse connumerandam: sic vt natura quidem & corpus fabricetur, & ipsum imbecillum confirmet: eius autẽ ministra sit ars, quæ impræsentiarum inuestigatur. Appelletur igitur correctiua: quæ quidem aut multum subitò corrigit, aut pauxilũ. Etenim quæ ipsius pars multum semel corrigit, eam medicatiuam aut curatiuam dicamus: cuius sanè, quemadmodũ quantitatis, differentia permagna existit: quæ verò pauxillum, conseruatiuam. Atq; hæc quidẽ insignibus differentiis tripartitò distingui videtur. Aut enim exactè valentem accipiens, in hoc ipsum gradu conseruat, diciturq;. Euectice, hoc est boni habitus conseruatrix: aut eos qui iam euaserunt morbum, ac secũdum habitudinem sani existunt, reficit, appellaturq; Analeptice, hoc est instauratrix: nam quę inter vtranq; pars collocatur, versaturq; circa corpora in habitu, non in bono habitu, sana, ea conseruatiua simul & salubris nũcupatur. Tres igitur hæ partes conseruatiuæ, analeptice, salubris, & euectice, sunt quidem omnes sub ea medicinæ parte, quæ exigua tollit vitia: inter se autem ratione maioris minorisq; dissentiunt. Minora enim castigat euectice: paulo his maiora salubris: adhuc maiora analeptice. Quidam verò & quartam his particulam prophylacticen, hoc est præseruatricem addunt, facultatem ei habentem oppositam, quæ à morbo reficit liberatos. Curatiua igitur, magna vitia: euectice autẽ, atq; salubris, parua tollit: in medio verò harum interstitio analeptice & prophylactice positæ sunt: si ad salubrem atq; euecticen comparentur, haud exigua vitia emendantes: si ad curatiuam, non magna. Quocircà

> Medicinã eẽ inter factiuas artes connumerandam.
> Medicinã esse ministram naturæ.
> Medicatrix medicĩæ pars.
> Conseruatrix medicĩæ pars, triplex.
> Euectice.
> Analeptice.
> Salubris.
> Prophylactice

non immeritò neutrę appellari possunt. Ergo ut totum sermonem repetã, circa corpus humanum vnã quandam artem constituo, eiusq; duas has esse partes, efficientem vnam: corrigentem alteram: ambasq; hasce prius natura inesse, sed ipsarum alteri, emendatrici scilicet, humanam artem opitulari: quæ & ipsa bipartitò diuiditur, in curatricem partem, seu medicatricẽ, atq; in alteram conseruatricẽ, quæ & salubris vocatur. Huius rursus tres partes sunt, Analeptice, Euectice, ac toti generi cognominis, salubris. Quum autẽ omnis quæstio sub definitionem cadat, sanè si quid tùm medicina, tùm gymnastica sit, didicerimus, nec amplius difficile fuerit inuenire ad vtram ipsarum salubris referatur. Quum ergo vna tantùm ars circa corpus versetur, poterit qui volet, medicinam eam appellare: sin hoc non placet, exercitatoriam. Sin id quoq; displiceat, totam artem nomine carere dicens, vnam eius partem, medicinam, alteram exercitatoriam appellet. Si neq; id probas, salubrem quandam artem curatiuæ ex diuerso distinctam, eiusq; partes diæteticẽ, gymnasticemq; dicito. Singula enim nomina si interpretabere, ita vniuersum quod quærebas indeptus fueris. Quòd autem ut artem corpora malè affecta curantem iatricen, hoc est medicinam, sic artificem etiam ipsum, Medicum, appellet Homerus, perinde atq; alii Gręci, verba illius indicant ubi ait,

Vir medicus multis aliis tibi dignior esto
Dira venena trahens, & pharmaca mitia fundens,
Multa salubria miscens, & letalia multa
* Vnicus existens, ritè tamen omnia callens.

Præcipuas porrò medicinæ partes esse Pharmaceuticen, Chirurgicẽ, & Diæteticem, nemo ferè inficiatur. At gymnasticæ artis nomen, Homeri sæculo, nondum repertum erat. Nam paulo ante Platonis tẽpora gymnastarum ars exorta est, quo etiam tempore Athletarũ

> Correctrici artis parti, humanam artẽ opitulari.
> Quæstionẽ omnem sub definitionem cadere.
> Iatrice.
> Medicinę quæ sint partes pręcipuæ.
> Gymnastarum ars quãdo fuerit exorta.

Athletarũ habitum esse uituperandum.
Bonus habitus qui laudandus.

exercitatio emersit: quorum quidem bonus habitus ut vituperandus est, sic etiam ipsos instruens gymnastica, contumelia non caret. Eum autem habitum bonũ laudamus, qui & tutissimus est, & ad obeundas naturales actiones maximè idoneus: cuius materiæ effectiuæ simul & conseruatiuæ, duæ sunt, & salubris vocata victus ratio, & exercitatio. Nã quũ quatuor sint genere omnes materiæ, à quibus nostrũ alteratur corpus, manuaria functio, medicatio, exercitium, ac victus ratio, vna quidē est ægrotis inutilis, duæ verò secundùm naturam se habentibus. Aeger quippe in multis medicamina, manuum operam, victusq; rationem postulans, nulla ex parte exercitatione eget: exquisitè autem sanus, corpus exerceat, & certa quadã victus rõne utatur necesse est, sed medicamēta, aut manus ministeriũ, non postulat. Salubris igitur artis constat partē quandam esse gymnasticem. Siquidem etiam Plato in Gorgia, aliam gymnasticam esse ait, vt artis corpus regentis partem: atq; aliam qua vtuntur Athletæ: quam nimirum ceu omnium flagitiosissimam criminatur plurimis modis. Huius quidem finem, viriũ esse incrementum, quo aduersarios prosternant: illius autem, vsum ad naturales actiones, cõfirmans. Quum igitur in quadam moderatione sanitas sita sit, Athletarum aũt gymnastica intemperiem, excessumq; moliatur, multam ac solidam carnem procreans, sanguinisq; copiam quàm tenacissimi adaugens, haud difficile inuentu fuerit, artem hanc omnibus naturalibus animalibusq; actionibus prorsus inutilem esse. (Crassus enim uenter subtilem mentem nõ parit) atq; obnoxiam periculis. Quare Athletarum nõnulli repente obmutuerunt: alii sensum motumq; amiserũt, ac penitus attoniti facti sunt, mole illa præter naturam, ac multitudine, insitum extinguente calorem, liberumq; spiritui transitum intercludente. Quicũq; autem ex ipsis mitiora mala patiun-

Materiæ alterantes corpus, sunt quatuor i uniuersum.
Aegri exercitio non egent.
Sanis exquisite, quæ necessaria.
Salubris artis partē esse gymnasticem.
Sanitatē in moderatione consistere.
Athletarũ gymnastica intēperiē, excessumq; molitur.
Ventrem crassum subtilē mētē nõ gignere.
Athletas esse morbis obnoxios.

tur: rupto vase sanguinem vomunt, aut expuunt: Cæterùm legitimæ gymnasticæ authores sunt, Hippocrates, Diocles, Praxagoras, Philotimus, Erasistratus, atq; Herophilus: & quicũq; alii totam artē ad corpus pertinentem optimè didicerunt: quorũ sanè dogmatis congruit illud Platonis. Vna quũ sit corporis curatio, duas eius partes appello, vnam gymnasticem, alterã curatricem. Licebit etiam in ipsa arte corporis præside, si quis inuenire partes eius desyderat, ęgros curantē, medicatiuã: sanis consulentem, salubrē appellare. Vel melius sic ut diximus antea. Ars corporis curam habens emendatrix quum sit, qua parte magna vitia corrigit, medicatrix dicetur: qua verò exiguas noxas tollit, vocabitur cõseruatrix. Quin etiam aptius à materiis has partes, morbidam unam, salubrem alteram appellaueris: quæ vt ante à nobis est dictum, in refectricem, salubrem secundùm habitum, & Euectricem, siue boni habitus effectricem, diducitur. Nam dictarum partiũ singulis propria materia subiicitur: primę quidem, secundum habitudinem siue affectionē valens corpus: secũdæ, secundum habitũ: tertiæ deniq; bono habitu præditum. Etenim corpus secundum affectionem sanũ appello, quod iam extra morbum quum sit, leui tamē noxa pulsatum, facilè in morbum relabitur: imbecillum etiam ad actiones existens. Secundum habitum autem, quod iam periculis obnoxium non est, absolutũ tamen actionum robur nondum est consequutũ. At bono habitu præditum, quod extra omne versatur periculum, ac præ se fert etiam insigne quoddam omnium actionum robur. De sanitate etiam similiter iudicandũ. Sanitas namq; secundum habitum, inter sanitatē secundum affectionem & bonum habitum actionibus media est. Nam sanitas in affectione, debiles actiones producit: bonus habitus firmiores: sanitas aũt in habitu, nondum quidem firmas: non amplius tamē debiles. Quòd

Gymnasticę legitimæ authores.
Plato.
Correctrix ars.
Medicatrix pars artis.
Conseruatrix.
Corpus secundum affectionē sanum, qđ nam esse dicatur.
Corpus sanum secundum habitum.
Corpus bono habitu præditum.
Sanitatem tripliciter dici.

Conseruatricē artem, secundū auxiliorū materias esse quadruplicem.

si secundum auxiliorum materias artem hanc salutarē, conseruatricemq; distribuas, in quatuor partes secabitur. Vna siquidem in assumptis, altera in iis quæ fiunt: tertia in his quæ euacuantur: quarta in forinsecus occursantibus, prorsus versari videbitur. Per hæc enim sanitas custoditur. Pars igitur, quę in his quæ assumuntur versatur, ciborum potionumq; ad sanitatis custodiam pertinentiū est scientia. Quæ verò in iis quæ euacuantur, excrementorum omnium est exploratrix. Quæ exterius incidentium est, aerem, aquam, oleum, & cętera id genus speculatur. At quarta pars artis quæ superest, in iis quæ aguntur posita, studiis exercitationibusq; continetur. Insomnietas namq;, vigilia, somnus, venus, ira, lauatio, ex hoc genere sunt. Cæterùm singulorum enumeratorum salubrium quantitas, qualitas, & occasio, dignoscēda est.

Exercitatoriā esse minimam artis salubris partem.

Minima igitur salubris artis pars est de exercitationibus scientia: rectius enim puto gymnastica ars appellabitur, quæ omnium exercitiorū facultatis cognitio est. Nam quæ ad palæstram solùm pertinēt, cognoscere, perquàm exiguum est, omnibusq; mortalibus minimè vtile. Vnde tibi iam intueri licet, nō modo salubris artis quota sit portio gymnastica, sed etiam gymnasticæ minimā esse particulam luctandi studium, & huic cognatum Athletarum exercitium, affectionis cuiusdam non naturalis effectiuum. Iccirco eos malè sentire constat, qui in diuidenda tota arte, gymnasticam medicatiuæ opponunt. Illa namq; à materia, hæc à generali communiq; actione appellationem habet. Similiter etiā quisquis per diuisionem, medicatiuo conseruatiuum opponit, cognatorum oppositionem facit.

Artes oēs mechanicas, mutua ope indigere,

Porrò quum vniuersæ artes Mechanicæ mutua ope indigeant, perfectioribusq; materias ex quibus finem suum consequantur, suppeditent: instrumentaq; optima, per quæ illas adornent, conficiāt. eis omnibus ceu quædam Architectonica ars corporis

Artem medicā præsidere uniuersis mechanicis artibus.

curatiua, quæ vna est, præsidet. Siquidem ædificatorię, vt tales quasdam ædes extruat, præcipit: calceariæ, vt calceum: panifici, vt panem: culinariæ, vt obsonium: aliisq; singulis, vt quæq; apta est, imperat.

Salubris medicinæ pars.

Sed huiusce artis corpus nostrum curantis, salubris appellata pars est, cuius quadripartitò diuisæ, partis vnius gymnastica particula existit.

Gymnastice. Pædotriba. Gymnasta. Panifex. Coquus.

Cauendū tamen est ne pædotribā, aut palæstræ præfectū cum gymnaste confundamus. Nam qui luctas oēs & frictionum sigillatim omnes actiones ritè obire ualet, iste panifici, & coquo proportione respondet, facere quidem panem & obsonia scientibus, minimè tamen quid in ipsis optimum sit, quid nō optimum, intelligentibus: quam'ue facultatē ipsorū unumquodq; ad sanitatem habeat, non dignoscentibus.

Pædotribā esse ministrum gymnasticæ.

Vt igitur miles artis imperatoriæ, sic pædotriba gymnasticæ minister est. Vocant tamen non solum pædotribas eos qui exercent athletas, sed etiam gymnastas.

Gymnasticam duabus artibus inseruire diuersis.

* Quarè gymnastica duabus artibus maximè separatis inseruit: queadmodum culinaria, quæ salutare obsonium medico salubriq; cōcinuat: gustui verò iucundū, ac voluptuosum, non amplius id arti cuipiam, sed adulationi potius cuidam, finem sibi non sanitatem, sed uoluptatem constituenti.

Luctatoria.

Similiter & luctatoria, id quod ad sanitatem bonum est, salubribus & gymnasticis dictis conciliat: quod autem ad affectionem athleticam pertinet, illi vitiosæ parti comparat, quæ se gymnasticam vocat, quum tamen prostratoria potius, aut cabalice appellari mereatur.

Cabalice. Luctatoriā artem, uitę robur prosternere.

Verùm omnis benè instituta respublica hoc genus artis odit, ac detestatur, vt quæ omne vitæ robur prosternat, haud in bonam affectionem traducens corpora.

Curatiuā artis partem primo omnium fuisse institutam. Medicina. Medicus.

Iam verò, quū prima totius artis pars curatiua, quòd sic expediret maximè, constituta sit, deinde per multum otium conseruatiua salubrisq; vocata, ei adiecta fuerit, totā artem à præcipua magis parte medicinam denominari cōtingit, sicuti &

medicum illius profeſſorē. Icc irco nō ab re nunc quiſpiam īterrogatus, cuius'nam artis pars ſit illa facultas, quæ tuendæ ſanitatis notitiam tradit, medicinæ reſpōdere poterit, latius fuſo & amplificato vocabulo, neq; adhuc partem, ſed integram humani corporis artē ſignificante. Cuius ſanè duas maximas partes eſſe curatricem & ſalubrem, ſicuti & huius ſalubris, gymnaſticam membrum exiſtere, conſtat.

Medicinæ præcipuę partes.

GALENI PERGAMENI, DE EXERcitatione paruæ ſphæræ, Libellus.

Exercitationū utiliſsimę ſunt, quæ exercētes corpus, oblectant animum.

ILLAE mihi ſanè videntur utiliſsimæ omniū exercitationum, quæ non corpus ſolum exercere, verùm etiam animum oblectare poſſunt. Vnde & ſapientes, & naturæ humanæ illos probè fuiſſe peritos iudico, quicūq; venationes, & alias animaliū capturas, primi omnium adinuenerunt, laborem qui in illis eſt, voluptate, oblectatione, laudiſq; cupiditate lenientes & temperantes. Adeò enim potētes ſunt, quæ in id genus exercitiis contingunt motiones animi, vt multi morbis ſæpe liberati ex delectatiōe fuerint: multi rurſus ex nimia conturbatione, in morbos inciderint. Nullus eſt autem corporis affectus tantus, vt vehementior animę affectionibus eſſe poſsit. Quamobrem diligentior iſtarum, quàm corporis paſsionum habenda ratio eſt, tum aliis de cauſsis, tum quia corpore longè præſtantior eſt anima. Cæterùm aliis omnibus paruæ ſphæræ exercitium multis nominibus, antecellit. Primò ſiquidem cū cæteræ exercitationes maximum apparatum, hominemq; otioſæ admodum vitæ requirāt, huic certè vna tantùm pila, eaq; præexigua eſt opus, quā uel pauperrimus quiſq; comparare ſibi facilè poterit, neq; is qui ea ſe exercet, cogitur reliqua negotiorum relinquere. Quid igitur eo eſſe poſsit commodius, quod omni fortunæ, omni item negotio conuenit? Iam verò, quæ ex æquò exercere partes corporis vniuerſas, ſeſeq; nunc

Animi affectus ad pellēdos & cōciliādos morbos, quantam uim habeant.

Animi affectuū q̄ corporis, cur maior habēda cura.

Paruæ ſphæræ exercitiū aliis longe antecellere.

Paruæ ſphæræ exercitiū, omni fortunæ, oīq; negotio conuenit.

in ſummam vehementiā intendere, nunc in ſummam facilitatem remittere poſsit, aliarum, præter hanc paruæ pilæ, nullam quidem exercitationem inuenies: quæ modò celerrima, modò tardiſsima, iam uehementiſsima, rurſuſq; leuiſsima, vtcūq; ſanè volueris, corpuſq; toleret, fieri aſſolet. Hac enim membra ſimul omnia, ſi commodum tibi videatur, aut alia præ aliis, ſi id magis placet, ſtudioſius exercere potes. Vbi enim inuicem ſibi oppoſiti, alter alteri pilā ipſam præripiunt, in ea certè concertatione, caput quidem, ceruixq;, colli permotionibus exercetur: latera autem, pectus, & venter, faciei ſubleuationibus, depreſsionibus, obnixibus, cæteriſq; id genus prehenſionibus, vehementer laborant: valideq; tum lumbi tenduntur, tum etiā crura firmātur. Hæc itaq; vna exercitatio omnes corporis partes quàm fideliſsimè exercet. Siquidem progredientibus, alii nerui muſculiq;: alii item ſubeuntibus, plus agitantur: quemadmodum etiam alii illis qui in obliquum ſe transferunt, & quotquot uno modo crura ipſa cōmouent. Quin etiam eorum membra qui tranſuerſi ferūtur, mouentur planè inæqualiter, ſicuti & illorum qui impariter currunt. Sed quēadmodum cruribus, ita & brachiis exercitatio hæc, cuiq; æquam portionem largitur: quandoquidē pilam excipere in omni figura ſtudent. Accidit autē, vt dum neceſſe habent variis ſubinde modis ſe tranſmouere, aliis muſculis alii fortius tendantur: hiq; in vices omnes laborent, æqualiter quiete partita, aliis requieſcentibus dum fatigant reliqui: ſicq; viciſsim & laborent cūcti, & requieſcāt, nec ſint otioſi omnes, nec laborent omnes. Quod porrò etiam uiſum exerceat, patebit, ſi reputemus quàm diligēter pila ſit oculis obſeruanda, vt ſtatim quò dilapſura ſit, præſentiatur: ne in illius apprehenſione aberrare neceſsè ſit. Vnde etiam animus intentus atq; ſolicitus redditur. Et licet ſola ſolicitudo macerare nos extenuareq; ſoleat,

Paruæ ſphæræ exercitium ex æquo exercere oēs corporis partes, poſſeq; intendi & remitti.

Paruæ pilæ ludum, etiā exercere oculos.

Solicitudinem exercitatiōi & gloriæ cupiditati coniunctã, in uoluptatem abire.

Paruę pilę exercitium exercere ad res maximas corpus ſimul & animum.

Ducem oportere eſſe cautũ ſubdolũq;.

Athletarũ genus inutile.

Nimium omne eſt uitioſũ.

Curſum extenuare nimium corporis habitum.

Victoriam nõ fugiendo, ſed ſtando, pugnãdoq; parari.

exercitationi tamen, & gloriæ cupiditati coniuncta, in
voluptatem abit, plurimumq́; & ad corporis ſanitatẽ,
& ad animi prudentiam cõfert. Quòd autem & ad res
maximas, adeoq́; eas, quas ſubire præſtareq́; impera-
tores, vrbium reginæ leges præcipiunt, animũ & cor-
pus exerceat, demõſtratu non eſt difficile. Quandoqui
dem & aggredi in tempore: & inſidiando latere, & oc-
caſionem præbitam momento arripere, & aut vi, aut
improuiſo aſtu, quæ hoſtiũ ſunt occupare, occupataq́;
tueri, bonorum imperatorum ſunt opera. Etenim egre
giè cautum, ſubdolumq́; eſſe ducem oportet. At quot-
quot in palæſtris dimicãt, corporis obeſitatem, potius
quàm virtutis exercitationẽ, conſequuntur. Vnde mul
ti ad tantam peruenere craſſitiem, ut vix etiam reſpi-
rare poſſent. Et ſanè genus hoc, vel ad hominum bella
gerenda, vel ad regia vel ciuilia obeunda munera, mi-
nimè valent: ac ſuibus propemodũ potius, quàm his,
rem quampiam quis poſſit cõmittere. Sed curſum for
taſſe, & cætera exercitia, quęcũq; gracile reddunt cor-
pus, laudaturum me ſuſpicaberis. At hoc non ita ſe ha-
bet. Nimium enim quod eſt, reprehendo ſemper: om-
nemq́; qua exerceri velimus artem, eſſe moderatã vo
lo. Quæ ſi modum excedat, iam bona eſſe deſinit. Qua
ratione ipſe neq; curſus commendo, vt qui nimiũ exte
nuent corporis habitum, ac ne tantillum virilis habeãt
exercitationis. Non enim celeriter fugiendo, ſed for-
titer ſtando, pugnandoq́; paratur victoria. Iam ſi ad ſa
nitatẽ reſpicias, quatenus per curſum inæqualiter exer
centur membra, eatenus valetudo læditur. Neceſſario
namq́; fit, ut alia defatigentur, alia autem ſint omninò
otioſa. Horum verò neutrum bonum, ſed vtrumq; &
morborum ſeminariũ eſt, & vires imprimis debilitat.
Quapropter eam potiſſimum exercitationem probo,
quæ & corpus conſeruare validum, & mẽbra retinere
integra, compoſitaq́;, & animũ præterea vegetũ, ala-

Paruæ ſphęræ exercitiũ, omnium placidiſſimum eſſe.

Vnctionem ex oleo mollem, dẽre pilæ exercitium præcedere.

Paruæ ſphærę exercitiũ, omni uacare periculo.

Exercitatiões reliquæ, quorũ malorum cauſæ eſſe ſoleãt.

Paruę pilę exercitii ſecuritas.

Viuere abſq; alimento non licet.

cremq́; reddere eſt potis. Quæ quidem facultas, in ea
quæ parua pila fit exercitatione, reperitur. Quòd autẽ
placidiſſima ſit, hinc diſcas licet, quòd pueris, ſenibus,
atq; à morbo cõualeſcentibus, hoc etiam nomine, aliis
omnibus exercitatio hæc eſſe præſtantior uideatur.
Quippe facilius nullum eſt exercitium ſi præmiſſa mol
li ex oleo unctione, eo leniter, adeoq́; moderatè vta-
ris, vt ipſius qualitas, minimè à quantitate obſcuretur.
Illud ſiquidem omnium leniſſimum eſt, quod laxatis
requieturisq́; vtile imprimis, potentiſſimumq́; ad debi
litatas vires reuocãdas exiſtit, iunioribus iuxta, ſenio-
ribusq́; conducens maximè. Inter alia eius quæ recen-
ſui commoda, neq; hoc eſſe prætermittẽdum videtur,
quòd maximè omnium extra pericula ſit, quæ frequẽ-
ter adeò in reliquas cadũt exercitatiões. Celeres enim
curſus, iam multos rupto vaſe præcipuo perdiderunt.
Quemadmodum & voces magnæ, vehemẽtesq́; & cõ
fertim emiſſæ, maximorum non paucis malorũ cauſſa
extiterunt. Sic equitationes etiã concitatæ, ſæpe renes
ruperunt, & pectori frequenter nocuerũt: poris quoq;
nonnunquam ſpermaticis: vt ea interim prætereã in-
commoda, quæ ab ipſis equis exiſtere ſolẽt, ita ut mul-
ti equites ſellis excuſſi ſubitò ſint exanimati. Similes iis
ſaltus, diſcus, & quæcũq; nimis inflectunt corpus exer-
citia ſunt. Nam de illis qui ad palæſtram proficiſcũtur,
quid attinet dicere, quũ eos uideas aut claudos, aut di-
ſtortos, aut fractos, aut aliqua oĩno parte mutilatos re-
dire? Quamobrẽ, quum pręter reliqua cõmoda, paruæ
huic pilæ exercitio adſit etiã ſecuritas, nimirũ aliarum
omniũ vtiliſſima hæc exercitatio meritò cenſenda eſt.

GALENI PERGAMENI DE ALI-mentorum facultatibus lib. Primus.

FACVLTATES alimentorum meritò præſtan
tiſſimorũ medicorum plurimi diligẽter perueſtiga
runt, ꝙ aliis quidẽ præſidiis, minimè omni tẽpore uta-

mur, sine alimento aũt, ne uiuere quidem, nec secunda nec aduersa ualetudine liceat.

Demonstratio oĩs, aut a sensu proficiscit, aut ab euidenti notione.

Porrò quum demóstrationum duo genere sint pricipia (aut enim à sensu, aut à notione euidenti, demonstratio omnis ac fides proficiscitur) nos de iisdem facultatibus conscripturi, satius esse duximus ab experientia auspicari, eoq; maximè, quòd bona pars medicorum, hac sola uires alimentorum esse pronunciarint inuentas: inter quos præcipuè

Diocles.

Diocles, experientia sola, facultates alimentorum nobis notas esse arbitratur, non ex indicationibus, quæ tũ à temperamento, tum à saporibus desumuntur.

Experientia q̃ cognoscantur.

Quòd uerò experiẽtia, vt alia pleraq;, ita & qui cibi facilè concoquantur, aut secus, quæq; stomachum iuuẽt, aut offendant, aluumq; laxent, aut sistant, nos doceat, nemo sanæ mentis ignorat. Cæterùm in iis ipsis pleriq; falluntur, qui citra limitationem faciunt de rebus periculum.

Biliosum fortitos uentriculũ, cibos corruptu difficiles, q̃ faciles, multo melius concoq̃re.

Etenim quibus flauæ bilis copia in uentriculo, uel ob prauam quampiam temperiem, vel ob peculiarem constructionem colligitur, ii cibos corruptu difficiles, melius quàm faciles, concoquunt: quando quæ facilè concoquuntur, facilè item alterantur, & corrumpuntur: contra quę cócoctu sunt difficilia, non facilè quoq; tum alterantur, tum corrumpũtur. Hæc itaq; si in multum calorem inciderint, coquũtur magis, quàm si moderato occurrerint.

Bubulam, q̃ saxatiles pisces, cur nonnulli multo facilius conficiant.

Atq; hac profectò ratione accidit, ut nonnulli bubulam facilius q̃ saxatiles pisces conficiant. Lens autem quibusdam aluũ mouet magis q̃ inhibeat: melicratum verò magis sistit q̃ laxet, ob naturam ex pugnantibus cõpositam facultatibus.

Lentis & brassicæ decoctũ, aluum subducere, ipsas aũt substantias, sistere.

Nam solidum cuiusq; corpus tardè permeat, aluumq; sistit: humor verò, ad excretionẽ stimulat. Quarè lẽtis aut brassicæ decoctum, aluũ subducit: ipsa verò corpora, inhibent. Siquidem brassica bis cocta, sunt qui ad ventris cohibitionem vtantur.

Elixa oia deponere· i aqua

Omnibus enim quæ in humore coquuntur, vsu venit, vt quiddam ab eius facultate

in se

in se deriuent, ac de sua vicissim portionem aliquã ipsi impartiantur.

nonnihil propriç substãtiæ, & uicissim sibi aliquid ab illa accipere.

Quare si aut lentem, aut brassicam, aut aliquem marinorum pisciũ, quibus testa pro cute est, decoxeris, ac postea decoctum ipsum oleo, garo, piperéq; conditum, propinaueris cuipiã, uidebis planè potione quidem, aluum dilui: esu autẽ solidi corporis, cõstipari: sicuti & tormina & inflationes oriri, si vnà cum ipsorum iure, solidum etiam corpus sumatur.

Tormina fieri, eduliorum cõtrariis facultatibus mutuo iter se pugnantibus.

Sic nãq; pugna quædam inter vtrũq; fit: quum solidum quidẽ corpus hæreat subinde: succus autem ad excretionem properet. At quum nonnullis quidem venter ad egerendũ sit natura propensus: aliis autem difficilis, vtriq; pro sua natura symptomatis quæ ab huiusmodi cibis fiunt, afficiuntur: quum venter alius succi, alius solidi corporis facultati opituletur. Interdum etiã pituitosum in ventre humorem, interdum biliosum aceruari contingit.

Pituitosi humoris quadruplex differentia.

Atq; ipsius pituitosi, alius quidẽ, est acidus, alius salsus, alius dulcis, alius deniq; sensibilis qualitatis expers. Rursus alius est liquidus, alius crassus, alius uiscidus, alius dissipatu difficilis.

Biliosi humoris discrimina.

Humoris etiam biliosi, alius est flauus, alius pallidus, in quorum vtroq; maximum est, pro maioris minorisq; rõne, discrimẽ. Singuli igitur memorati humores, quum aut ad alui excretionem, aut eiusdem cohibitionem plurimum habeãt momenti, postq̃ integra ciborum memoratorũ corpora cum suis succis in ventrem peruenerint, iis quidem qui eiusdem secũ sunt facultatis, ferunt suppetias.

Alimentorum celer, tardusq; descensus, a q̃bus proficiscat occasionibus posit.

Alimenta ergo citi tardiue transitus esse comperiuntur, aliàs ob naturalem nostram ab initio constitutionem: aliàs ob ventris dispositionem acquisititiam: nonnunquam ob peculiarem esculentorum ac potulentorum substantiam.

Olera quæ ob lentorẽ descendunt facile.

Siquidem atriplex, blitum, malua, cucurbita, quia sunt lenta & perhumida, aliis quæ talia non sunt, celerius subsidunt, in iis potissimum, qui sumptis illis, leuiter in pauimento obambulant. Eodem

Fructus subducendæ aluo idonei.

in genere aliquis ponere possit, mora, dulcia cerasia, & ex vinis, quæ dulcia simul sunt atq; crassa. Pepones quoq; & melopepones, quod humidi sint, ac lenti, ventri sunt subducendo idonei, facultatemq; mediocriter abstergendi habent, ideoq; inter ea quę vrinam mouent, connumerantur. Ex numero etiam humidorum atq; aquosorum corporum sunt, & illa quæ præcoccia, & Persica vocant: & omnino quæ nullam gustantibus aut olfacientibus qualitatem repræsentant. Quæ quidem si venter sit ad deiiciendũ procliuis, non ægrè subsident: sin minus, hærent & ipsa sublimia, medium quodammodo, inter aluum sistentia, & proritantia, locum sortita. At melicratum, in quibus celeriter distribui anticipat, nihil aluo ad excretionem confert: quinimo cibis secum commistis, ad distributionem præit. Quod si distribui celeriter non anteuertat, excretionem, non secus ac flaua bilis, sua acrimonia & mordacitate proritat. Atq; horum cibariorum potionumq; genus, duntaxat mordicatione sua ventris partes ad expulsionem exuscitat. Alia autem sunt, quæ ventrem subducũt, quòd facultates in se medicamentosas habeant commistas. Ac proinde horum substantia ex cibo pharmacoq; conflatur. Porrò quæ medii temperamenti sunt, nullaq; uincenti qualitate prædita, ea solùm sunt alimenta, non etiam medicamenta, quum nullam aliam dispositionem in animantis corpore ingenerent, sed quale animatis, quod nutritur, corpus assumpserant, tale prorsus conseruent. Cæterùm si hominis quidem corpus medii planè temperamenti sit, per alimenta medii temperamenti eo in statu seruabitur. Sin autem frigidius, calidius'ue, aut siccius, aut humidius id fuerit, medii temperamenti cibum & potum perperam exhibueris. Quippe huiuscemodi corpus, quatenus ab exactè media consti-

Peponibus, melopeponibusq; uim inesse diureticã.

Melicratũ quãdo excretionem excitet.

Alimẽta medicamentosa.

Alimenta tantum.

Tẽperata corpora, temperatis alimẽtis seruanda esse.

Intemperata corpora, reducenda ad mediocritatem sunt, per alimẽta quæ cõtrariam illis intẽperiẽ sortiantur.

tutione recessit, eatenus in diuersum statum traducatur oportet: idq; per præsentis intemperantiæ contraria, in eodem gradu adhibita. Quarè ad præsentem speculationem summè necessarium esse videtur, hominum pariter ac ciborum temperamenta consyderasse, vt cognoscamus quæ nam quibus sint adhibenda. Etenim mel, verbi gratia, calidis & siccis naturis est aduersissimum. Frigidis verò ac humidis, vtilissimum, siue ea temperies sit eis naturalis, siue accesserit propter ætatem, siue propter regionem, aut anni tempus, aut vitæ conditionem. Neq; verò satis est principalissimam cuiusq; cibi temperiem nouisse, sed qualitates etiam quæ hanc sequuntur, callere oportet: quorum multæ quidem in saporibus, quædam in odoribus videntur cõsistere: quandoquidem cibi ipsi eandem cum iis medicamentis obtinent facultatem, quibus cum sapore conueniunt. Cæterùm in commentariis de medicamentis caussam explicuimus, quamobrem astringentia quędam non eadem cum aliis astringentibus agãt, vt aloe, æs ustum, atramentum sutorium, flos æris, squammaq;, & chalcitis. Siquidem quòd in quoq; istorum, astringenti facultati alia quæpiam sit mista, euenit vt opera quæ sigillatim edunt, sint diuersa: perinde ac si malo cydonio scammoniam intus inseueris, quod interdum vtiq; facimus, partes mali quæ circum semen sunt, exculpentes: deinde cauitatem scammonio replentes, ac postea luto * circũlinentes, assantisq;, atq; ita malum mãdendum dantes. Quod namq; hunc in modum præparatum est, absq; stomachi subuersione aluum subducit. Quarè minimè dubitandum est, quin saporum facultates, actionem suam quam à natura habent, efficiant. Porrò in quo qualitas inest astringens, ipsa quantum in seipsa est, vicina corpora

Temperamẽta hominũ & ciborum esse consyderãda.

Mel calidis & siccis naturis esse aduersissimũ, humidis autem & frigidis, maxime ex usu. 77.

Alimentorum secundas qualitates et esse explorandas.

Saporum cõmerciũ, quid indicet.

Cydonii mali cum scammonio præparatio, ad soluendam aluum.

Astringẽtis qualitatis opera.

Edulium soluēdæ alue, quomodo ex beta & lente pareť.

cogit, constringit, refrigerat. Idē tamen corpus nonnunquam alias sui partes calefaciētes: alias refrigerantes habere potest. Nos aūt ex beta & lente cum sale & garo interdum edulium paramus, alui soluēdæ gratia. Sin minus velis subducere, vbi lentem excorticatā bis coxeris (nempe aqua priore effusa) ac dein portiunculam gari atq; salis indideris, tantū aceti iniicito, quantum gustum minimè offendat. Ita enim pharmacū iucundissimum vtilissimumq; reddideris, & cibum non paucis eorum qui diuturna cōflictantur diarrhæa.

Affectuum cognitio existit, remediorū materia.

Libros eē monimenta quædam eruditorum.

Artifex nemo ex libris euasit.

Doctrina illa ē optima q̄ uiua uoce explicať.

Cæterùm affectuum cognitio, existit remediorum materia: non autem remedia ipsa: de quorum facultatibus disserere in hisce commentariis est animus. Quāquam libri solent esse monimenta quædam eruditorum, non rudium & indoctorum perfecta doctrina. Neq; enim quisquam ex libro nauclerus, aut artifex alterius artis euasit. Ac proinde rectè illud vulgo dici videtur, optimam esse doctrinam, quæ viua voce traditur.

Tritici differētiæ.

DE TRITICO.

PLVRIMVM exigua mole habet redditq; alimenti id triticum, quod dēsum est, dentibusq; uix diuidi potest. Quod huic contrariū existit, magna mole exiguum alimentum largitur. Est autem quod densum est, laxo longè grauius & ponderosius, coloreq; magis flauescens.

Furfuraceos panes & parū alere, et uentrē multis excremētis implere, ob idq; subduci facile.

Furfur, nonnihil facultatis detersoriæ sortiri.

Panes, qui tardissime deiiciantur.

Porrò furfuracei panes, parum quidem alunt, ventrem verò multis excrementis īplent, ob eamq; caussam facilè etiam descendunt. Ad hæc, q̄ furfur nonnihil facultatis detersoriæ sortiatur, meritò intestinis exasperatis, celeris eorum fit deiectio. Iis autem contrarii sunt panes purissimi, plurimum ponderis exigua mole habentes: qui omnium tardissimè deiiciuntur: quare copiosiori fermento egent, q̄ furfuracei, subactioneq; longiori: nec statim post ipsam as-

Miscellanei panes.

Siligineus panis plurimum alimenti præstat.

Similaceus panis, ut nutriať.

Furfuraceus panis oīm minimum nutrit.

sari postulant. Iidem assationem diuturniorem quàm furfuracei requirunt. Est autem & alia panum spēs inter hos planè media, quos αὐτοπύρους & συγκομίστους, hoc est, miscellaneos ex farina & furfure, appellāt. At verò purissim⁹ panis apud Romanos, Siligineus dicit: queadmodum qui huic est proximus, Similaceus. Inter panes igitur Siligineus plurimum alimēti præstat: post ipsum Similaceus: tertio loco, medius q & miscellaneus dicitur: post hunc, sordidorum est quartum genus: in quibus furfuraceus postremus est, minimumq; omnium nutrit, sed omniū maximè per aluum * descendit.

Panes concoctu facillimi.

Panis athletæ commodus.

Panis seni aptus.

Panes azymos esse nemini cōmodos.

Azymi panis usu, qui aliqd casei receperit, prōpte omnes lædi.

Alexādrini fossores, camelinis uescuntur carnibus.

Cōcoctu autem sunt inter panes facillimi, qui plurimum sunt fermentati, probeq; subacti, quiq; in clibano igne moderato fuerint assati. Iam ex panibus is athletæ quidem est commodus, qui neq; est bellissimè assatus, neq; multum fermenti recepit: priuato autem & seni, qui in clibano probè coctus cum sit, habet etiam fermenti multum. At qui omnino caret fermento, prorsus nemini est commodus. Quòd si casei etiam aliquid illi addatur (sic enim rustici apud nos festis diebus panes quos vocant azymos conficere solent) eius vsu promptè omnes læduntur, etiam si fortissimo sint corporis habitu: cuiusmodi sunt messorum ac fossorū robustissimi: qui in Alexandria, asinina & camelina vescuntur carne, ob idq; grauissimis cruditatis morbis tentantur, atq; ante senectam intereunt.

Somnos ꝓfundiores plurimum conferre ad coctionem.

Athletarū crassam, plenamq; uictus rationē, iis qui nō exercētur esse periculosam.

Quòd autem eorum pleriq;, qui se confecerunt laboribus, minus à prauis cibis lædantur, in caussa est, quod iis somni sint profundiores: quæ res ad coctiones multum ipsis adfert momenti. Athletæ verò alimentis vtuntur crassi & viscidi succi, & quæ per exercitia improba, non facilè aut computrescant, aut in vapores soluant. Quibus cibis si priuatus aliqs, aut ab exercitiis alienus uti voluerit, celerrimè in plenitudinis morbum incidet, copiam crudi & crassi succi coaceruans: qualis est ille

Puris a crudo humore discernendi ratio.

Panis coquendi formæ quę præstantiores habeantur.

humor, qui in vrinis subsidet, puri quandoq; assimilis: nisi quod pus & graueolens est, & lentum: crudus verò succus non item. Inter panes rursus, optimi sunt clibanitæ: his proximi, qui assantur in furno minori. At qui super craticulam, aut cineres calidos, aut foci pauimentum, ceu in clibano, assantur, praui omnes sunt, vt qui se inæqualiter habeant. Omnium autem pessimi sunt, quantum ad modum assandi pertinet, quos eò subcinericios nuncupant, quòd cineribus tecti assentur.

Panes subcinericii, pessimi.

DE PLACENTA QVAM τηγανίταν appellant.

Τηγανίτης aluum sistit, et crudorum humorum est generatrix.

QVAE placenta ex farina triticea læuigata sufficienti aquæ portione, atq; oleo intra sartaginem fricta, conficitur, appellaturq; τηγανίτης ab Atticis, ea quidem cohibet ventrem, & crudorum succorum est generatrix. Quapropter & à quibusdam mellis quippiam ei admiscetur. Sunt qui & salem marinum misceant.

DE ITRIORVM COMPOSITIONE.

Itriorum compositiones, & noxæ.

DVPLEX autem est Itriorum species: præstantior quidem, quam rhyemata: deterior, quam lacha na appellant. Quæ sanè ex his ac similagine componuntur, crassi sunt succi, & tardè subsident, iecorisq; obstruunt meatus. Ad hæc lienis imbecillitatem augent, calculosq; in renibus gignunt. Quòd si cocta bellè fuerint, atq; mutata in sanguinem, admodum nutrient. Quæ verò cum melle parantur, mistam possident facultatem. Quanquam in iis qui obstructionis principium habent, aut inflammatione, aut scirrho sunt aliquo obsessi, nihil minus quàm illa nocent: nonnunquam etiam grauius. Vt autem de pane sermonem repetam, is saluberrimus est homini neq; iuueni, neq; exercitationibus dedito, qui tum salis, tum

Panis saluberrimus homini neciuueni, nec exercitiis dedito, qualis nã esse debeat.

fermenti habet plurimum, maximeq; fuerit, antequàm assetur, subactus. Modus autem fermenti & salis sit is, qui gustui sensum tristem non inferat.

DE PANE LOTO.

Panis lotus nutrit minus, omniumq; minime obstruit.

Panis loti substantia.

Pultem ex lacte & farina, hepatis obstructiones, & renum calculos gignere.

QVI panis abluendi rationem excogitarunt, minoris sanè alimenti cibum, sed qui ab obstructionis noxa absit, quo ad licet, longissimè, inuenerunt. Siquidem panis hic, succum crassum & lentum habet minimum, vt qui ex terrestri aereus sit factus. Cæterùm id edulium quod ex multa triticea farina lacti permista constat, tametsi boni succi & multi alimenti sit, ex iis tamen est, quæ ob assiduũ usum, hepatis obstructiones, & calculos renum procreant: ad hoc etiam conferente renum temperamento acri simul & igneo.

DE ALICA, SIVE CHONDRO.

Alica.

ALICA ex genere est tritici & valenter nutrit, succumq; lentum habet. Proinde huius vsum multum vitare conuenit, idq; potissimum quibus iecur facilè obstruitur, aut renes calculis gignendis sunt prompti. Quod autem ad sorbitiones alicæ pertinet, oportet succum eius (qui sanè magnam concoctionem desyderat) tum multæ aquæ admixtum super carbones coquere, plurimum mouendo, quoad exactè percoctus fuerit: tum verò salis quippiam etiam iniicere, oleumq; in principio, si placeat. Quòd si quando sani ob vehementem vẽtris mordicationem, aut biliosi humoris & multi transitum, sorbitione eguerint, iis alicam plurimum coctam, donec extabuerit, ac dein colatam propina.

Chondri usus quibus debet eẽ suspectus.

Alicæ sorbitio quibus sit propinanda.

DE TRITICO ELIXO.

Tritici elixi incõmoda.

ELIXVM triticum ventrem, ceu pondus maximum, premit, nauseam ciborũ inducit, flatus generat, dolorẽ capitis, caliginemq; oculorũ conciliat,

ac deniq; immodicè sistit aluum: cuius facilitas, vnicum in cruditatibus est remedium. Nutrit tamen validè corpus: & robur insigne iis, qui ipso vsi fuerint, comparat.

Alui facilitas i cruditatibus unicum est remedium.

DE AMYLO, HOC EST FARINA, citra molam ex tritico facta.

AMYLVM ex tritico fit, partes exasperatas læuigãdi vim obtinens: lotisq; panibus similem facultatem sortitus. Nam vt illi, minus q̃ panes non loti, corpori alimentum præbet: & non calefacit, quũ cæteri panes calefaciant.

Amyli facultas.

Panes calfacere.

DE HORDEO.

HORDEVM, quoquomodo ipso vtaris, vim quandam habere refrigerandi cernitur: qua quidem ratione à tritico differt, necnon quòd triticum sanè crassum & lentum humorem gignat: hordeum autem, & tenuem, & detersorium nõnihil. Cæterùm polenta quæ ex frixo hordeo conficitur, siccare conspicuè cernitur: cum tamẽ ipsa ptisana humectet, ubi plurimum intumuerit coctione longa, tandemq; in chylum degenerauerit. Acetum autem tũc ei admiscetur, quum planè intumuerit: quum verò cocta fuerit exactè, sub edendi tempus salem tenuem iniicere oportet. Oleum etiam, si in principio statim inieceris, coctioni nihil nocueris. Porrò hordeum ex quo cõficienda est ptisana, aliquãdiu in aqua præmacerandum est, postea verò in mortarium coniectum, vsq; eò terendum est re aliqua aspera, dũ is qui in superficie est cortex, abiectus sit. Quòd si nõ quicquid est paleaceũ deciderit, elixa ptisana magis quidem deterget, nullam autem aliam noxam accipiet. Sic præparatæ ipsius ptisanæ lentor, læuis, cõtinuus, blandus, lubricus, & moderatè humidus est: sitimq; arcet, ad abluendumq; idoneus, nec astrictionem habet, nec tormina gignit, nec deniq; in ventre exturgescit, quum intumuerit inter coquendum, quantum intumescere poterat.

Hordeũ refrigerat.

Hordeum quo modo a tritico differat.

Ptisana humectat.

Ptisanæ conficiundæ ratio.

26

Ptisanam detergere magis, ubi ex hordeo non plene decorticato confecta fuerit.

Ptisanæ magnifica cõmẽdatio.

DE PANIBVS HORDEACEIS.

HORDEACEI panes (quorum similes sunt differentiæ illis quas de triticeis tradidimus) multo minus triticeis alunt, magisq; subducuntur per aluũ, & potissimum si facti ex peiori hordeo fuerit. Laudatissimum autem est hordeum, quod candidũ, ubi pinsitum est, apparet, nonnihilq; habet densitatis & ponderis. Porrò quod totum plenum est, & circũscriptionem externam habet tensam, melius eo est, quod gracile est & rugosum: id quod seminum omnium tibi sit iudicium commune. Cæterùm non debes vti seminibus statim post collectionem, sed vbi ea in locis reposueris, diu ab eis abstinere: quo interea pars quidẽ humoris superflui exhalet: pars autem etiam coquatur. Defluit enim à plantis, fructibus, & seminibus, postquàm collecta & reposita fuerint, primum quidem quicquid in ipsis aquosum est, ac tenue: post autem, & nonnihil humidi naturalis. Quare quæ diutissimè fuerunt reposita, vires habent imbecilliores. Verùm huius terminus sit, quum ab ipsis diuisis pulvis quidam tenuis excidit.

Hordeacei panes nutriunt multo minus triticeis, magisq; subducũtur per aluũ.

Hordeum laudatissimũ, q̃le.

Rugosa semina, deteriora esse.

Seminibus q̃ñ utendum.

Semina q̃ diu fuerunt reposita, cur uires habeant imbecilliores.

DE POLENTA.

EX RECENTI hordeo mediocriter frixo laudatissima fit polenta. Quum autem polẽta omnis quæ rectè est facta, boni sit odoris, ea est suaueolentissima, quæ ex optimo ac recenti hordeo, & quod aristam non admodum habeat siccam, confecta est. Quæ quidem si cum vino austero fuerit epota, ventrẽ desiccat. In vniuersum autem priuatis quidẽ & in otio degentibus, plurimum alimẽti largitur: iis verò qui quoquo modo exercentur, minus q̃ quod sit satis.

Polenta epota cum uino austero, uentrem siccare.

DE MAZA.

AT MAZA (quæ ex polenta frixa conficitur) tantum in alẽdo corpore, à panibus hordeaceis:

Polenta q̃bus plurimum alimenti largiat.

quantum hi à triticeis, relinquitur. Quippè quum hordeum initio suapte natura furfurem haberet non paucum, vel ex se ad cócoctionem ineptum, frixum iam, cum ipsum habebit tum sicciorem, tum fractu & comminutu difficiliorẽ: sicuti & cremorẽ illũ, ex quo corpus alimentũ sumebat, similiter aridiorem. Quo fit ut maza panibus hordeaceis, ægrius coquat, magisq; vẽtriculum flatu impleat: in quo etiam si diutius mansẽrit, turbationem excitat. Citius autẽ subducitur, si cõmista diutius, atq; subacta fuerit. Quòd si mel quoq; addatur, citius etiam ob id ventrẽ excitabit ad excretionẽ. Porrò ptisana detersoria & incisoria est: quod in cute nostra indicat, ipsius sordes eluens. Iam si paulo post, quàm ipsam cuipiam sorbendam dederis, vomere ipsum compuleris, pituitam quæ in ventriculo continebatur, deterget, & omnia uomitu simul cum ea eiiciet.

Maza ægrius coquitur panibus hordeaceis, flatuq; magis uentriculum ĩplet.

Ptisanæ facultas. 24

DE ZEA, TYPHA, ET OLYRA.

ZEA (quam vulgo speltam uocant) nutrit quidem hordeo valentius, at impotentius tritico: ac proinde mediam inter triticum & hordeum naturã possidet. Olyra eiusdem cum Zea est generis. Quæ quidem si bona sit, panes ex ea cõfecti, post triticeos saltẽ sunt præstantissimi. Secũdi ab his sunt qui ex Typha parantur. Ex nobilissima autẽ olyra, vt decet, excorticata, sunt qui nominatũ tragum cõficiant: quo pleriq; utuntur, primum in aqua coquẽtes, deinde ea effusa infundentes sapam, aut uinũ dulce, aut mulsum, quibus postea superiniiciũt & pineas nuces aqua præmaceratas, donec plurimum ĩtumuerint. Quod verò ad colorem natiuum pertinet, in hordeo quidẽ & olyra, est albus: in tritico & Zea subflauus. At typha flauior tritico existit. In vniuersum autẽ, quæ semina parua mole multam reddunt substantiam, eamq; crassam & uiscidam, optimi succi sunt, ac multi alimenti: non tamen facilè

Zea media ĩter hordeũ & triticum.
Spelta.
Olyra.

Typha.

Tragus quomodo præparetur.

Semina optimi succi & multi alimẽti sunt, quæ parua mole multam reddunt substantiam.

per aluum secedunt: Quæ verò his sunt cõtraria, mollem quidem ac laxam habent substantiam: partes autẽ ipsorum furfureæ, citius quidẽ subducuntur, sed alunt minus. In iis ipsis, quæ graueolẽtia sunt, & gustũ quendam habent iniucundum, perspicuum est, quòd omnia & praui sunt succi, & difficilia concoctu.

Semina praui succi, quæ

DE AVENA, QVAE BROmus dicitur.

AVENA, iumentorum, non hominũ, est alimentum, nisi eos extrema fames illa nutriri compellat. Est autem admodum calida: minusq; nutrit quàm typha: & panis inde confectus, insuauis existit, non tamen aluum aut sistit, aut proritat, sed, quod ad id saltem pertinet, medium locum obtinet.

Bromus. Auena est admodũ calida.

98

DE MILIO ET PANICO.

PANIS qui ex milio fit & panico, exigui est alimenti & frigidus: ac præter id, tum præaridus, tũ friabilis, quum nihil in sese habeat, nec lentoris, nec pinguitudinis. Quare aluum humentem desiccat. Porrò milium, ad omnia est panico præstantius, suauiusq; editur: ad hęc cõcoquitur facilè, ventrem minus sistit, ac magis nutrit.

Panicum.

Miliũ ad omnia est panico præstantius.

DE LEGVMINIBVS, HOC EST seminibus cerealibus, ex quibus, panis non fit: ac primum de Oryza.

ORYZA omnis ad sistẽdam aluũ vtuntur: quod semen difficilius quàm alica concoquitur, ac minus alit, illa insuauior existens.

Oryza oẽs ad sistendã aluum utuntur.

DE LENTIBVS.

SVBSTANTIA lentis crassa, terrea, austera & astringens existit. Succus autem qualitatem astringenti contrariam possidet. Quare decoctum ipsarum sale, garo, aut oleo etiam conditum, aluum deiicit. Cæterùm lens bis cocta supprimit alui proflu uia: stomachum, intestina, & totum deniq; ventrem

Lentis substãtia.
Lentis succus.
Lẽs bis cocta uentrem fluentẽ supprimit, corroboratq;.

corroborat. Lens porrò decorticata magis nutrit quàm quæ cortice spoliata non est: succum tamen crassum & prauum gignit, nec sic alui profluuia desiccat. Iure igitur qui largius hoc edulio utuntur, elephantiasim & cancros incurrunt: iisq; tantùm qui laborant cachexia: vtiliter talis cibus præbetur. Qui quidem integrum & inculpatum visum hebetat, ipsum immoderatè exiccans: ei verò qui contrario modo se habet, confert: retinetq; muliebria profluuia. Quum autem ptisana, in eo saltem, contrariam ipsi facultatem possideat, ex amborum mistione præstantissimum edulium conficitur, idq; minori portione ipsius ptisanæ iniecta, nec non satureia, aut pulegio addito. In summa vero, lens aduersatur iis, qui crasso melancholicoq; succo redũdant. Cæterùm in ipsa victus ratione, temporum ratio est habẽda, sicuti & regionum, & anni temporum. Etenim Autumno melancholicis ac siccantibus cibis abstinere: Hyeme aũt vti, oportet: quemadmodum Aestate humectãtibus simul & refrigerantibus. At Vere, quòd medii temperamẽti sit, mediæ facultatis cibi sunt dandi.

Lens, si qs ea largius utatur, elephantiasim & cancros inducit.

Lens uisum iculpatum hebetat.

Lens ptisanæ immista, optimum edulium euadit.

Lens aduersatur iis, qui crasso melãcholicoq; redundant succo.

Temporibus singulis quales cibi conueniant.

Ver, medii tẽperamenti existere.

DE FABIS.

CIBVS qui ex fabis cõficitur flatulentus est, etiã si coquatur diutissimè: id quod sentientes nonnulli, cepas ipsis adiiciunt: quum quicquid flatulentum cibariis inest, corrigatur per calefacientia & tenuantia. Habent autem fabæ substantiam non densam nec grauem, sed fungosam ac leuem, quæ vim quandã detergendi possidet. Quare fabacea farina mulieres faciem deungunt: tollit enim lentes quæ in facie apparẽt: ob quam sanè facultatem, ventrem non cunctanter fabæ ipsæ permeant. Porrò si frixæ fuerit, sicuti & legumina omnia, flatum quidem deponunt, sed cõcoctu sunt difficillimæ, tardeq; prætereunt, & crassi succi alimentum exhibent. Quæ fabæ virides quidẽ collectæ sunt,

Fabaceus cibus est flatulẽtus.

Flatum a cibis discuti per calfaciẽtia, & tenuantia.

Fabarum substantia.

Fabacea farina lẽtes faciei exterit.

Legumina oĩa frixa reddi cõcoctu difficiliora.

postea verò assiccatæ, vt minus nutriunt, sic deiiciuntur promptius.

DE FABA AEGYPTIA.

FABA ægyptia, ut magnitudine, sic insita humiditate, quàm nostra, est longè superior, magisq; etiam excrementitia.

Faba ægyptia

DE PISIS.

PISA tota substantia cum fabis sunt cõsimilia, eodemq; modo sumuntur: non sunt tamen flatulenta vsqueadeò, nec sortiuntur vim detergendi: ideoq; magis in aluo morantur.

Pisa ægrius deiicuntur q̃ fabę.

DE CICERIBVS.

CICER edulium est non minus flatulentũ quàm faba: sed valentius nutrit illa. Ad venerem autem incitat, creditumq; etiam est semen gignere. Abstergit præterea cicer magis q̃ faba: sic ut nigra & exigua cicera manifestè calculos renum, vel hærentes, comminuant. Satius tamen est succum ipsorum in aqua coctum ebibere.

Cicer ꝓuocat uenerem.

Cicera nigra, calculos renũ frangunt.

DE LVPINIS.

ELIXVS lupinus, ac deinde maceratus in aqua dulci, donec omnem insuauitatẽ exuerit, sic demum manditur cum garo & oxygaro, vel solum cum sale mediocri conditus. Lupini porrò substantia, dura & terrestris existit: quocirca ipse concoctu difficilis sit, succumq; crassum gignat, est necessarium. Ex quo non probè in venis cõfecto, crudus propriè appellatus succus colligitur. Quarè lupinus ipse tardè ac difficulter descendit. In vniuersum autem, vt ea quæ humidiora sunt consistentia, exiguum corpori dant alimentum, & quod celeriter in halitus digeratur, sic dura & terrestria (è quorum numero lupinus existit) perdurabile, copiosum, & quod ægrè absumatur, largiuntur.

Lupinus estq; concoctu difficilis, crassumq; succum producit.

Lupinus alimentũ copiosum, perdurabileq; largitur.

DE FOENO GRAECO, QVOD Τῆλις dicitur.

Τῆλις

INTER manifestè calefacientia hoc semen censetur, eundemq; hominibus in cibo vsum præstat, quem lupini. Præsumitur autem ipsum cum garo, alui subducendæ gratia. Caput, si sumatur copiosius, ferit. Succus elixi fœni græci sumptus ex melle, ad omnes prauos humores, qui in intestinis habentur, subducendos est commodus: suo quidem lentore, leniens: calore autem, dolorem mitigãs. Quòd autem abstersoriæ qualitatis quoq; sit particeps, intestina etiã ad excretionem instigat. Sed parcius mel ei est miscendum, ne mordacitas ipsa exuperet. In diuturnis verò thoracis citra febrim affectibus, pingues cum eo quidem palmulas elixare oportet: ubi autem succũ ipsum expressum copioso melli miscueris, ac rursum super carbones ad mediocrem crassitiem coxeris, tum demũ longè ante cibum eo vti præstat.

Fœnum Græcum calfacit, lenit, atq; dolorẽ mitigat, facultatẽ etiã possidens abstergentem.

Fœni Græci succum auxiliari diuturnis thoracis affectibus.

DE PHASELIS ET ERVIALA.

HAEC quoq; semina homines, quo modo & fœnum græcum, prius in aqua, quo ad radicem produxerint, macerantes, ventris subducendi gratia mãdunt ante alios cibos, garo intingentes. Succum aũt, quum coctus est, atq; in corpus distributum, habẽt copiosioris alimenti, q̃ fœnum græcum. Inter ea tamen quæ succum bonum ac prauum generant, inter concoctu facilia & difficilia, tardè & celeriter transeũtia, flatulenta & flatus expertia, multum ac parũ nutrientia, medium sibi vendicant locum.

Phaselorũ facultas.

Eruialæ facultas.

DE CICERCVLA.

SVCCVM habet phaselis & eruialis facultate quodammodo similem, sed consistentia crassiorẽ: ob eamq; ipsam caussam, plus aliquãtulo, q̃ illa, nutrit.

Cicerculæ uis.

DE ARACIS.

SEMEN hoc, & usu & facultate semini cicerculæ est simile, nisi quòd durius est, ægriusq; elixatur, ac proinde in uentre difficilius concoquitur.

Aracorum facultas.

DE DOLICHIS, SIVE SMILACE hortẽsi.

QVEMADMODVM frumentacea semina spicis, ita memorata legumina siliquis continẽtur, similiterq; ipsos dolichos siliquæ continent: qui quidem minus sunt flatulenti q̃ pisa, nec non affluẽtius nutriunt, ac celerius etiam descendunt. Cæterùm integros ipsos atq; etiãnum virides vnà cum suis siliquis, ex oleo & garo, ut plurimum homines mãdunt. Nonnulli etiam vinũ adiiciunt. Sed eos, nisi prius resiccent, non reponũt, propter copiosiorem humiditatẽ, cuius occasione solent corrũpi. In summa verò, dolichus videt spẽs esse illius plantæ, quã hodie phaseolũ appellãt.

Dolichus. Smilax hortẽsis.

Dolichus uidetur esse species phaseoli.

DE OROBO SIVE ERVO.

ERVVM insuauissimum est, & praui succi: quare homines ab eo, nisi in summa fame, abstinẽt. Vtuntur autem orobis ipsis cum melle, ceu medicamentis humores crassos thoracis pulmonisq; expurgantibus. Porrò iter orobos, albi minus sunt medicamẽtosi iis, qui ad flauitiem, aut pallorem recedũt. Bis cocti, insuauitatẽ, ac simul detergendi incidendiq; vim amittũt, ac sic citra insignẽ amarorẽ desiccandi uim possident.

Eruum. Orobus praui est succi. Orobi expurgant pectus. Orobi duplices.

DE SESAMO ET ERYSIMO.

SESAMI semen pingue est, ideoq; repositum, celerrimè fit oleosum. Quamobrem eos qui ipso vescuntur, celeriter implet, stomachũq; subuertit, ut pinguia omnia, ac tardè concoquitur, pingueq; corpori alimentum præbet. Est autem crassi succi: ideoq; non properè peruadit. Cæterùm ipso solo non vsqueadeò vescuntur, sed cum melle coacto in placentulas: Panibus etiam inspergitur. Erysimum, sesamo quodãmodo esse affine videt, sed eo omnino deterius. Vtrũq; tñ temperie est calidum, quamobrem sitim excitant.

Sesamum subuertit stomachum. Sesamũ crassi est succi. Sesamũ cum melle in placentulas cogitur. Sesamum calfacit. Erysimum.

DE PAPAVERIS SEMINE.

SATIVI papaueris semẽ, panibus vtiliter ceu cõdimẽtum inspergit, est tñ album nigro præstantius.

Papaueris semen cõmode permiscet panibus.

Papauens facultates inſignes.

Refrigerandi autem poſsidet facultatem,ideoq; ſomniferum eſt. Quod ſi ſumptum liberalius fuerit, ſoporem etiam inducit,atq; coquitur ægrè. Inhibet præterea quæ ex pulmone ac thorace tuſsi expuuntur. Confert verò iis qui catarrhis fluxu tenui à capite defluentibus, infeſtantur: corpori autem multum commemorabile alimentum præſtat.

DE LINI SEMINE, QVOD linoſpermon vocant.

Linoſpermon.

Lini ſemẽ modice urinã mouet.

STOMACHO noxium eſt,& coctu difficile,exiguumq; alimentum corpori exhibet: modicã tamen mouendæ vrinæ poſsidet facultatem: quæ magis apparet,quum frixũ ſumitur. Tunc aũt,magis quoq; aluum ſiſtit.

DE ORMINO, VVLGO GALlitricho appellato.

Gallitricum. Orminum.

PARVM in ſeipſo habet alimenti,ut quod medie inter eryſimum & cuminum naturæ exiſtat.

DE CANNABIS SEMINE.

HOC ſemen concoctu eſt difficile,ſtomachoq; & capiti nocet,ac breuiter prauum ſuccũ producit. Multum autem calefacit,ideoq; ſumptum paulo largius,caput ferit,uaporem ſuum ad ipſum mittens,calidum ſimul & medicamentoſum.

Cannabis ſemẽ calidũ eſt, caputq; ferit.

DE VITICIS, SIVE AGNI caſti ſemine.

Vitex.

ID SEMEN etiam per ſe frixum manditur,creditur'q; appetitus inhibere venereos. Alimentum autem corpori præbet exiguum,idq; ſiccans refrigeransq;.Flatus autem valde diſsipat: quorum omnium occaſione,iis qui à venere puros ſe ſeruare conantur, eſt accommodum.

Agni caſti ſemen flatus diſcutit, quo nomine arcet uenerem.

DE APHACE ET VICIA.

Aphace. Via

HAEC legumina nõ inſuauia modò,ſed concoctu etiã ſunt difficilia,aluũq; inhibent:quare alimẽtum haud

tum haud

tum haud boni ſucci,ſed craſſum, atq; ad humorem melancholicum gignendum,idoneum exhibent.

DE SEMINIBVS ALIENIGENIS, quæ in quoq; genere permiſta reperiuntur.

Lolium. Aegilops. Aracum. Securinum. Aparine. Melampyrũ.

IN TRITICO quidem frequens lolium reperitur:in hordeis etiam,ſed paucum. Quam autem ægilopem vocant, ea in hordeis frequens inuenitur: ſicuti in lente aracum,& ſecurinũ,& planta illa, quam aparinem dicunt,quæ ipſam lentem ſtrangulat. Melãpyrum autem nuncupatum ex tritici quoq; mutatione gignitur,ſed prauitate quãplurimum à lolio relinquitur. Non igitur oportet nos in purgandis ſeminibus,quæ ad eſum comparantur,eſſe negligentes: perſuaſos,etiam ſi noxam quæ quotidie fit, ob exiguitatem ſenſu non percipimus,quod tamen longo tempore ex ipſa aceruatur,tandem erupturum.

Semĩa quibus uescimur, eſſe diligenter purganda.

GALENI PERGAMENI DE ALIMENTORVM facultate. LIB. II.

OMNIA EDVLIA, QVAE primo librò fuerunt commemorata, plantarum erãt ſemina,exiguũ quiddam à fructibus diſcrepantia:nunc verò de fructibus agere inſtituo,in quorum viſceribus reperiuntur & alia ſemina,quæ ab ipſis fructibus maximè diſsident:cuiuſmodi ſunt quæ in ficubus,vuarum acinis, piris,ac deniq; aliis plantarum fructibus, vt cucurbitis,peponibꝰ & melopeponibus,licet cernere ſemina. Cæterùm in fabis,lupinis,dolichis,lente,& aliis id genus ſeminibus,quæ ſiliquis obuoluunt,quod quidem ex ſiliqua ſemineq; eſt compoſitum, ipſe fructus

Fructuum ſemina.

existit. Plurima tamen substātiæ pars in seminibus inest: Porrò aliorum propemodum omnium, quę primo memorauimus libro, semen dūtaxat manditur: solius autem dolichi, dū adhuc virescit, fructus integer editur. Vnde veterum nonnullos arbitror sub phaseolorum nomine dolichos comprehendisse.

Dolichos edi simul cum siliquis.

DE FRVCTIBVS FVGACIBVS quos Græci ὡραίους nuncupant.

HORAM anni, Græci id tempus appellant, in cuius medio caniculā exoriri contingit. Tēpus aūt id dierum est quadraginta: quo tempore omnes horarii (quos vocant) fructus, consistunt, vt cucurbitę, mora, pepones, melopepones, persica, & consimilia. Vocant autem ipsos horarios, quo eos, ab iis qui ad reponendum idonei sunt, distinguant. Corrumpuntur siquidem facilè, nec probè asseruari queunt, quemadmodū cerealia omnia. Nonnulli tamen è cucurbitis semē vacuantes, dein earum uelut carnem siccantes, in hyemē reponunt. Porrò quæ corpus habent compactum, ea vt permanentem, sic solidam, terream, multiq; nutrimenti substantiam possident. Quæ verò consistentia sunt humida, corrumpuntur, exiguumq; habent alimentum, & quod excernatur facilè: potissimū quum nitrosum quippiam ipsis inest, ac detergendi facultas. Talia sanè deterioris succi esse perhibemus iis, quę nullam saporis qualitatem habent sensibilem, quo modo aqua optima nullā habet. Hæc igitur omnia, & iis multo magis quæ ante exactam maturitatem mandimus, flatulenta quidem sunt, verùm subducuntur celerius: quemadmodum etiam quæ succum habent tenuē, citius distribuuntur. Sunt autem omnia hæc praui succi, solusq; is vtiliter ipsis vtetur, qui æstu vehementiore, & longiore itinere sese confecerit. Tunc enim iuuant, corporis squallorem humectantia: & si frigida sumantur, moderatè refrigerantia. Etenim humectandi qui-

Hora quod tēpus anni dicatur.

Horarios fructus corrūpi facile, ægreq; asseruari posse.

Cucurbitę quō reponantur in hyemem.

Aqua optima nullā gustui q̄litatem ostēdit.

dem semper habent facultatem: refrigerādi verò nequaquam, si calida, sic vt dixi affectis, fuerint comesta.

DE CVCVRBITA.

CRVDA quidem, insuauis est, concoctuq; difficillima, stomachum lædit, nisi vomitione reddatur. Hanc igitur & alia fugacium pleraq;, aut postquam elixa fuerint, aut statim certè, aut in sartagine frixa, aut assa, omnes homines esse consueuerūt. Siquidem cucurbita elixa, prorsus insipida est. Quocirca multos apparandi modos admittit, vt quæ in medio omnis excessus consistat, ob idq; ad quemuis excessum ex æquo duci queat: ac proinde illis quibus mista fuerit, assimilatur. Iam verò cucurbita, quantum in se est, humidum frigidumq;, & ob id exiguū corpori alimentum præbet: facilè tamen descendit. Sed neq; coquitur ægrè, si modo prius corrupta non fuerit: id quod interdum ei, vt aliis omnibus humidis, simul ac fugacibus, accidit, si diutius in ventriculo hæreat. Assa aūt vel frixa in sartagine, quāplurimū quidē de propria humiditate deponit. Cæterùm ob aqueā sibi qualitatem innatam, meritò gaudet origano.

Cucurbita, quū sit isipida, multos apparandi modos admittit, condimentisq; illis quibus iuncta fuerit, assimilatur, humidū tamen frigidumq; alimētum largit.

Fugaces fructꝰ corrūpi, si diu in uētriculo hæserint.

DE PEPONIBVS.

VNIVERSA peponum natura, frigidior est cū humiditate copiosa: habent autem vim quandā abstergendi, cuius beneficio vrinam cient, & deorsum expeditiꝰ quàm cucurbita, melopeponesq;, permeant. Semen autem potentius quàm ipsorum veluti caro, deterget: adeò vt aduersus renes calculo infestatos conueniat. Succum tamen in corpore gignit uitiosum, idq; potissimum, quum concoctum probè non fuerit: quo casu, choleræ morbo obnoxios consueuit efficere. Quinetiam prius quàm corruptū fuerit, ad vomitum quoq; est idoneum, præcipuè si largius sumatur.

Peponū facultas.

Pepones urinā cient.

Peponū semen cōminuit calculos renum.

Peponū semen uomitum prouocat.

DE MELOPEPONIBVS,

Melopeponũ facultas.

MELOPEPONES minus quàm pepones sunt humidi, nec adeò praui sunt succi. Minus item vrinas mouent, tardiusq́; deorsum descendunt. Ad vomitum præterea excitandum, non tantum, quantum pepones, habent momenti, nec adeò celeriter in ventriculo corrumpuntur, & si in iuuando eo, autumnalibus fructibus longè sint inferiores.

DE CVCVMERIBVS.

Cucumeres mouent urinam.

VRINAM quidem & ipsi, quomodo pepones, cient, minus tamen quàm illi, quia ipsorum substantia minus humida est, ideoq́; nõ facilè vt illi, in vẽtriculo corrumpuntur. Inuenias autem qui ipsos concoquant, ob naturæ cum eis familiaritatem. Siquidem à totius substantiæ proprietate suus cuiq; animãtium generi cibus est familiaris: vt coturnicibus quidẽ helleborus: sturnis autem cicuta. Cæterùm quibus biliosus humor, aut omnino prauum excremẽtum quoduis, in ventriculo sæpe congeritur, in iis, quæ natura concoctu facilia sunt, celeriter corrumpuntur. Quod si quispiam eorum aliquid, quæ cæteris concoctu sunt difficilia, concoxerit, succus tamen qui ex eo in corpus distribuetur, eandem semper retinebit naturam. Quare omnibus praui succi eduliis censeo abstinendum, etiamsi ea quibusdam esse concoctu facilia videantur.

Coturnices uescuntur helleboro. Sturni aluntur cicuta. Bile redundantem uentriculum, corrumpere cibos cõcoctu faciles.

DE FRVCTIBVS QVI AB arboribus colliguntur.

EX FRVCTIBVS quibus vescũtur homines, humidi quidem, tenue, humidumq́; corpori alimentum præbẽt: quod ob id per corpus celeriter permeat, excerniturq́; tũ per cutim, tum per vrinas. Consistentia autem solidi, ut alimentũ copiosius exhibent, sic etiam ad permeandum tardius.

DE FICVBVS.

FICVS quãquam prauitatem non potuerũt omnino effugere, facilè tamen totum corpus peruadunt. Nam & abstergendi quoq; insignem obtinent facultatem: quo fit, vt post ipsarum esum, nephritici arenulas multas excernãt. Nutriunt præterea vberius cæteris autumnalibus fructibus: flatibus tamen hæ quoq; implent. At quæ ficus prorsus iam maturuerunt, propemodum nihil omnino lædunt: quo modo nec caricæ: quæ multiplicem quidem præstant vtilitatẽ: si quis tamen largius eas esitauerit, offendetur ab ipsis, quandoquidem sanguinem non admodũ probum gignunt. Quo fit vt ex ipsarum esu pediculorũ multitudo proueniat. Habent etiam tenuandi facultatem, & incidendi, qua ventrem quoq; ad excretionẽ irritant, renesq́; expurgant. Cæterùm iecori, lieniq́; inflãmatione obsessis sunt noxiæ: quemadmodum & ficus, communi omnium dulcium ciborum ac potuũ ratione. Obstructis tamen illis, aut scirrho affectis, ipsæ ex sese nihil cõmodant, nec officiunt: sed medicamẽtis incidentibus, extenuantibus, & abstergentibus mistæ, non mediocriter iuuant, tum caricæ tum ficus.

Ficus pellunt arenulas, facultate extergendi prædităe, flatibus tamen implent.

Caricas uberius sumptas, pediculorum multitudinem gignere.

Caricas, ficusq; aduersari inflammatis uisceribus, cõmuni omniũ dulcium ratione.

DE VVIS.

FICVS & vua, quemadmodum inter autumnales fructus principatũ obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumq́; praui succi habẽt: laxam tamen carnem ac præhumidã gignunt, ob idq́; celeriter flaccescentẽ. Verùm vuæ minus alunt quàm ficus, maximumq́; id ipsis inest cõmodum, quòd descẽdant velociter. Quocircà si quando hęserint, grauiter lędunt, quum id minimè maturis ficubus insit. Etenim acinorum substantia, composita est, ex carne, humore, seminibus, atq; ambiente pellicula. Cæterùm substantia seminis sicca est, & quodãmodo astringens, omniaq́; intestina peruadit, nihil, quod sensu queat deprehendi, à se mutata: non secus ac in ficubus κεγχαμίδες. Exiguam etiam & tegumentum acini recipit in ventriculo mutationem. Quare si sola acinorũ caro cum

Vuæ minus alũt quàm ficus, descenduntq; uelociter.

Acinorum substantia ex quibus constet.

Acinorum semina astringere, nihilq; mutari i corpore.

succo sit transglutita, magis aluus laxabitur. Laxatur autem impensius, quũ solus ipse succus expressus (vulgo mustum appellant) fuerit epotus. Qui ventrem ni ptranseat velociter, nonnihil flatibus implet. Ex hoc sanè alimenti nonnihil corpori accedit: copiosius tamẽ ex carnea substantia. Ergo quibus vuis exiguus est succus, eæ magis nutriunt. Quibus verò vberior, minus quidem nutriunt, sed promptius deiiciuntur. Vocant autem vuas huiusmodi generosas, quæ humidam quidem substantiam habent exiguam, solidiorem autem non paucam. Quas quidem reponẽtes, eas in mustum coniiciunt, aut impletas eis nouas ollas, sic in vinaceis, hoc est in vuarum reliquiis, recõdunt, ut ne minimam quidem habeant respirationem. Atq; huiuscemodi sanè vuæ, ventriculum dissolutum corroborãtes, hominibus appetentiam restituunt: non tamen per aluum descendunt. Quòd si sumantur largius, feriunt caput: minus tamen q̃ quæ in musto conduntur. At pensilis, nihil prorsus caput lędit: ventrem autem nec sistit, nec ad deiectionem irritat. Porrò vuæ in musto, aut in ollis reconditæ, aliarum omnium facillimè concoquuntur. Quum autem non sit parua differentia inter vuas, quæ sanè dulces existunt, calidiorem possident succũ, ob idq; siticulosæ sunt, atq; aluum subducunt: austeræ verò, acidæ, acerbæq;, frigidiorem: ac proinde nõ excretioni modò, sed coctioni, distributioni, & nutritioni sunt noxiæ. At qualitatis expertes, quas vinosas appellant, locum inter calidum & frigidum, mediũ obtinent. Maximè aũt subducit aluum, ipsum mustum dulcissimum. Quod uerò ab uuis austeris aut acidis est expressum, ad omnia pessimum est. Solent præterea coniectis in parua dolia vinaceis, tantum aquæ superaffundere, quoad omnia permadeant. Quod vbi satis factũ videtur, in dolii fundo foramen aperiunt, vt dilutum (quam nos appellamus loram) effluat: id quod postea

Mustũ uõnihil uentrẽ flatibus replet, ni ptranseat uelociter.

Vuæ, quæ nutriãt magis: & quæ deiiciant promptius.

Vuæ generosæ quæ sint.

Vuas afferuandi, industriæ diuersæ.

Vuarum affervatarum discrimina.

Vuæ dulces quam uim possideant.

Vuæ austeræ.

Vuæ acidæ.

Vuæ acerbæ.

Vuæ uinosæ.

Mustum dulcissimum, subducere aluũ maxime.

Loræ compositio.

pro vino bibunt. Capitis tamen dolorem affert, nisi quis dilutiorem loram ipsam ebibat: quamuis ocyus per urinas excernitur. Cæterùm dilutum id multo vinosius efficitur, si vinaceus ad Ver, aut Aestatem, repositus fuerit.

Lora qua rõne uinosior reddatur.

DE VVIS PASSIS.

VVAE passæ cum aliis vuis eãdem habent rationem, quam caricæ cum ficubus. Cęterùm vt dulces temperamẽto sunt calidiore, ita austerę frigidiore: quæ quidem stomachum roborant, & ventrem constipant, & his multo magis, acerbæ: inter quas mediam quodammodo constitutionẽ dulces obtinẽt. His enim vt vis quædam semper inest contemperãdi, ita & mediocriter detergẽdi: vnde exiguas mordicationes, quæ os ventriculi infestant, obtundunt: Inter passas autem præstantiores sunt, quæ tum pingues sunt, tum cuticulam habent tenuem. Quæ quidem si inueteratæ sint, aqua præmaceratæ, purgatæq; à seminib⁹, multo præstantiores redduntur. In Cilicia tamen crescunt nonnullæ solidæ, minutulæq;, nullum semen prorsus habentes. Porrò in regionibus frigidis, ne vuæ quidem ipsæ exquisitè maturari queunt, ne dum passarũ quæpiam: ob idq; resinam vinis immittunt, ne arescãt celeriter. Alimentum ex pasis tale qualitate in corpus distribuetur, qualis ipsarum natura fuerit. Quantitate verò, copiosius ex pinguib⁹, dulcibusq;: parcius ex austeris, & macris. Quòd si pinguium dulciumq; repurgatarum parem molem cum pari vuarum mole contuleris, passas valentius nutrire deprehendes.

Vuarũ passarũ discrimina & facultates.

Passarum, quæ præstantiores habeantur.

Passulas expertes seminũ, in Cilicia crescere.

Vuas non maturescere in regionibus frigidis.

Passarum, quæ quale, & quantũ corpori alimẽtũ largiant.

Passæ ualẽtius nutriũt q̃ uuæ.

DE SYCAMINIS, QVAE ET mora appellantur.

Sycamina.

MORA (quorum succum recipit medicamẽ diamoron, ori gratũ) celerrimè ptranseunt, cibisq; aliis præeunt, si in ventriculum purum inciderint, & sumpta in primis epulis fuerint. Quòd si post alios ci-

Diamoron ori gratum.

Mora debere alios cibos pręcedere.

bos sumantur, aut prauum succum in vētriculo offenderint, celerrimè computrescunt cum aliis cibis, vt in cucurbitis accidit. Quare vt posteriores ii cibi sumendi sunt, qui tardè permeant, sic omnium primi, qui celeriter quidem permeant, corrumpuntur tamen, si in ventriculo commorentur diutius. Tempus verò vtendi vt peponibus, ita & moris est, quum corpus vētriculi squalore æstuat, quo tempore necesse quodammodo est hepati quoq; idem accidere. Porrò moris, quū non admodum maturuerint, qualitas quædam astringens inest, sicuti & immaturioribus acida: vnde nōnulli iis resiccatis, ad diuturna alui profluuia vtuntur. Matura autem, si corrupta non fuerint, omnino quidem humectant: non tamen omnino refrigerant, nisi sumpta frigida fuerint. Alimentum verò corpori præbēt minimum, quo modo pepones, non tamen vt ii, vomitum excitant, neq; stomachum lædunt.

Cibos qui tarde quidem p meant, posteriores sumendos esse, q celeriter autē, priores.
Moris utendū esse, dum uentriculus ęstuat.
Mora immatura, resiccataq;, alui profluuio congruunt.
Mororum maturorum uires.

DE CERASIIS.

EX CERASIIS quædam sunt moris similia: cuiusmodi sunt quæ nullam habent astrictionem: alia ruborum fructui: vt quæ euidentius astringunt. Quædam autem sunt quæ vel valentius astringunt. Proinde memoratæ cuiusq; speciei facultatem, ex iis quæ de moris & rubi fructib⁹ dicim⁹, potes colligere.

Cerasiorū species & facultates.

DE RVBI FRVCTIBVS QVOS βάτινα vocant.

Batina.

MAGIS astringūt quàm mora, quòd si quis largius ipsis vescatur, capitis dolorem sentiet. Alii stomacho anguntur. Proinde vt mora, sic fructū hūc, prius quàm edatur, maximè abluere oportet. Cohibet autem ventrem: atq; medicamenta omnia quę ex mororum succo parantur, si ex hoc rubi fructu fiant, facultatem habebunt efficaciorem.

Rubi fructuū uires & facultates.

DE FRVCTIBVS CANIRVBI. κυνόβατον appellant.

Cynobatos,

MVLTO magis quàm ruborum fructus astringunt, ac ventrem cohibent: parumq; alimenti suggerunt.

Canirubi fructuū facultas.

DE IVNIPERI FRVCTIBVS.

FRVCTVS iuniperi, acris admodum est, cum exigua dulcedine, & minori præterea astrictione. Habet autem & aromaticum quiddam: vnde constat, quòd calefacit. Omne enim aroma calidum. Hepar autem & renes purgat: succos crassos & lentos tenuat: vnde medicamentis salubribus admiscetur. Cæterùm alimentum præbet exiguum. At largius sumptus mordet stomachum, caput calfacit: ob idq; ipsum nōnunq̄ replet īfestatq; doloribus: vētremq; nec proritat, nec cohibet: vrinas tamen mediocriter vacuat.

Iuniperi fructus facultas.
Aroma omne calidum.

DE FRVCTIBVS CEDRI.

FRVCTVS cedri, fructui iuniperi est similis, nisi quòd eo est durior, siccior, exilior & acrior, nihil, ut ille, aromaticū habens. Quare nisi quis ipsum aqua præmacerauerit, nullum corpori alimentum præstat. Valde autem stomachum mordicat, capitiq; dolorem infert, nisi quis ipsum parcissimè sumpserit.

Cedri baccarū facultas.

DE NVCE PINEA, SIVE STROBILO.

SVCCI boni est & crassi, multumq; nutrit, non tamen facilè coquitur.

Strobilus.
Nux pinea.

DE FRVCTV MYRTI.

NVTRIT tenuiter, astrīgitq; valenter, atq; ob id aluum sistit. Cęterùm astrictioni habet quandā acrimoniam admistam.

Myrti fructus cum astrictiōe est acris.

DE PERSICIS.

CORRVMPITVR horum tum succus, tum caro: prauaq; omnino sunt. Quarè nō sunt post alios cibos mandenda (alioqui corrumpuntur, in superficie natantia) sed in primis mēsis, vt cætera quæ & mali sunt succi, & subduci facilè queunt.

Persica cur nō sint post alios cibos mandenda.

Armeniaca.

DE ARMENIACIS ET PRAECOCCIBVS.

Præcocia.

Vētriculus quapellat exundātia excremēta.

HAEC quoq; ex genere sunt persicorum, bonitate nonnihil ea superantia. Neq; enim in ventriculo corrumpuntur vt illa, neq; etiam acescunt: vulgo autem suauiora apparēt, vnde etiā stomacho sunt gratiora. Præcoccia tamē Armeniacis præstant. Porrò Ventriculus, quæ deorsum quidem uergunt, ex molestantibus, ea per aluum expellit. Quæ verò supernatant, per uomitus eiicit.

DE MALIS.

Malorum differētiæ atq; facultates diuersæ.

Sapores

Austeris malis quando est utēdum.

Acerbis malis quādo uti expediat.

Acidorum malorum usus, qū utilis.

Acria, cum calore incidunt. Acida incidūt refrigerando.

Malorū astringentiū atq; acidorum discrimen.

MALA quidem quæ astringunt, succum habent frigidū atq; terreum. Quæ verò acida apparent, frigidum simul atq; tenuium partium. Mediæ autem temperaturæ sunt dulcia, quæ tamen ad calidius vergunt: vt ea quæ omnis sunt qualitatis expertia, & veluti aquosa, ad frigidius inclinant. Porrò hæc tria saporum nomina, astringens, austerum, acerbum, qualitatem quidem vnam significant. Acerba tamen valentius austeris astringunt. Austeris igitur potius vteris, quum ventriculus, vel propter calidam intemperiem, vel multam humiditatem est imbecillus: acerbis autem, quum duo hæc aucta admodū fuerint: acidis, quando succum crassum, qui non magnopere frigidus sit, suspicaberis esse in ipso collectum. Quandoquidem succus frigidus, non acida, sed acria postulat. Vtraq; certè & acida & acria, succos crassos incidunt: sed hæc quidem cum calefactione, illa cum refrigeratione id præstant. Iam verò, astringentia quidem, alui deiectiones perpetuò cohibent: acida autem, quū succum crassum in vētre offenderint, incidūt ipsum, atq; deorsum trudūt, ob idq; deiectiões humectant. Quòd si purum ventrem inuenerint, ipsum magis sistunt. At succus dulcis, quum purus & per se fuerit, distribuitur celerius: si verò acrimoniam aut crassitiē sortiatur, citius subducitur. Est & aliud succi genus, non po

astringens
austerus
acerbus
dulcis
aqueus
acidus, acer

nis modò, sed cæteris omnibus, aqueum & qualitatis expers, quod in medio memoratarū facultatū, quemadmodum aqua ipsa, consistit. Optima poma (quę colligi ante maturitatem non debēt) sæpe in morbis maximum præsidium afferunt, vel cataplasmatis modo, cum farina admota, uel in calidis cineribus mediocriter assa, vel in aquæ bullientis vapore percocta. Cæterùm post cibum statim dare ipsa conuenit iis, qui deiecta sunt appetentia, tardeq; concoquunt, aut uomitu, diarrhœa, & dysenteria infestantur. Sed in hunc vsum acerba sunt commodissima.

Mala quādo et quibus offerri debeant.

Mala acerba quibus sint cōmodissima.

QVI FIAT VT POMA AVT PIRA astringentia, ventrem quibusdam laxent.

Mala, aut pira astringētia, cur uentrē quibusdam laxent.

Astringentia, si quidē sumātur post fluida, deiectionē accelerant, si uero lubricis præsumantur, aluum constringent.

VBI post ea quæ fluida & lubrica sunt, astringentia sumuntur, in iis potissimum qui stomachū imbecillum sortiuntur, deiectionē ipsam accelerant, uentriculum roborātia, & ad expellendum deorsum, quæ in sese continet, incitantia. Quòd si prima oīum astringentia ingerantur, ac dein quæ piguiora & magis fluida existunt, os quidē subuertetur uentriculi, aluus aūt ipsa firmabitur: id quod in Prota Rhetore, usu & experientia exploraui. Quāobrē ubi pallida bilis, aut alius quispiam humor uentriculum turbat, si is qui sic est affectus, aliquod astringentium gustarit, repente deorsum succum infestantem excernet.

DE CYDONIIS ET STRVTHOMELIS.

Cydonia.
Struthomela.

Cydoniorū struthomelorumq; succum, diu cū melle asseruari, firmareq; exoluti uentriculi firmitudinem.

Diacytonitem uulgo appellatum.

HIS pomis eximium quiddam quod in aliis non inuenitur, inest. Nam præterq; quòd astrictionem possident copiosiorem, succus etiam eorū diu permanet, si quis ipsum cū melle coctū asseruet: quum aliorum succus si reponatur, acescat, ob exuberantem humiditatem. Quocirca ad exoluti ventriculi robur vti succo illorum solemus, ita ut monui, confecto. Sed ex carne ipsorū & melle placentæ quædam parant, prodigiosæ perennitatis. Nos uero medicamini quod ex

eorum succo & melle conficitur, nonnihil piperis albi, zingiberis, atque aceti miscemus.

DE PIRIS ET PVNICIS.

QVAE de malorum differentiis diximus, si ad pira punicaque transtuleris, nihil erit quod nos de ipsis dicere oporteat. Pirorũ igitur vsus, pomorum usui est similis. Punica verò, cæterà quidem, sunt similia: in eo tamen discrepant, quòd nunquam cum hordei farina assentur, neque in aqua aut uaporibus elixentur. Succum autem habent piris & pomis tum copiosiorẽ, tum gustu suauiorem, interdumque etiam vtiliorem: vtputa dum cardialgia, hoc est mordicatio oris ventriculi, infestat. Quum aũt minimi nutrimenti sint punica, nunquam ipsis ceu alimento, sed tantùm vt medicamento egemus. At pira aliquantulum nutriunt. Quibus quidẽ in tenues orbes dissectis, & exiccatis, ac postea tandẽ elixis, hyeme & vere, vice ciborum utuntur.

Pirorum usus, qualis malorũ.

Punicorũ malorum succum cardialgiæ esse utilem.

Pira quomodo exiccari debeant.

DE MESPILIS ET SORBIS.

AMBO enim astringunt, verùm mespila multo valentius quàm sorba: proinde vẽtri fluenti cibus est commodissimus: sorba tamẽ in cibo ipsis sunt suauiora. Quamuis neutro ipsorũ vt nutrimento, sed tantùm vt medicamento, egemus.

Mespila. Sorba.

DE PALMAE FRVCTV, QVEM PHAEnicem, dactylum, & palmulam vocant.

PALMVLARVM, aliæ quidem sunt siccæ, astringentesque, vt Aegyptiæ: aliæ molles, humidæ, & dulces, vt quæ καρύωται appellantur. Reliquæ omnes palmæ inter hæc duo genera vidẽtur mediæ. Omnes autem difficiles concoctu sunt, capitique dolorẽ conciliant, si largius sumantur. Porrò succus qui ab ipsis in corpus digeritur, crassus omnino est: habet etiam & lentoris quippiam, quum palma ipsa pinguis fuerit. Quum autem dulcedo tali succo permista sit, celerrimè quidem hepar ab ipsa obstruitur. Læditur autẽ vel maximè à palmularum esu, * vel inflammatum, vel scirrho affectum. Post hepar etiam lien & obstruitur & læditur. Quòd autẽ dulces palmæ succum calidiorẽ possideant: sicuti et astringẽtes, magis frigidũ: quodque virides, flatus gignant, nec in regionibus non admodũ calidis possint maturescere exactè, perspicuũ est.

Phœnix. Dactylus. Palmulæ ægyptiæ. Palmulæ καρυώται.

Palmularũ esu, quàm celerrime obstrui hepar.

Palmulas non maturescere nisi i regionibus admodum calidis.

DE OLIVIS.

EXIGVVM quidem & ipsæ corpori alimẽtum præbent, potissimumque caducæ. Edunt autem homines has quidẽ, cum pane, maiori ex parte: sine illo verò, quas halmadas & colymbadas uocant, idque garo perfusas, & ante alios cibos, ventris subducẽdi gratia. Porrò quemadmodum caducæ, pinguitudinis habent plurimum, ita hæ succum astringentem. Proinde stomachum roborant, & appetentiam excitant. In vniuersum autẽ, quod suauius est, facilius iis quæ ex æquo sunt salubria, concoquitur.

Oliuas parum nutrimenti largiri.

Oliuas halmadas & Colymbadas, edi ante alios cibos, uentris subducendi gratia.

Suauiorem cibum, iis qui ex æquo sunt salubres, facilius concoqui.

197
51

DE NVCIBVS.

NVCES corpori alimentum præbent exiguum: copiosius tamen Ponticæ nuncupatæ, quas auellanas appellant: quòd substantia ipsarum coactior sit, minusque oleosa, quàm regiarum, hoc est communiũ. Habet tamen & astringentis facultatis exiguum ipsa nux regia, quæ procedente marcescit tempore: tota ipsius substantia, in cibum pinguem transmutata. Coquitur autem hæc nux facilius, quàm pontica, stomachoque est gratior, & multo magis quãdo mãditur cum caricis. Hominẽ à pharmacis letalibus nihil magnopere læsum iri, si utrasque has ante alios cibos cũ ruta sumpserit, proditũ est. Liquet præterea, quòd humida quidem, apta ad deiectionem est: sicca uerò minus. Plerique aũt ventris subducẽdi gratia, cum garo etiã ipsam presumunt: in quem vsum viridis est accommodatior, vtpote minus astringẽs. Quin & siccarũ quoque, si in aqua fuerint præmaceratæ, facultas, viridibus est assimilis.

Nuces Pótică. Auellanæ

Regiæ nuces astringunt non nihil.

Nucem regiã, si cũ carica & ruta sumatur, fieri alexipharmacum.

Nucẽ regiã uiridem esse aptam uentri soluendo.

DE AMYGDALIS.

Amygdalarũ facultas.

SOLA in amygdalis tenuandi facultas ac detergendi præpollet: qua tum viscera purgant, tum humores è pulmonibus ac thorace, sputis expectorant, sed potentius quæ amaræ sunt. Sunt autem omnes oleosæ & pinguis qualitatis participes, minus tamen quàm nuces: quare tardius illis oleosæ fieri cernuntur. Cæterùm nec ventri subducendo conferunt, nec corpus multum nutriunt.

Amygdalas amaras, dulcibus, potentiores existere. Amygdalæ nõ multũ nutriũt.

DE PISTACIIS, VVLGO fiistcis appellatis.

Pistacia. Fistici.

QVALITATEM obtinent aromaticã, subamaram, & subastringentem. Quare parum quidem nutriunt, verùm ad hepar roborandum, & succos in ipsius viis infarctos purgandos, conducunt.

DE PRVNIS.

Prunorum uires.

HIC fructus minimum quidem nutrit, sed ventrem mediocriter humectat, atq; refrigerat, ipsumq; tum humiditate sua, tum lentore, subducit. Siccatus porrò esse esui potest, vt ficus. Damascena pruna perhibentur præstantissima omnium. Secundæ tribuuntur partes iis quæ in hispania proueniunt. Maximè illa omnium probantur, quæ cũ mediocri astrictione, magna simul sunt, & laxa. Cocta in melicrato, in quo plusculum sit mellis, admodũ aluum deiiciunt, etiã si quis sola ipsa sumpserit, & multo magis, si post ea melicratum biberit. Confert etiam ad subducendam aluum, post sumpta ipsa, vinum dulce exhibere, temporisq; aliquid interponere: non autem statim post, prandere: quod in omnibus solutiuis sit præceptum commune.

Damascena pruna.

Pruna Hispanica.

Pruna cocta in melicrato, aluũ subducere.

Solutiuũ quod uis ubi aliquis sumpserit, non statim illi prandendum esse.

DE FRVCTV QVEM serica appellant.

Serica.

EXIGVI quidem est alimenti, & concoctu difficilis, nec iuuat quicquam stomachum.

DE CERATIIS, HOC EST siliquis. Algarrobas Hispani vocant.

Ceratia. Siliquæ.

EDVLIVM lignosum est, ob idq; praui succi, & concoctu difficile existens, non deiicitur facilè.

DE CAPPARE.

TENVIVM quidem est partium, ac proinde minimum alimenti exhibet. Vtimur autem fructu huius plantæ magis vt medicamento, quàm vt alimento. Sale enim conspersus ad nos importatur, propterea quòd putrescit, si reponatur solus. Vbi igitur salsuginem deposuerit elota, collapsam appetendi vim excitat, pituitam ventris detergit, atq; subducit, purgatq; tum lienis, tum hepatis obstructiones. Vti autem ad eas res oportet ante alios omnes cibos ex oxymelite, vel oxelæo. Huius etiam plantæ, virides ac teneros surculos, non aliter quàm therebinti, mandũt, in aceto simul & muria, aut solo aceto cõdentes.

Capparis facultates insignes.

Cappare utendum in primis epulis eẽ, idq; ex oxymelite, uel oxelæo.

DE SYCOMORIS.

Sycomora.

PLANTA est paruæ ficui albæ persimilis: cuius fructus exiguæ est dulcedinis particeps, in moros atq; ficuum medio consistens, unde nomen contraxit.

DE PERSEA PLANTIA, QVAE à persica diuersa existit.

Perseę fructus.

HVIVS arboris fructum apud Persas adeò esse noxium fertur, vt perimat: esculentum autem euadere, in Aegyptum translatum.

DE CITRIO, QVOD ETIAM malum Medicum vocant.

Malum medicum.

TRES huius fructus partes existunt: acida, quę in medio ipsius sita est: præterea quæ veluti fructus est caro: & tertia, quæ vt tegumentũ, extrinsecus circundatur, suaueolens & aromatica existens. Atq; hec sanè concoctu difficilis est, vtpote dura & callosa: quã quam vt medicamentum exhibita, concoctioni auxiliatur. Partem aũt ipsius mali acidam, in acetum im-

Citrium, ex quibus confletur partibus.

Citrii cortex concoctioni auxiliatur.

becillum coniiciunt, quo ipsum longe acrius reddant. Cæterùm pars inter dictas media, quę neq; aridã neq; acrẽ qualitatẽ sortitur, propter duritiẽ, etiã concoctu est difficilis, quare ipsam oẽs cum garo & aceto edũt.

Acetum imbecillum, cum citrii acore fit acrius.

DE FRVCTIBVS PLANTARVM AGRESTIUM, inter quos sunt quercuum glandes.

Glandes quercinæ.

Plantæ agrestes, quæ sint.

PLANTAE illæ vocãtur agrestes, quæ citra mangonii industriam proueniunt, vt fagus, quercus, ilex, cornus, comarus, rubus, canirubus, acherdus, pirus, atq; agriococcymelus, cuius fructus appellatur in Italia vnedo, stomachoq; nocet, & capitis dolorẽ conciliat: estq; acerbus cum exigua quadam dulcedine. Porrò glandes æquè nutriunt, ac frumentaceorũ eduliorum pleraq;. Alimentum autem quod ex eis sumitur, tardi est transitus, & crassi succi, ob idq; sunt cõcoctu difficiles. Cæterùm Comari fructus, μιμήκυλος appellatus, glande querna ad omnia est deterior: quemadmodum hæc, glande quam vocant castaneam.

Vnedonẽ conciliare dolorẽ capiti.

Comari fructus.

Castanea.

DE ALIMENTO, QVOD A PLANTIS ipsis agrestibus sumitur.

NON modò plantarũ semina & fructus, sed etiã integras ipsas sæpenumero mandimus, idq; aut vrgente necessitate, aut etiam suauitatis gratia. Siquidem palmę verticem edimus, nec non tenellas spinas, aut elixas, aut crudas, vel si ad id fame adacti non simus. Cæterùm omnia id genus & parcissimè nutriũt, & praui succi sunt productiua. Quædam etiam ex ipsis, noxã ventriculo adferunt, præter spinas, quæ nuper primum è terra emerserint.

Palmæ uertex est uescus.

Spinę recẽtes.

DE LACTVCA.

HOC OLVS succi est, quàm alia omnia, laudabilioris. Nam quum reliqua omnia sanguinẽ gignant paucissimum, ac praui succi: lactuca non multũ quidem generat, id tamen nec mali succi est, neq; omnino laudabilis. Porrò dum essem iuuenis, ventriculusq; mihi infestaretur bili, lactuca, quo ipsum refrigerarem, vtebar: quum verò ad ætatem declinantẽ perueni, hoc ipsum olus fuit mihi contra vigilias auxilio, quæ senibus esse annexæ videntur. Habet itaq; lactuca succum quidem frigidum atq; humidum, minimè tamen prauum. Quare nec concoctioni resistit, nec perinde vt reliqua olera, ventrem cohibet: sicuti neq; etiã proritat.

Olera omnia gignere paucissimum sanguinẽ, prauiq; succi, excepta lactuca.

Lactucam refrigerare, & sõniferam esse.

Vigilias eẽ cognatas senibus.

DE SERI, SIVE INTIBO.

INTIBI facultatem habent lactucis similẽ: suauitate tamen & cęteris quæ lactucis insunt, ab eis relinquuntur.

Seris. Intibus.

DE MALVA.

DISSIDENT agrestis malua & satiua, ꝙ hæc quidẽ humiditate, illa siccitate exuperet. Vtraq; aũt calorem habet moderatũ & tepidum, facileq; subducitur, non modò propter humiditatem: verũetiam propter lentorem, præsertim si cum oleo & garo, copiosa ipsa ingeratur. Nutrit tamen mediocriter.

Maluæ utriusq; facultates.

DE BETA.

SVCCVS betæ abstergendi vim adeò manifestã sortitur, vt ventrem ad excernẽdum excitet, atq; stomachũ mordicet, præsertim quibus sensu exactiori est præditus. Ob idq; edulium id est stomacho noxiũ, si largius sumatur. Corpori autem ab ipsa, vt ab aliis oleribus, paucum alimentum accedit. Verùm obstructum hepar magis q̃ malua aperit, præcipuè si cum sinapi, aut saltem cum aceto mandatur. Lienosis itẽ eodem modo sumpta, vtile medicamentum existit.

Betæ succum insigni extergendi facultate eẽ prędità.

DE BRASSICA.

BRASSICAE quidem succus purgatricem possidet facultatem, estq; non probus, ut lactucæ, sed prauus graueolensq;, at corpus, communi siccantium ratione, magis sistit q̃ laxat. Quare dum humentẽ aluũ resiccare est consilium, brassica ipsa discocta, in secun-

Brassicæ succus quidẽ, purgat, corpus autem, magis sistit, q̃ laxet. Brassica discocta.

da aqua donec extabescat, vtimur. Quippè nihil quod accuratè coquitur proprium succum seruare omnino potest: sed necesse quidem est ut totum abiiciat, si coctum diutius fuerit. Quin & lenticulã diximus eodem quo brassicam modo, oportere parare, vt quæ vtrũq; possit efficere, ventris subductionem scilicet, et cohibitionem. Cæterùm nihil ex iis quæ bis coquunt, aerem frigidum, aut frigidam aquam attingat: alioqui non extabescet: sed oportet calidam in promptu habere, ut quum ex priori extraxeris, protinus in illã coniicias. Lens itaq; & brassica, æquali inter se mensura siccant, ob idq; visum hebetant. At lens quidem, nõ exiguum corpori alimẽtum præstat, idq; crassum, & melancholicum: brassica verò, paucum habet alimẽtum, verùm quàm lens humidius. melancholicum [illegible]

Lenticulam, aluum soluere, sistereq;.

Lens, brassicaq; uisum hebetant.

DE ATRIPLICE ET BLITO.

Atriplex.

Bliton.

HAEC sunt aliis oleribus aquosiora, nec nõ qualitatis expertia magis q̃ cucurbita, aut saltem nõ minus, quum cocta videlicet fuerint: Quo fit, vt nõ ex solo oleo & garo ipsa mãdant, sed acetũ etiã iniiciant: alioq; sunt stomacho noxia. Corpori porrò alimẽtum præstant exiguum, nonnihilq; ad deiectionẽ inclinant.

DE PORTVLACA.

Portulacã sanare stuporẽ dentium.

NVTRIMENTVM exiguum exhibet, idq; humidum, frigidũ, atq; lẽtum. Quo sanè lentore suo mordicationis experte, stuporẽ dentium persanat.

DE LAPATHO, QVOD LICET appellare betam agrestem.

Lapathum.

NON gustu modò, sed viribus etiã betæ hortensi est psimile. Quia tamẽ beta lapatho est suauior, iccirco nemo est, qui ipsa non libentius uescatur.

DE OXYLAPATHO, SIVE RVMICE, siue lapatho acido.

Oxylapathũ. Rumex. Lapathũ acidum.

MVLIERES rusticæ laborantes pica, necnon pueri quidam gulosi, oxylapathum crudum in-

terdum mandunt: quod quidem olus non nutrit multo magis quàm lapathum.

DE SOLANO, SIVE SOLATRO, siue morella.

Solanum. Morella astringit, refrigeratq;.

RARO ipso vtimur vt alimento: vt medicamento autem, assiduè. Efficax enim est in iis, in quibus astrictionis refrigerantis vsus incidit. Minimi autẽ est nutrimenti.

DE PLANTIS SPINOSIS.

Plãtæ spinosæ.

PLERIq; rusticorum plantis huiuscemodi è terra nuper emersis, prius q̃ ipsarum folia desinant in spinas, vescuntur, non crudis modo, sed in aqua etiam elixis: crudas quidem aceto & garo intingentes: coctis verò præter hæc affundentes oleũ. Mediocriter enim iuuant ventriculum.

DE CINNARA, QVAM ROMAni Cacchopham, Galli Artichao uocant.

Cinnarã praui esse succi.

PRAVI succi est edulium, maximè cum plusculũ obduruerit. Tunc siquidem ex ea succus melancholicus: ex ipsius autem succo, tenuis ac biliosissimus gignitur. Quare longè satius fuerit ipsam elixam, aut frixam mandere.

DE APIO, HIPPOSELINO, Sio, & Smyrnio.

Apium. Petroselinum. Sion.

Smyrnii haberi magnũ prouentũ Romæ. Hipposelinõ. Cibi insuauitas magna ex parte in caussa est, quo minus nõnulli ipsum cõficiant.

HAEC omnia vrinas cient: inter quæ apiũ est usitatissimum, & suaue, atq; stomacho gratum. Petroselinum autem, & Sion, insuauiora. Smyrnium verò non est inusitatum. Siquidem Romę maxima copia manditur, acriusq; multo est, q̃ apium, necnõ calidius: præterea aromaticum etiã nonnihil possidet. Proinde vrinas valentius prouocat q̃ apium, quamq; Hipposelinum & Sion, mensesq; mulieribus mouet. Cæterùm Hipposelinũ ipsum & Sion, cocta mandunt, cũ utrũq; ipsorum crudum sit insuaue. Nam tametsi nos vtilitatem quæ ex cibis prouenit spectemus, nõ uoluptatem, 45

condimenta ... hendae valetudini

quia tamen cibi insuauitas magna ex parte causa est, quominus ipsum nonnulli conficiant, ob id nimirũ satius fuerit cibos condire interdũ mediocriter: non vti coqui faciunt, condimenta quorum, plus interdũ concoctioni obsunt, q̃ prosint.

Condimenta coquorũ plus ĩterdũ obsunt, q̃ prosint.

DE ERVCA.

HOC olus manifestissimè calfacit, semenq́; gignere creditur, & coeundi excitare appetitũ. Capiti etiam dolorem infert, præsertim si quis ipso solo uescatur.

Erucæ facultas credit sper matica.

DE ACALYPHE, SIVE VRTICA.

TENVIVM est virium & partium: Vnde nemo ipsa vt alimento vtitur, nisi fame extrema prematur. Vtilis autem est, vt obsonium, ac medicamentum quod aluum deiicit.

Acalyphe.

Vrtica aluum deiicit.

DE SCANDICE, GINGIDIO, QVOD Chærefolium vocant.

GINGIDIVM non aliter q̃ Scandix manditur apud nos, stomachumq́; admodum iuuat, collapsamq́; illius appetentiam, si cum aceto sumatur, excitat: siue elixum siue crudum mandere velis. Elixationẽ tamen diuturniorem non tolerat. Est porrò non tam alimentum, q̃ medicamentum, astrictionẽ & amarorẽ non mediocrem sortitum.

Gingidium. Scandix.

DE OCYMO, QVOD VVLGO Basilicon vocant.

HOC olus ventriculo existit noxium, prauiq; succi, & concoctu difficile.

Ocymum. Basilicon.

DE FOENICVLO.

ASSIDVE vtuntur anetho quidẽ in condimentis, fœniculo autẽ etiam in obsoniis. Nam apud nos sanè reponunt ipsum, eodem modo quo pyrethrũ & therebintum, adeò vt in totum annum sit utile.

Fœniculũ olim etiam in totũ annum reponebatur.

DE ASPARAGIS.

OMNES propemodum Græci, teneros caules, quo tempore ad fructus ac seminis productionẽ augescunt, asparagos cõmuniter vocant. Brassicæ igitur germen, minus q̃ brassica ipsa siccat: tametsi aliorum olerum caulis temperatura sit utplurimum q̃ folia, sicciore: ut atriplicis, lactucæ, bliti, betæ, maluæq́;. At radiculæ asparagus, sicuti & rapæ, sinapi, cardami, pyrethri, & omnium propemodum acrium & calidorum, humidior existit. Bulbus autem, apium, sion, eruca, ocymum, oxylapathum, lapathum, & omnes oleracei generis herbæ, antequàm semen effundãt, eiusmodi caulem quendam producunt, qui post semen effusum siccatur, fitq́; ad cibum hominibus vtilis. Hæc autem omnia aquæ incocta mandunt cum oleo & garo, pauco aceto adiecto. Alimentũ tamen paucũ dant corpori, neq; id boni succi.

Asparagos cõmuniter dici omnes teneros caules, quo tẽpore ad seminis productionem augescit.

Asparagi diuersorũ olerũ.

DE ALIO GENERE ASPARAGORVM.

QVI asparagi in oxymyrsine, chamędaphne, oxacãtha, & bryonia proueniũt, ac tũ is qui regius, tum qui ἕλειος vocatur, omnes inquàm hi, stomachũ iuuant, vrinasq́; cient, ac parum nutriunt.

Asparagi iuuãtes uentriculũ, qu nam sint.

DE GERMINIBVS.

ARBORVM ac fruticum germina, olerũ asparagis proportione respondent. Quæ quidem omnia aquæ incocta manduntur, præter insuauia quædã ac medicamentosa. Quibus etiã vrgente fame, homines vesci coguntur. Omniũ tamen præstãtissima sunt, terebĩthi, viticis, vitis, iũci, rubi, & canirubi germina.

Arborũ & fruticũ germina.

DE DISCRIMINE QVOD PARTIbus plantarum esculentarum inest.

NON est autem Mnesitheus audiendus, ubi ait radices omnes concoctu difficiles esse, longeq́; ipsis foliis crudiores. Radiculæ siquidem, radicẽ habent caule ipso, ac foliis acriorem, similiter cepa, ampeloprasum, porrum, & allium. Quòd si betæ quoq; &

Mnesitheus.

Radices caule & foliis acriores, & potentiores, q̃ sint.

Radicem altheæ, & betę, discutere pituitosos humores, quod non dat foliis earundem.

Quòd si betæ quoq; & maluæ, & rapæ radicem comparare ad folia volueris, plus uirium in ea deprehēdes: quemadmodum & in altheæ, quæ agrestis quædā esse malua videtur. Nam radix ipsius, vt & betę, quum tumores multos pituitosos discutiat (id quod folia præstare nequeūt) planè facultatem suam indicat. Etenim quod in radicibus id genus probè confectum non fuerit, in folia & caulē ipsa natura excernit: vt facere videtur etiam in ceruis, totius substantiæ excrementa, ad gignenda cornua, minimè necessaria transmittens.

Ceruis, totius substantię excremēta ad gignēda cornua transmitti.

Tutius itaq; est, gustantē prius, atq; olfacientem, singulas plantarum partes, ipsas per se explorare: post autem experiri mandentem. Quandoquidem olfactus & gustus, omne ipsius plantæ temperamentum ostendunt.

Plantarū temperamentum ostendi ab olfactu, & gustu.

DE RAPA SIVE BVNIADE.

Rapa. Bunias.

DVRA quidem est, minimeq; esculenta, nisi coquatur. In aqua autem cocta, non nutrit minus cōgeneribus aliis. Succum autem in corpus distribuit, mediocri crassiorem, coctionemq; diuturniorem desyderat: atq; illa vnicè cōmendatur, quæ bis cocta fuerit. Quòd si crudior sumatur, cōcoctu difficilior, & flatulenta redditur, stomachoq; noxia.

DE ARO.

Aron.

MAnditur & huius plantæ radix eodē modo quo rapæ. Cæterùm dū ipsam coquis, priore aqua effusa, in aliam calidam, eam coniicere conuenit. Quæ autem acrior & medicamētosior existit (qualis in nōnullis regionibus crescit) ad eliciēdos tussi crassos pulmonis succos est præferenda.

DE DRACONTIO.

Dracōtii usus.

HVIVS quoq; radicem bis ter'ue elixantes, quo ad medicamētosum omne posuerit, nonnunquā exhibemus mandendam: quemadmodum & ari: quando humores crassi & lēti, qui in thorace ac pulmoni-

bus habentur, vi maiori indigent. In vniuersum autē, acria quidem & amara si edantur, corpus parcius nutriunt: insipida autem, & iis adhuc magis dulcia, multum: et multo magis, si compactam adhuc habeant substantiam.

Nutrire corpus, quæ parcius, & q̄ uberius possint.

DE ASPHODELO.

Asphodeli radicis uires.

RADIX Asphodeli & magnitudine, & figura, & amarore, scillæ radici quodammodo est similis: facultatemq; habet tenuandi, atq; aperiendi. Si tamē, vt lupini, paretur, maximam sui amaroris partem deponit: scillæ autem qualitas difficillimè eluitur.

DE BVLBIS.

BVLBVS quoq; eiusdem cum prædictis est generis. Manditur enim ipsius radix sine foliis: Verè autem, interdum & asparagus. Facultatem habet in se amaram & austeram: eamq; insignem: vnde etiam stomachum exolutum, ad appetentiam quodāmodo excitat. Cæterùm si bulbi elixi bis fuerint, magis quidem nutrient: verùm cum amarorem omnem iam deposuerint, aduersabuntur iis, quæ sputo sunt eiicienda. Quidam ex ipsorum esu liberaliore semen sibi inauctum, seq; ad venerem alacriores manifestè senserunt. Alimentum porrò dant mali succi, nisi probè coquantur.

Bulbosū uis.

DE PASTINACA, DAVCO, ET CARO.

Pastinaca.

HORVM quoq; radices manduntur: minus tamen q̄ rapæ & arum Cyrenaicū nutriunt. Calefaciunt autem, insigniter, aromaticumq; nonnihil ostentant: conficiendi tamen difficultas iis inest. Vrinā porrò cient: & si quis eis copiosius utatur, mediocriter vitiosum succum producunt. Cari tamen radix melioris est succi, q̄ pastinacæ. Sunt qui pastinacam agrestē appellent daucum: Qui vrinas quidem mouet potentius: sed medicamentosior existit.

Carus. Daucus.

DE TVBERIBVS.

Tubera.

HAEC quoq; radicibus aut bulbis annumeranda sunt, vt quæ nullam qualitatem habẽt insignem: crassum autem alimentum largiuntur.

DE FVNGIS.

Fungi.

Boleti.

EX FVNGIS quidẽ boleti, si bellè in aqua fuerint elixi, prope accedunt ad insipidos cibos. Alimentum autem ex ipsis est pituitosum, frigidum, prauiq; succi. Omnium tamen ii minimum noxii existũt. Secundi autem post hos, sunt amanitæ. Reliquis verò omnes tutius est ne attingere quidem. Multi enim ex ipsorum esu interierunt. Cæterùm oxymeli per se, & cum hyssopo & origano, quibus nitri spuma fuerit inspersa, si propinetur, auxiliatur iis qui ex fungorũ esu habent pessimè.

Amanitæ.

Fungorũ esum esse periculosum.

Fungorum noxæ, quæ opitulentur.

DE RADICVLA.

RADIX eius ex iis est quibus assiduè vescimur: estq; obsonium magis quàm alimentum: nimirũ quæ & ipsa cum manifesta calefactione attenuandi facultatem sortitur: Nam qualitas acris in ipsa superat. Sed caulis eius elixus magis nutrit quàm cruda radicula: paucissimum tamen & ipse alimentum præstat. Mirari autem subit eos medicos & idiotas, qui non sine multorum incommodo, post cœnã crudas eas esitandas tradunt.

Radiculæ facultates.

Radiculas crudas perperam esitari post cœnam.

DE CEPIS, ALLIIS, PORRIS, ET ampeloprasis.

CORPVS calfaciunt, & qui in ipso sunt humores crassos attenuant, lentosq; incidunt. Si coctæ autem bis ter'ue fuerint, acrimoniam quidem deponunt: tenuant tamen adhuc, & alimentũ corpori dant paucissimum: quòd certè prius quàm elixa essent, omnino non dabant. Cæterùm allium quidem mandunt non vt obsonium: sed vt salubre medicamentũ, quod digerendi, & obstructiones aperiendi habet facultatẽ,

Allium esitari, ut medicamẽtum.

Quòd si elixum parum fuerit, vires quidem imbecilliores, succi autem prauitatẽ non amplius retinet: quẽadmodum nec porra, nec cepæ, quum elixa bis fuerit. Ampeloprasa verò, tantum à porris dissident, quantũ in aliis oibus cõgeneribus agrestia à domesticis. Abstinendum autem ab assiduo vsu omnium acrium est, præcipuè natura biliosis. Solis enim qui vel succũ pituitosum, vel crudum & crassum ac lentũ aceruarint, eiusmodi cibi expediunt.

Allium elixũ, imbecillius q̃dẽ, benignius tamen reddi.

Porra.

Cepæ.

Ampeloprasa.

Acres cibi q̃bus tantũ conueniant.

GALENI PERGAMENI DE ALIMENTIS. LIB. III.

DE ALIMENTO QVOD A' gressilibus animalibus sumitur.

PARTES ANIMALIVM OMnes non eadem facultate sunt præditæ: sed carnes quidem, quum probè elixæ fuerint, optimum gignunt sanguinem, & potissimum, si eæ animalium boni succi fuerint, cuiusmodi est suum genus: nam partes neruosæ, iusto sunt pituitosiores. Omnium itaq; ciborum, suum caro potentissimè nutrit. At bubula, alimentum quidem & ipsa corpori suggerit non mediocre, nec dissipatu facile: sanguinẽ tamen gignit, q̃ cõueniat, crassiorem. Quòd si quis naturali temperamento melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico præhendetur, si largius ea vescatur. Affectus melancholici sunt, cancer, elephas, scabies, lepra, febris quartana: & quæ peculiari nomine melancholia nominatur. Lien autem

Carnes elixas optimũ gignere sanguinem.

Neruosas partes iusto pituitosiores existere.

Suilla caro, omnium potẽtissime nutrit.

Bubulã gignere melancholicum sanguinẽ.

Melancholici affectus, q̃ sint.

quibusdam à tali succo intumuit: quam rem cachexia & hydropes sunt consecuti. Cæterùm quātum carnes bubulæ totius suæ substantiæ crassitie suillam superāt, tanto suillæ bubulas lentore antecedunt. Vt autem iis iuuenibus q bono sunt corporis habitu sues ætate florentes magis q̃ porcelli congruunt, sic vituli perfectis bobus, hædiq; capris, sunt prǽferendi, vtpote quorum carnes multò facilius atq; præstantius coquātur. Porrò capra temperamento minus q̃ bos est sicca: si tamē sui & homini comparetur, multum superat. Suillæ aūt carnis similitudinem cum humana ex eo poteris intelligere, quòd nonnulli carnes humanas pro suillis exhibitas ab hospitibus improbis, sine vlla in gustu vel olfactu suspicione comederint. Meritò igitur porcelli alimentum nobis præbent, tanto magnis suibus excremētosius, quanto ipsis sunt humidiores: ac meritò etiā minus nutriunt. Nam alimentum humidius, vt distribuitur, ita etiam discutitur longè celerius. At agni carnem habēt humidissimam, pituitosamq;: ouium verò excremētosior est, ac deterioris succi. Caprarū quoq; caro, præter succum vitiosum, acrimoniam etiam sortitur. Hircorum autem, tum ad coquendum, tū ad succum bonum gignendum, est deterrima. Hanc sequitur arietum: post taurorū. Porrò in iis omnibus carnes castratorum sunt præstantiores: queadmodum senū pessimæ. Ad hæc caro leporum, sanguinem quidē gignit crassiorem, sed melioris succi, q̃ bubula ouilaq;. Ceruina autem non minus iis succū vitiosum generat, & concoctu difficilem. His agrestium asinorum bene habitorum, ac iuuenum, caro est propinqua. Sunt tamen qui asinorum domesticorū, vbi senuerint, carnes mādunt, quæ pessimi succi sunt, concoctuq; difficillimæ, atq; stomachum lædunt, etiā insuaues inter edendū: quemadmodum equorum & camelorum carnes, quibus & ipsis homines animo & corpore asinini cameli-

Iuuenibus ętate florentibus, suillas, vitulinas, atq; hædinas carnes congruere.

Capræ temperamentum.

Suillas carnes esse humanis simillimas.

Porcelli quale alimentū exhibeant.

Alimentū humidius distribui, discutiq; celerius.

Agninæ carnes.

Ouillę carnes.

Caprillæ carnes.

Hircinæ carnes.

Arietinæ carnes.

Taurinæ carnes.

Castratorum carnes sūt prę stantiores, ut senū pessimę.

Leporinæ carnes.

Ceruinæ carnes.

Asininæ carnes.

Equinæ carnes.

Camelinę carnes.

niq; vescuntur. Sunt qui & vrsis, & iis adhuc deterioribus, leonibus ac pardis uescātur, semel aut bis elixantes. Vulpium autem carnibus autumno apud nos venatores vescuntur. Tunc siquidem vuarū vsu pinguescunt. Porrò animalia omnia, quibus alimenta propria affatim suppetunt, longè se ipsis in cibo præstantiora euadunt, queadmodum deteriora fiunt, quibus ea minus adsunt. Cæterùm quæ assantes homines mādunt, aut in sartagine frigentes, ea corpori siccius dant alimentū: quæ verò in aqua præcoquunt, humidius: quæ in patinis condiuntur, inter hæc media sunt: quāquam & illa ipsa pro modo conditurae inter se multū discrepant. Siquidem quæ vinum aut garum habent copiosum, ea sunt aliis quæ ipsa non habent, sicciora. Rursus quæ exiguam quidem illorū portionem, aut sapæ etiā ampliorem habēt, aut in simplici & plebeio, alboq; appellato iure elixa sunt: ea pdictis longè sunt humidiora. Quæ autem in sola aqua coquūtur, iis quoq; adhuc humidiora existunt. Maximum præterea in præparatione discrimen accidit, pro eorum quæ iniiciuntur potentia: vt quum omnia siccant quidem, sed alia magis, alia minus. Sunt porrò hæc ex seminibus quidem, anethum, apium, carum, lybisticum, cuminū: ex plantis, porrum, cepa, anethum, satureia, thymum, pulegium, mentha odorata, origanū, & alia id genus, pertinentia ad obsonatricem commentationem.

DE LIMACIBVS.

LIMACES Græci omnes quotidie mandunt, carnem quidem duram habentes, eoq; concoctu difficilem, sed quæ confecta potentissimè nutriat. Succus autem ipsis inest qui ventrem subducit: queadmodum & iis, quibus testa pro cute est. Quapropter quidam oleo, garo, uinoq; ipsos condientes, eo iusculo ad aluum deiiciendam vtuntur. Huius porrò animalis caro bis terq; elixa, conditaq; aluum sistit, alimentumq;

Vrsinæ carnes.

Leoninæ carnes.

Pardorum carnes.

Vulpinæ carnes.

Assa frixaue, siccius q̃ elixa, dant alimētum corpori.

Garus.

Album ius.

Condimentorū genera uaria.

Limaces.

Limacum succus subducit aluum.

Limacis caro bis cocta, aluum sistit.

dat corpori minimè contemnendum.

DE ANIMALIVM PEDESTRIVM partibus excarnibus.

EXTREMAE corporis partes, vt pinguedinis, ita substantiæ carnosæ habent minimum. Neruosa enim, hoc est ligamentosa, & cutacea natura in ipsis præpollet: non tamē tales hi nerui, cutis'ue sunt, quales in reliquo corpore: nam in excarnibus magis exercitatoria sunt, eoq; magis lenta. Quare meritò quidē corpus minus alunt: ob lentorem tñ facilius deiiciūtur per aluum. Meliores autem sunt pedes suū quàm rostrum: quemadmodum hoc auribus est præstantius. Porcellorum pedes ptisanæ elixę iniecti, illam meliorem efficiunt, ipsi etiam meliores redditi: quare sic in ore & ventriculo melius elaborantur. Quanto autem aliorum animaliū carnes alimenti bonitate suilla sunt inferiores: tanto illorum partes excarnes partibus suū ex carnibus sunt deteriores.

Extrema mēbra minus alunt, sed deiiciuntur promptius.

Porcellorū pedes coniecti in ptisanā meliores reddunt.

DE ANIMALIVM PEDESTRIVM lingua.

PECVLIARIS quædā huic parti substantia inest. Carnem enim habet fungosiorem, ac sanguineam magis: eam tamen haudquaq̄ solam, sed cum musculis, glandulis, venis, arteriis, & neruis (quæ illi communia sunt) exemptam, solent coquere & mandere.

Linguæ caro.

DE GLANDVLIS.

QVANTVM lingua à carnis substantia, tantum glandulæ à linguæ substantia recesserunt. Porrò glandulas quæ iuxta linguam consistunt, ad saliuam generandam comparauit natura: ad conficiendum autem lac, mamillares: ob idq; post fœtum conceptum laxescunt, atq; lacte replentur. Omnibus autem glandulis illud commune inest, vt suaues in cibo, friabilesq; appareant. Cæterùm mamillares, quum imbutæ sunt lacte, de ipsius etiam dulcedine aliquid præ se ferunt. Alimentum autem quod ex iis probè quidem in ventriculo concoctis prouenit, prope sanè ad carnium alimentum accedit. Quòd si minus quàm par est, sint confectæ, succum crudum aut pituitosum generant: humidiores quidem pituitosum, duriores verò crudum. Testes autem, quum ex genere sint glandularum, non perinde tamen sunt laudabilis succi vt mamillares: sed habent virosum quiddam, seminis, quod in se generant, naturam referentes, ceu renes vrinæ. Animalium gressilium testes, concoctu sunt longè difficiliores. Nam testes gallinaceorum altilium & suauissimi sunt, & laudabile corpori alimentum præbent. Renes admodum praui sunt succi, & concoctu difficiles, vt adultiorum animalium testes. Iuniorum quippe sunt præstantiores. Porrò taurorum, hircorum & arietum, insuaues sunt & mali succi, concoctuq; difficiles.

Glandularum linguæ, & mā marum, usus.

Glandulas oēs esse ī cibo suaues.

Testes eē ex genere glādularum.

Testes gallinaceorū, præstāt corpori alimētū laudabile.

Renes praui sunt succi.

Testes arietinos mali esse succi.

DE TESTIBVS.

SVES quidem apud nos execant, quòd videlicet castratorum caro suauior sit, & alimenti plenioris, concoctuq; facilior: boues autem, vt multo melius eis ad agriculturam vtantur: quum non facilè tauri domentur. Capræ autem & oues, propter vtrūq; vsum castrantur. Cæterùm omnes memoratorum animalium testes, concoctioni resistunt, ac mali sunt succi: nutriunt tamen, si bellè conficiantur. Quanto autem suum caro aliis præstantior est, tanto horum quoq; testes, aliorum animantium testibus sunt meliores. Soli autem gallorum gallinaceorum vndequaq; sunt prẹstantissimi, & potissimum eorum qui saginati fuerint.

Castratorum carnes suauiores, & succulētiores existere.

Suillam carnē eē cæteris præstantiorem.

Gallorū testes.

DE CEREBRO.

CEREBRVM omne cibus est pituitosior, crassiq; succi, & tardè permeans, atq; ad coctionem

difficilis: nec minimum lædit ventriculũ. Excitat præterea nauseam, omninoq; vomitioni est accommodatius, si concinnatum cum incidentibus & calefacientibus fuerit. Si tamen rectè concoqui possit, alimentũ corpori præstabit non contemnendum.

Cerebrũ quale alimentum præstet.

Cerebrũ nauseam excitat.

Medulla ossium.

DE OSSIVM MEDVLLA.

HAEC cerebro est dulcior, iucũdior & pinguior, nauseamq; prouocat, si liberalius sumat: nutrit tamen, & ipsa, si conficiatur probè.

DE SPINALI MEDVLLA.

Spinalis medulla.

SPINALIS medulla (quæ perperam medulla appellatur) cerebro continua, eiusdemq; cum eo naturæ existit: nisi quòd ipso multo est durior: potissimũ in infernis spinæ finibus. Quãtum enim à cerebro abscedit, tantum magis durescit. Pinguitudinis præterea habet minimum, quo fit, ut nauseam non prouocet: ac si probè conficiatur, non exiguum corpori alimentum suggerit.

DE PINGVEDINE ET ADIPE.

Pinguedo. Adeps.

PINGVEDO, humida quæpiã res est, oleo longa vetustate incrassato assimilis: adeps verò pinguitudine multo est siccior, ideoq; fusus concrescit facilè. Pauci vtraq; est nutrimenti: potiusq; carniũ nos alentium sunt condimenta, q̃ alimenta.

DE PEDESTRIVM ANIMALIVM visceribus.

OMNIVM quidem animalium iecur crassi est succi, ac ad coquẽdum difficile: tardeq; permeat. Omnium autem est præstantissimum, non modò ad voluptatem, sed ad alia omnia, quod ex caricarum esu optimè præparatũ fuerit. At lien gustu est suauissimus: in eo tamẽ reperitur perspicua quædam acerbitas. Meritò etiam praui succi esse creditur, ut qui sanguinem melancholicũ gignat. Vtroq; verò tanto pul-

Iecur qualenutrimentũ exhibeat.

Lien sanguinem melãcholicum gignit.

Pulmo.

mo facilius coquitur, quanto est rarior. Multo tamen quod ad nutriendum attinet, est hepati inferior. Pituitosius autem est alimentum quod exhibet. Cor substãtia quidem, caro est fibrosa ac dura, ideoq; concoctu difficile: & tardè permeat. Si tamen probè conficiatur, alimentum corpori dat vt non paucum, ita nec mali succi.

Cor.

DE QVADRVPEDVM ANIMAlium ventriculo, vtero, & intestinis.

fiali

Interanea quale alimentum præbeant.

DVRIORES carnibus sunt hæ partes: ob id, etiam si rite cõficiantur, succum tñ gignunt nõ planè sanguineum, sed frigidiorem, atq; crudiorem. Proinde multum temporis postulant, prius quàm satis confici queant.

DE AGRESTIVM AC DOMESTIcorum animalium differentia.

DOMESTICA animalia, temperie humidiora sunt, q̃ agrestia, tum ob aeris in quo degunt, humiditatem, tum ob vitæ ignauiam. Caro eorũ quæ in montibus degunt, ob contrarias caussas est durior, nulliusq; prorsus piguedinis, aut paucissimę particeps. Ob idq; pluribus diebus quàm domesticorum, impu-tris seruatur: alimentumq; exhibet minus excrementitium, eo, quod à domesticis sumit: ac proinde & nutrit valentius, & succum gignit meliorem.

Agrestiũ animaliũ carnes, ualentius nutriunt, & succum gignunt meliorem.

DE LACTE.

84

LAC boum crassissimum ac pinguissimum est: liquidissimũ ac minimè pingue, camelorum: mox equarum: deinde asinarum: mediæ autem consistentię est caprarum: hoc crassius, ouium. Secundùm autem anni tempora, lac post partum est liquidissimum. Temporis verò progressu, magis semp ac magis crassescit. At media æstate, ipsum etiã in suæ naturæ medio consistit. Post id aũt tempus, sensim iam crassescit, quoad

penitus deficiat, Sed Vere: ut liquidissimum, ita copiosissimum est. Porrò liquidissimum lac, serum: crassissimum, caseum habet plurimum. Meritò igitur liquidius quidē lac: magis, crassius autem, minus aluū subducit. Quin etiam, lac quod ignitos lapillos, aut orbiculos ferreos, extinxerit, & ventrem sistit, & iis auxiliatur, quibus venter acrium excremētorum morsu infestatur. Facilè tamen sic paratum lac in ventriculo cogitur: ob idq; mel illi, & salem, adiicimus, sicuti et aquam etiam, quæ seri acrimoniam corrigit. Constat siquidem lac omnino ex contrariis substantiis: sero scilicet, caseo, & pinguitudine, ex qua butyrum conflatur: quo in frigidis plerisq; regionibus, pro oleo vtuntur. Cuius pinguis succi asininū lac habet minimū. * Quo circa raro alicui in ventriculo cogitur, si statim ut mammis excidit, calidum fuerit epotum. Quòd si sal & mel adiiciantur, fieri non potest, vt ipsum in ventriculo coaguletur. Eandem ob caussam magis per aluum deiicitur, vt quod serum multum habeat, à quo lac omne facultatem accipit deiiciendi: vti à caseosa substantia sistendi. Quarè plurimo sero ad deiiciendam aluum vsi sunt veteres. Cui quidem tantum mellis optimi & salis est adiiciendū, quantùm suaue citra stomachi euersionem sentietur. Porrò inter omnia quæ mandimus, lac optimū, optimi succi est. Nam quod vitiosum existit, prauo succo vtentium corpora replet. Quòd si capræ, aut alterius animalis, scammoniū tithymalum'ue depasti, lac cibi loco quis sumpserit, omnino aluus ei fluet. Lac igitur quod seri habet plurimum, etiāsi semper eo vtaris, nihil penitus periculi adferet. Quod verò huiusmodi humiditatem habet exiguam, caseosam autem crassitiem multam, eos quidē offendet, qui calculis generādis, sunt prompti: iecurq; obstruet iis, qui hoc affectu facilè prehendi possunt Thoracis autē ac pulmonis partibus lac omne est vtile: capiti verò, nisi quis

Lac quod lapillos ignitos extinxerit, aluum fluentem sistere.

Lac ex quibus substātiis constet.

Lac asininum raro alicui in uentre cogi.

Lac asininum habere plurimum substantiæ serosæ.

Sero utebanť ueteres ad deiiciendā aluū.

Lac optimū, optimi est succi.

Lac nimis serosum, obesse non potest.

Lac admodū caseosum quibus noceat.

Lac omne eē utile pectori.

quis ipsum habeat admodum firmum, non est accommodum: vt neq; hypochondriis, quæ leui de caussa inflantur: plurimis siquidem, in ventriculo in flatus vertitur. Si verò cum aliquo eorum cibariorum, quæ crassi sunt succi, diutius elixum fuerit, flatuosam quidē naturam deponit, sed iecur magis obstruit, & promptius calculos in renibus gignit. Illud igitur lac boni succi & multi alimenti existit, quod ex contrariis substātiis & facultatibus constat, subducēdi scilicet, ac sistendi, obstruendi ac tenuandi. Nocet autem ipsius vsus assiduus tum dentibus, tum gingiuis. Has quippe humidas: dentes putrefactioni reddit obnoxios. Cæterùm occurres huic malo, si aut diluto, aut meraco vino, cui nonnihil mellis permistum sit, aut primò quidem melicrato, dein verò astringēte vino, sumpto lacte, os ipsum collueris.

Lac qbus noceat.

Lac optimū quale.

Lac nocet dētibus gingiuisq;.

Lactis noxā quæ corrigāt.

DE OXYGALACTE, HOC EST acido lacte.

DENTES qui secundum naturam habent, nihil offendit: eos autē lædit, qui iusto frigidiores existunt. Iam verò ventriculus quauis de causa frigidior, oxygala non bellè concoquit: temperatus verò, quāuis ægrè, conficit tamen id aliquando. Contrà, ventriculi calidiores, pręterq̄ quòd nihil ab huiuscemodi edulis læduntur, aliquo etiam fruuntur commodo. Pro diuersa autem ventriculorū natura accidit, vt lac ipsum interdum acescat. Siquidem caloris inopia, in acorem: eiusdem excessus, in nidorem & fumum vertit. Porrò oxygala, & si in ventriculo nō coquatur, nunq̄ tamen in nidorem cōuertitur, potissimū si in feruentissimum ac biliosissimū ventriculū incidat. Est aūt natura tum frigidū, tum crassi succi: quare non facilè a modicæ naturæ corpore ꝯcoctionē suscipit. Quinetiā consentaneum est crudum succum à cibis hmôi gigni. Non ab re autem eduliū hoc calidissimis est ventricu-

Oxygala quibus cōueniat, aut minime.

lis vtile: quemadmodum frigidioribus aduersissimũ. At partes ipsius lactis, citra coagulũ, etiam scissio, quã vocant, discernit, quum lacti abũde calido oxymel frigidum instillamus. Idem etiam mulso efficimus. Interdum citra vllam liquoris instillationem, vase frigidissimam aquã habente, in lac demisso, ipsum scindimus. Preterea sine coagulo id lac, quod post editum fœtum emulsum fuerit, concrescit protinus, si super cineres calidos parumper calefiat. Nutrit autem vberius ex lacte id quod concretum est: parcius uerò, quod serosum existit. Cæterùm quod lac à partu cõcrescens, nihil recipit mellis, concoctu quidem est difficilius, atq; succi crassioris: præterea per aluum tardius secedit, corpus tamen abundè nutrit.

Lac qbus modis scindatur.

Lactis partes, quæ magis, et quæ minus alant.

DE CASEO.

DVM caseus cõficitur, assumit ab iniecto coagulo acrimoniam quandam, humiditatemq; omnẽ deponit, & potissimum si inueterauerit. Tunc enim quàm prius, longè acrior euadit, ac manifestè calidior, atq; ardentior redditur: ob idq; ipsum, siticulosior, & difficilior concoctu, & peioris succi efficit: ac proinde calculis est generãdis. Vbi enim succorum crassities cum ardenti calore iungitur, illic calculi generantur. Itaq; caseus id genus, omniũ ad omnia est pessimus. Deinceps autem malus quidem, sed prædicto minus putandus est, qui neq; est vetus, neq; acris. Omnium autem caseorum recentium, præstantissimus is habetur, qui à nostris incolis oxygalactinus dicitur: suauissimus quidem in cibo: stomacho autem minimè noxius, aliisq; omnibus caseis concoctu transituq; facilior: succũ habens non vitiosum, neq; vsqueadeò crassum. Præstantissimus etiam est is, quem Romani βαθὺν appellant. In vniuersum autem, mollior caseus duriore est præstantior: rarus verò ac laxus, denso admodum, & com

Caseus inueteratus calculũ gignit.

Calculi a quibus causis gignantur.

Oxygalactinum caseũ eẽ omniũ caseorum optimũ.

Βατὺς caseus.

Caseorũ qui præferendi.

pacto. Iam verò quũ glutinosus valde, & is qui ad asperitatem vsq; est friabilis, sint vitiosi, præstãtior est, qui inter hos duos est medius. Quod autem ad gustũ pertinet, is omnium est præstantissimus, qui nullam vehementem obtinet qualitatem: sed dulcem habet supra alias parum eminentem. Ructu etiam, cuius qualitas paulatim marcescit, præstantior: cuius contra perdurat, non bonus.

DE PEDESTRIVM ANIMALIVM sanguine.

SANGVIS omnis concoctu est difficilis, præcipuè crassus & melancholicus, qualis bobus & apris inest. Leporinus autem, caprinusq;, vt suauissimi celebrantur.

Sanguis omnis est concoctu difficilis.

DE ALIMENTO QVOD A VOlucribus animalibus sumitur.

AVIVM omnium volatilium genus paucissimũ præstat alimentum, si ad genus gressilium conferatur: potissimum si ad suillam, qua nõ aliud inuenias, quod copiosioris sit nutrimenti. Volucrium tamen caro, concoctu facilior est: præcipuè perdicis, attagenis, columbæ, galli gallinacei, & gallinæ. Turdorum verò, & merularum, minutorumq; passerculorũ caro, quàm prædictorum, est durior. His autem ipsis, turturis, palumbi, anatisq; caro etiam durior existit. At phasianorum caro quod ad concoctionẽ et nutrimẽtũ attinet, carni gallinarum est similis: voluptate tamen in edẽdo eam superat. His durior est pauonũ caro, & fibrosior, & difficilior concoctu. In vniuersum autem, augescentium caro, multo est præstantior q̃ inclinantium ætate: media verò est inter vtrãq;, florentium. Praua autẽ admodum est nouellorum, sed diuersa ratione ac senum. Siquidem horũ caro, dura est & sicca, ac neruosa: ideoq; concoctu difficilis, & nutrimenti exigui. Contra animalium nuperrimè ęditorum corpora, muco-

Suilla carne nihil nutrire copiosius.

Volucriũ carnes, quæ facilius, & quę ægrius coquantur.

Phasianorum caro.

Pauonũ caro.

Carnis differentiæ secũdũ ætates.

ſa ſunt ac humida, eoq́; excrementis plena: facilius tamen per aluum deſcendunt. Secundum etiam præparationis modos, & locos in quibus ipſa animalia uiuũt, non mediocris eorum eſt differentia.

DE ANSERIBVS ET STRVTHOCAMELIS.

Anſerũ caro. Struthocamelorum caro.

CARO horum excremẽtitia exiſtit, multoq́; difficilior concoctu, q̃ prædictorum volucrium. Ipſorum tamen alæ, nõ ſunt cæterorum alis deteriores. Quandoquidem in multis, alarũ ſubſtantia fibroſa eſt & dura. Quarũdam autem caro, tota eſt eiuſmodi, cuiuſmodi gruum: quas tamen & ipſas mãdunt, plurimis ante diebus macerantes & mortificantes. Inter grues & anſeres, caro tardarum eſt media.

Gruina caro. Tardarũ caro.

DE DIFFERENTIA QVAE EST IN partibus animalium volucrium.

NON manduntur inteſtina volucrium: ventriculi autem & veſci ſunt, & nutriũt. Quidam autem ipſorum valde etiam ſunt iucundi, ceu anſerum: ſecundũm quos, ſunt altilium gallinarum. Ad hæc anſerum quibus lac in alimentis miſcetur, iecur eſt iucundiſſimum, atq; potenter nutrit: & quum ſit optimi ſucci, deiicitur facile, probeq́; in ventre cõcoquitur. Ad hæc alæ anſerum, & iis adhuc magis gallinarũ, minimo negotio coquũtur. Pedes autem paulo minus omnium, cibo ſunt inepti. Cæterũm iuniorum & probè nutritorum caro, gracilium carni atq; annoſorum præſtat. Gallorum teſtes, præcipue altilium, præſtãtiſſimi ſunt. & multo magis, ſi cibus ipſorum, quo ſunt nutriti, ſeroſo lacte fuerit imbutus. Porrò volucria, exiguũ quidem habent cerebrum: ipſum tamẽ tanto pedeſtrium cerebro præſtantius eſt, quanto durius. Ac mõtana ſanè, q̃ paluſtria, cerebrum habent præſtantius.

Anſerinũ uentriculum eſſe ſuauiſſimum eſui. Anſerinum hepar unice commendatur. Alæ anſerinæ, gallinaceæq;. Teſtes gallorum. Cerebrũ auiũ.

DE OVIS.

GALLINARVM & Phaſianorum oua, omnibus ſunt præſtantiora: deteriora autem anſerũ & ſtruthocamelorum. Porrò quę oua dicuntur tremula, ad nutriendum omnium ſunt præſtantiſſima. Sorbilia autem, minus quidem nutriunt, ſed ſubducuntur facilius, & pharyngis aſperitates læuigant. Cocta uerò, & ad coquendum ſunt difficilia, & tardi tranſitus, corporiq́; craſſius alimentum largiuntur. His autem tardius permeant, & craſſioris ſunt ſucci, quæ in calidis aſſantur cineribus. Quæ verò in ſartagine ſunt ĩſpiſſata, peſſimum habent modis omnibus alimẽtum. Porrò quæ ſuffocata appellant, ſunt elixis atq; aſſis meliora: pariuntur autem ad hunc modum. Vbi enim ipſa oleo & garo, & pauco vini conſperſa fuerint, vas quo continentur, cacabo aquam calidam habẽti induunt. Deinde ubi ipſum totum supernè obturarint, ignem ſubſtruunt, quoad oua mediocrem conſiſtentiam ſortiantur.

Ouorum differentiæ. Oua tremula. Oua ſorbilia. Oua cocta. Oua aſſa ĩ cineribus. Oua frixa. Oua ſuffocata parãdi modus.

DE VOLVCRIVM ANIMALIVM ſanguine.

GALLINARVM & columbarũ ſanguine nonnulli veſcuntur, maximè altiliũ, qui ſuum ſanguine haudquaq̃ inferior eſt, neq; * ſuauitate, neq; concoctionis facilitate. Plurimum tamen à leporino relinquitur. Cæterũm ſanguis omnis, concoctu eſt difficilis & excrementitius.

Sanguis gallinaceus. Sanguis colũbinus. Sanguis leporinus. Sanguis omnis excrementitius.

DE NVTRIMENTO QVOD AB AQVAtilibus animalibus ſumitur, & primum de Mugile.

MVGILES ex ſquammatorum piſciũ ſunt genere. Verùm eorum caro, qui in aquis limoſis, ſordidis & ſtagnantibus degunt, excrementitia admodum atq; mucoſa exiſtit. Optima autem eorũ eſt, qui in puro mari viuunt: præcipuè quum ventorum procellis ipſum mare agitatur, atq; ad Boream ſpectat. Nam in quieto, nulliſq́; agitato fluctibus, tãto piſcium caro deterior fit, quanto minus exercitatur. Eorũ autem qui in fluuiis gignuntur, præſtantiores ſunt, qui in iis gignuntur, in quibus aqua rapidè fluit, & copioſa.

Mugilũ caro.

Pisciũ carnis differẽtiæ, pro diuersitate locorum in quibus degũt, & alimentorum quibus uescũtur.

Pisciũ q multis tenuibusq; spinis abundẽt: et qui minime.

Marinos pisces oẽs gaudere fluuiis.

Mugil conditus sale, asseruatur.

Qui verò in stagnantibus, non laudabiles. Præterea penes alimenta ipsa pisces meliores peioresúe euadunt. Etenim qui in fluminibus vrbem magnã præterfluentibus, hominum stercoribus, & prauis id genus escis victitant, omnium deterrimi sunt. Porrò qui mugil in mari gignitur, is à mari longissimè abscedens, aduerso flumie natat, numerosasq; ac paruas spinas nõ habet. Qui verò à fluuiis stagnisq; ingreditur mare, huiusmodi spinarum est plenus. Nam omnium ferè piscium caro, qui in stagnis aut fluminibus crescunt, tenuibus spinis plena inuenitur, quas nullus marinorũ habet. Pauci autem fluuialium mare ingrediuntur: at marini omnes, fluuiis gaudent. Mugilis præstantioris, caro est iucundior & acrior, necnon expers pinguedinis. Nã pingues, & soluti saporis, & uitiosi sunt succi. Quapropter eos cum origano præparant. Hic piscis vnus eorũ est, qui conditi sale asseruantur.

DE LVPO SEV LAVRACE.

Lupus. Laurax.

HVNC piscem natum in aquis dulcibus non vidimus, sed è mari ĩ flumina aut stagna, ipsum ascẽdisse conspeximus: ideoq; paruus rarò, quemadmodũ mugil sæpe, inuenitur. Alimentum sanè quod tum ex hoc, tum ex aliis piscibus prouenit, sanguinem gignit consistentia tenuiorem, quàm quod ex pedestribus animalibus sumitur: adeò vt non affluenter nutriat, & discutiatur celerius.

DE MVLLO SEV TRIGLA.

Trigla. Mulli caro.

HIC quoq; pelagicis piscibus annumeratũ: habetq; & aliorum ferme omnium carnem durissimam, ualde friabilem. Ac nutrit sanè quum probè cõfectus fuerit, copiosius omnibus aliis piscibus, quòd durior et crassiorum partium existat, habeatq; substantiã alendo corpori accommodatam. Quare mulli caro iucunda est: quæ quidem licet aliorum carne sit durior, mandi tamen quotidie potest, propterea quòd friabilis est,

Pinguia cibaria appetentiã euertere.

Mulli hepar.

& pinguedinis expers, cum quadam acrimonia. Nam pinguia & lenta cibaria statim vt sumpta fuerint, celeriter implent, & appetentiam euertunt. Mulli etiã hepar propter voluptatem à gulosis summoperè expetitur. Optimi autem mulli fiunt, ut alii etiam omnes pisces, quũ propter mare purum, tum vel maximè propter alimenta.

DE PISCIBVS SAXATILIBVS.

Saxatiles pisces unde dicantur.

Saxatiles pisces præbere alimentum saluberrimum corpori.

SCARVM, merulam, turdum, iuliam, fucam, percam, à petrosis promontoriis maris, in quibus comperiuntur versari, saxatiles appellantur. Inter eos autem scarus excellere suauitate creditur. Secundùm hũc, merulæ, ac turdi. Tertio loco iuliæ, fucæ, ac percæ. Porrò alimentum quod ex eis sumitur, non modo concoctu est facile, sed hominum etiam corporibus saluberrimum, vt quod sanguinem medium consistentia generet.

DE GOBIONE.

Gobiorum caro.

GOBIO, littoralis est piscis, ex numero etiã eorum, qui parui perpetuò manent. Præstantissimus autem omnium ad voluptatem, coctionem, distributionem, ac deniq; succi bonitatem is est, qui in arenosis littoribus, aut saxosis promontoriis degit. Cæterùm gobiorum caro, vt carne saxatilium est durior, ita mollior quàm mullorũ. Ipsa igitur pro portione, vescentium corpus nutrit.

DE PISCIBVS MOLLI CARNE præditis.

Scarus.

Mulli. Cancelli.

SCARVS Itaq; primas inter pisces saxatiles obtinet: quibus omnibus caro inest quàm aliis piscibus mollior & friabilior. Sunt qui carnis tantùm duritie à saxatilibus dissidẽt: cuiusmodi sunt pelagici propemodum omnes: nisi si qui ipsorum prauo alimento propriam carnem corrumpant, vt mulli, qui cancellos, animalia flauo colore, minimis cãcris similia, mã-

dunt. Porrò saxatiles pisces, nec loca, nec alimenta mutant, nec dulcibus aquis vtuntur: ob eamq; caussam omnes perpetuò sunt inculpati. At aselli dicti, si probo alimento vtantur, & mari puro, carnis bonitate contendent cum saxatilibus. Qui verò prauo alimento vtuntur, aut in aquis mistis, aut uitiosis versantur, carnis quidem non abiiciunt mollitiem: sed pinguitudinem atq; lentorem contrahunt. Quare neq; suaues persistunt, sed alimentum excrementitium reddunt. In vniuersum autem, pessimi pisces gignuntur in eorum fluuiorum ostiis, quæ purgamēta cuiuspiam ciuitatis magnæ recipiunt. Iccirco in eiusmodi fluuiorum ostiis (qualis est Romam præterfluens Tyberis) muræna pessima gignitur: eoq; in ea vrbe omnium fere marinorum piscium ea minimo venditur: quum tamen meliores sint eius fluminis pisces, priusq̃ is ad vrbem perueniat. Quin & alius etiam est fluuius, trecentis & quinquaginta stadiis ab vrbe in Tyberim profluens, Nar appellatus, qui pisces habet longè Tyberinis meliores. Similes autem quodammodo inter se sunt, passer & solea: non tamen omnino eiusdem sunt speciei. Solea namq; mollior est, & cibo suauior: atq; in totum prestantior quàm passer. Quin & lacerti medii quodammodo sunt inter pisces carnis mollis & duræ. Nullus tamen memoratorum piscium, aceto, aut sinapi, aut origano indiget: veluti pingues, lenti, atq; duri. Quidam etiam frixis iis in sartagine aluntur: alii assant, aut in patinis condiunt, vt rhombos, & citharos. Optimè autem omnium condimentum ex albo iure concoquitur, quod in hunc modum paratur. Copiosam aquam primùm iniice: dein olei quod satis sit affundito, cum pauco anethi, & porri. Vbi verò pisces semicocti fuerint, salis tantum aspergito, quoad totum ius salsum nōdum appareat. Hæc siquidem præparatio vel ægrotis ipsis est commoda.

Pisces pessimi ubi locorū gignantur.

Tyberis.

Murænā Romæ omniū fere marinorum piscium minimo uendi.

Nar flumē, producere pisces longe Tyberinis meliores.

Solea.

Passer.

Lacerti.

Albi iuris condimentum.

Quibus autem inculpata sanitas est, iis piscium in sartagine frixorum: secundo loco super craticula assorum, præparatio est conueniens. Hæc tamen, oleum garumq; cum pauco vino exposcit. At frixis, plus vini gariq; addere expedit: minimè verò olei. Quòd si cui id subuertat stomachum, paratum habeat acetum, modicum in se gari, piperisq; continens. Omnium autem memoratorum piscium alimentum, hominibus ociosis, senibus, imbecillibus, & ægrotis est accommodatissimum. Qui verò corpus exercent, cibos firmiores postulant.

DE PISCIBVS DVRAE CARNIS.

DRACONES quidem, libellæ, cuculi, scorpius, trachurus, mullus, cernua, glaucus, conger, pager, hamya, & aquila, inter duræ carnis pisces annumerantur: nonnullæq; mustelorum species. Nam celeber ille qui apud Romanos galexia dicitur, in eorum numero, qui dura carne constant, habetur. At canis ad cetaceorum genus refertur: vt qui carnē duram habeat, atq; excremētitiam. Quapropter ipso in partes secto & salito, uescuntur vulgares homines. Ingrati enim saporis est, ac mucosus: ideoq; cū sinapi & oxelæo, atq; id genus acribus condimentis eum mandunt. Ex hoc itē genere sunt balenæ, delphini, & phocæ: ad quos proximè magni thunni accedunt: quanq̃ non æquè sunt vt prędicti, iucundi. Insuaues enim sunt hi, presertim recētes: nam salsi euadūt meliores. Tunnorū aūt caro, qui & ætate & corporis mole sunt minores, non pinde dura est, ideoq; hi facilius etiam coquuntur: & iis adhuc magis pelamides, quæ sale conditæ, laudatissimis salsamentis non cedunt. Post sardas aūt & pelamides, myli qui ex ponto afferuntur, præcipuè cōmendantur. Post ipsos sunt graculi. Porrò duræ carnis pisces, ægrius q̃ mollis concoquunt. Siquidē quę molliora sunt, facilius alterantur, ꝙ facilius patiātur.

Pisces duræ carnis q sint.

Galexia.

Canis piscis.

Balenæ.

Delphinus.

Phoca.

Thunnos salsos euadere, meliores recētibus.

Pelamides.

Sardæ.

Myli.

Graculi.

Molliora facilius alterant.

Durior etiam cibus crassiorem habet substantiam, vt mollior tenuiorem: ac proinde ille succum crassiorem gignit.

AN DVRA OMNIA PER DECOctionem salsos succos gignant, vt Praxagoras & Philotimus existimarunt.

Decoctū omnium, quādiu coquitur, sem persalsius euadere.

EQVIDEM omnium decoctum, quādiu coquit, salsius semper euadere, post autem, amarū, deprehendo. Nam corpus ipsum solidum quod in aqua elixatur, qualitates quę initio sibi inerant, in ea deponit: sic ut qualitatis expers euadat. Clarius autem huiusce rei veritatem intelliges, si quando quod elixas, in aliā aquam transfusum, secundò & tertiò recoquas. Inuenies quippe id quod decoquitur, propriā amisisse qualitatē, siue salsam, siue acrem, siue etiam acerbā: aquā autem, eam in se recepisse. Si verò succos ipsos solos concoxeris, primùm quidem, salsiores: postea autem amari etiam fient. Siquidem vel ipsa aqua optima diutius cocta, salsam qualitatem tandem assumit. Quamobrem, quod ad succos attinet, Praxagoram ac Philotimum rectē sensisse, nobis est concedendum: quod verò ad solida corpora pertinet, non item.

Omnia quæ decoquunt̄, ppriam qualitatem amittere: aquam autē, illam in se recipere.

Praxagoras. Philotimus.

DE ANIMALIBVS QVIBVS testa pro cute est.

Testaceorum succum, aluū subducere.

OMNIBVS id genus piscibus commune est, ut salsum in carne succum contineant, qui aluum subducit, quod seorsum cuicꝫ magis minus'ue inest, pro qualitatis & quantitatis ratione. Siquidem ostrea, inter alia testacea, carnem habent mollissimam: paruę autem hiatulæ, vertebræ, vngues, purpuræ, buccinæ, omniaq́; eiusmodi, duram. Non ab re igitur ostrea quidem, aluum valentius subducunt: corpus autem imbecillius alūt. Duriora verò, difficilius quidem coquunt̄, sed firmioris sunt nutrimenti. Verùm hæc quidē omnia elixantur. Ostrea verò etiam citra elixationē man-

Ostrea.

Ostrea edi et cruda.

duntur. Sunt qui ea in sartagine frigant. Quemadmodum autem ex ipsis testaceis, quæ dura sunt, carnē habent concoctu difficiliorem, sic etiam quę corrumpatur ægrè. Quare ipsa bis ter'ue cocta, eis exhibemus, quibus ob prauos succos cibi in ventriculo corrūpuntur: gignitur tamen ex ipsis succus crudus plurimus, vt ex iis quæ molli sunt carne, pituita.

Testacea duræ carnis, quibus cōferant.

DE CRVSTATIS.

ASTACI, paguri, cancri, locustæ, carides, gāmari, atqꝫ id genus alia, tenui testa cōcluduntur, duritieq́; sunt testaceis similia: sed salsi humoris minus quàm illa continent, quāquam eum habent satis multum. Dura in totum carne constant: ideoq́; & concoctu sunt difficilia, & firmi alimenti: quū scilicet in aqua potulenta percocta fuerint. Horum quoqꝫ caro, vt ostreorum, vbi percocta, vt dictum est, in aqua succum salsum reliquerit, aluum sistit: ægrè etiam corrumpuntur, non secus ac testacea, quæ duram carnem possident.

Crustata.

Jako ustrzyce 71. 99

DE MOLLIBVS.

MOLLIA vocantur quæ neqꝫ squammas, neqꝫ asperam cutem, aut testaceam habēt, sed mollē: vt polypi, sepiæ, loligines, & his consimilia: quæ omnia mollia tangenti apparent, duræ tamē sunt carnis, & difficilia concoctu, exiguumq́; in se succum salsum continent. Cæterùm si concoquantur, alimentū exhibebunt non paucum corpori: succi tamen crudi plurimum gignent.

Molli cute intecta.

DE CHARTILAGINEIS.

HORVM animalium cutis est aspera, ac noctu splendicans. Inter ea autem torpedo & pastinaca carnem habent mollem atqꝫ iucundam, ceu mediocriter per ventrem subeuntem, nec concoctu difficilē. Nutriunt item mediocriter. Raia autem, leuiraia, squa

Chartilagiea.

Torpedo. Pastinaca.

Raia.

tina, omniaq; huiusmodi, duriora sunt, & cōcoctu difficiliora, alimētiq; copiosioris, q̃ torpedo & pastinaca.

DE CETACEIS ANIMALIBVS.

Cetacea.

OMNIA eiusmodi duram & praui succi, excrementitiamq; habent carnem.

DE ECHINIS MARINIS.

Echini marini.

EX MVLSO eduntur hi & garo, alui subducendæ gratia: paranturq; in patinis, ouis, pipere, melleq; iniectis. Imbecillis sunt alimenti, ac medii inter ea quæ humores extenuant & densant.

DE MELLE.

Mel. Mannæ uulgo appellatæ, ortus.

MEL oritur in foliis plantarum, eiusdē cum rore generis. Porrò in mōte Libano quotannis persæpe coria super terram extendunt, ac dein arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, & ollas ac fictilia melle implent: vocantq; id mel roscidum, & aereum. Proinde cōstat materiam ex qua mel gignitur, rori esse congenerem. Videtur autem & ex plantis, in quarum foliis colligitur, boni mali'ue quidpiā ipsi accedere. Ideoq; laudatissimum in locis mel gignitur, in quibus thymus, & aliæ quędam herbæ & frutices temperamēto calido & sicco, affatim proueniūt. Tenuiorum enim est partium id mel: ideoq; in calidis corporibus promptè in bilem conuertitur. Frigidis verò est accommodatissimum. Quum autem tenuium sit partium, acrimoniæ quiddam habeat etiā necesse est, qua aluum ad excretionem proritet. Quam quidē adimentes per iniectionem aquæ, atq; coctionem, ipsum reddemus ad distributionē atq; concoctionē accōmodatius. At melicratum quod paulisper aut nihil omnino concoctū fuerit, prius deiicitur, q̃ concoqui, & in corpus distribui, & nutrire possit. Præterea mel nō planè coctum, in ventriculo & intestinis, flatus quosdam gignit: contrà, quod in decoctione spumam omnē abiecerit, flatus est expers, & vrinam mouet. Quòd si quis

Mel rosdidū. Mel aereum.

Mel laudatissimum ubi gignatur.

Mel qbus facile in bilē uertatur: & qbus sit maxime ex usu.

Mellis acrimonia quomodo corrigatur.

Melicratum.

Mel crudum. Mel coctū, urinam mouet.

citra aquæ admistionem mel solum delingat, nutriet quidem infirmius, sed aluum promptius deiiciet. Largius verò sumptum, ventrem superiorem cōcitare ad vomitum solet. Coctum autem sine aqua, neq; uomitum similiter mouet, neq; aluū subducit: verùm distribuit & nutrit magis: urinam aūt minus eo quod cum aqua coctum est, mouet. Senibus itaq; mel commodissimum est: ætate autem florentibus, et calidis in bilem vertitur.

Mel largius sumptum, uomitum prouocat.

Mel senibus cōmodissimū: ætate florentibus in bilem uertitur.

DE VINO.

SI MODO quicquid alit cibus est, vinum etiam in genere ciborum est collocandum. Cæterùm vinorum omnium, rubra simul & crassa, sanguini generando sunt accommodatissima: ceu quæ minima mutatione indigeāt, vt fiant sanguis. Post ipsa sunt nigra, crassaq; & dulcia: tum quæ colore quidem rubra sunt, & nigra: consistentia autem, crassa, vnà cum qualitate astringente. His autem minus sua natura alunt, quæ alba sunt, simul & crassa, & acerba: omnium autem minimum nutriunt, quæ colore quidem sunt alba, consistentia autem tenuia, & aquis hydromeliti faciendo appositis, similia quodāmodo. Dulcia verò conficiuntur in ventriculo, & distribuuntur facilius, q̃ austera, vt quæ facultate sunt calidiora. Quæ autem sunt admodum crassa, tardius quidem perficiuntur, atq; distribuuntur. Si tamen in ventriculum adeò robustum incidant, vt confici rectè ab eo possint: alimentum copiosius corpori dabunt. Constat præterea quòd quēadmodum hæc corpori alendo tenuioribus sunt præstantiora, ita ad vrinam ciendam sunt deteriora.

Vina rubra simul & crassa, sanguini gignēdo esse accommodatissima. Vinorum differentiæ.

Vina alba & tenuia, minimum omnium nutrire.

Vina dulcia.

DE CIBIS SALE CONDITIS.

ANIMALIVM corpora, quoꝝ carnes simul duræ sunt & excremētitię, sunt ad saliendū accōmoda. Quæ verò aut admodū mollē, aut valde siccū, & minimè excremētosum habent corporis habitum:

Cōditurę, quę animalia sint apta: & quæ inepta.

Sal humores ſuperfluos digerit.
Nitri ſpuma.
Aphronitrũ.
Suum carnes.
Piſces apti ad ſaliendum.
Sardica ſalſamenta.

ſunt ad ſaliendum inepta. Salis nãq; facultas, humores ſuperfluos tenuat, & digerit, corporaq́; cogit atq; condenſat: quum nitri ſpuma, & laxum aphronitrum, tenuare quidem & diſcutere poſſint: cogere verò & condenſare non poſſint. Suum igitur obeſorum & ætate florentium carnes, ad ſaliendum ſunt congruentiſſimæ: ut quæ ab vtroq; extremo abſint. Quemadmodũ enim corpora ſicca ſalita, coriis euadunt ſimilia: ſic cõtra, quæ immodica humiditate diffluunt, ſalis cõmercio tabeſcunt. Ob eam cauſſam neq; piſces mollis carnis, & excrementis vacui, vt ſaxatiles & aſelli, ad ſaliẽdum ſunt apti. Graculi verò, palamides, myli, ſardæ, & ſardenæ, quæq́; σαξάτιλα vocant, & ſalſamenta, ad ſaliendum appoſiti ſunt. Mulli verò, q̃ dura eorum ſit caro, & ab excrementis pura, non ſunt ad ſaliendum accommodi. Ex his autem perſpicuum eſt, ea eſſe concoctu admodũ difficilia, quæ ſale condita, dura & neruoſa euadunt, ac veluti coriacea. Quæ verò contra habent, tenuia quidem ipſa redduntur: manſa autem humores craſſos & glutinoſos attenuant. At præſtantiſſima omnium quæ mihi licuit experientia cognoſcere, ſunt quæ à veteribus medicis Sardica ſalſamenta appellantur.

DE MEDIIS AEDVLIIS.

Temperiẽ naturalẽ ſeruantibus, ſiſia naturis ſuis cibaria cõgruunt: contraria uero, iis qui praua temperaturam ſortiũtur.

IN SINGVLIS differentiis, quas alimẽtis ineſſe diximus, quædam ſunt media. Animalibus autẽ naturalem temperiem atq; inculpatã ſeruantibus, ſimilia ſuis naturis cibaria cõueniunt: iis verò, quæ prauam temperiẽ, aut ab initio ſunt ſortita, aut poſt acquiſiuerunt, non ſimilium ſibi ipſis eſus, ſed cõtrariorum eſt vtilis. Itaq; ſingulæ naturæ ſuum proprium medium habebunt, idq́; ſecundum ætatum, vitæ cõditionum, inſtitutionum, & regionum, in quibus iam diu habitant, differentias.

GALENI PERGAMENI, DE EVCHYMIA & Cacochymia, Liber vnus.

Succos uitioſos ad gignẽdos morbos maximã uim haberi.
Nutriri nos ab iis quæ naturæ nr̃æ ſunt familiaria.

ANNONAE CARITAS ASſidua, quæ non paucos abhinc annos multas nationes Romano ĩperio ſubditas afflixit, coegitq́; veſci alimẽtis peſſimi nutrimẽti, ac proinde uarios & maximè pernicioſos morbos induxit, planè ſignificauit, quãtam uitioſi ſucci ad gignendos morbos vim habeant. Etenim ab iis alimur, quæ naturæ noſtræ ſunt familiaria: quæ verò illi aduerſantur, nos in perniciem deducunt. Cæterùm qui hauſtu letalium venenorũ pereunt, facilè ſecerni ab iis poſſunt, qui ab aliqua corporis affectione extinguũtur. Neq; etiam quiſpiam inficias ibit, ob humorem quem venenata animantia in ictam particulã infligunt, vel illam celeriter vita priuari, vel in putredinẽ labi, vel doloribus uehemẽtiſſimis, aut phlegmone vrgeri: nec non ſcorpionem ieiuni hominis ſputo bis ter ue aſperſum, protinus interire. Nam ſicuti naturæ quædam cum aliis quoq; naturis conueniunt, ſic altera quoq; aduerſatur alteri, eamq́; corrumpit.

Scorpionẽ hominis ieiuni ſputo cõſperſum, perimi.
Galenus q̃diu ab omni intẽperie immunis perſtiterit.
Galeni pater in omni diſciplinarum genere fuit uerſatus.

Porrò quãdiu ipſe patris conſilium ſequutus, ab vſu immodico fructuum, quos horarios vocãt, abſtinui, obſeruauiq́; ab illo traditã optimam victus rationẽ, tandiu immunis ab omni intemperie perſtiti. Quoties autem eius præcepta negligens, vnà cũ coætaneis meis, vltra modũ fructibus illis me impleui, ſemper in morbos incidi, qui ſanguinis miſſionem deſyderarẽt. Erat enim pater meus geometriæ, architecturæ, aſtronomiæ, arithmeticæ, logiſticesq́; ſtudiis excellens, maximeq; omnibus quibus erat notus, ob ipſius iuſtitiam,

modestiam, bonitatéq́; vt quiuis ex philosophis alius admirationi. Cæterùm qui potest exerceri ante cibũ, is haud sanè admodũ exquisitos cibos desyderat: cui verò negotia & occupationes impedimento sunt, non modò huic probato innoxioq́; victu, sed salubribus quoq; medicamentis est opus. Imprimis igitur iis qui quietè ac pro animi sententia vitam traducunt, eã victus rationem describam, ex qua gigni sanguis optimus possit. Dein enitendum est, vt quædam his etiam præcepta tradantur, qui turbulentam vitam, atq; negotiis deditam agunt.

Cibis admodum exquisitis non egere q possunt exerceri ante cibum.

Cibi itaq; succi probati sunt, ex frumentaceorum genere panes purissimi probeq́; cõfecti, adhibita prius maceratione atq; fermentatione debita, necnõ sale iniecto. At cocti in clibano præstãt: post quos furnaceis secundæ debentur partes. Alica verò, sicuti & suilla caro, si exactè in ventriculo concoquantur, in sanguinemq́; à iecinore conuertanť, probatissimos gignunt humores: aliquid tamen glutinosi in se habent, ob idq́; in iis iecur obstruũt, & renes, quibus hæc à natura astrictos meatus sortiuntur: ac proinde distributionem impediunt. Horum quoq; usus vberior in supradictis particulis, vel grauitatem, vel dolorem nonnunq̃ facit. Quin etiam in venis quæ per caua iecinoris, aut per mesaræon feruntur, redundás humor periculum adfert, ne vel putredinem contrahat, vel eæ ipsæ particulæ in quibus congeritur, afficianť phlegmone.

Panis optimus quis sit

Alica.

Suilla caro.

Quippe necesse est crudos crassosq́; humores, vel concoqui, vertiq́; in sanguinem, vel cõputrescere: nõ secus ac quæ calidis in locis diutius manent. Quãobrem inuenta medicaméta salubria sunt, quæ tenuandi vim possident, quæ obstructionibus liberant. Quanq̃ horum frequentior vsus, vel serosum, vel biliosum, vel melancholicum procedente tempore sanguinem reddit. Quandoquidem id genus medicamenta, non solùm incidunt & tenuant, sed etiã immodicè

Crudos humores necessario debere aut cõcoqui, aut cõputrescere.

modicè calefaciunt: ob idq́; & solida mẽbra exiccant, & crassum humorem reddunt, quo in renibus asso, gignuntur calculi. Optima itaq; corporis cõstitutio, quæ tẽperatissima est, meatus, per quos humor fertur, patentiores habet: quam quidem talem conseruat ante cibos exercitiũ mediocre. Tragus ex frumentacei generis alimentis, eiusdem cum alica naturæ est: ægrius tamen concoquitur. Prope etiam natura ouorum atq; vires accedunt. Iam verò quæ glutinosos crassosq́; humores gignunt, si in hepate conuertantur in sanguinẽ probũ, potẽtissimè nutriunt.

Calculorũ generatio.

Exercitiũ ante cibum mediocre.

Tragus.

Cæterùm qui cibi in omnis excessus mediocritate consistunt, ii omnium commendatissimi sunt. Eius generis panes optimi habenť: præterea gallinarum gallinaceorumq́; carnes, nec nõ phasianorum, perdicum, attagenarum, columbarum, merularum, turdorum, turturumq́;, & omnium passerculorum. Pisces item saxatiles, pelagici, littorales, gobii, murenæ, buglossi, aselli, & simpliciter pisces omnes, qui neq; insuaue, neq; mali odoris, neq; glutinosum quicquam gustu repræsentant.

Cibi consistentes in mediocritate, omniũ commendatissimi sunt.

Verùm ad sanitatem tuendam, si ante cibum corpora moderatè exerceantur, mirum in modum prodest: at cõtra, quies & otium diuturnum, iis maximo nocumento est. Qualiscunq; autem post cibum motus, alimentum ex ventre crudum in diuersas corporis partes distribuit. Porrò panis qui nec fermenti, nec salis quod sat est continet, neq; probè maceratus nec coctus est, is glutinosum succum producit. Caseus omnis, crassi: vetus, mali succi est: recens verò, succi prauitate caret: qui quidem ex melle sumptus, aluum subducit. Lac autem, quũ ex triplici, dissimiliq́; substantia constet, nempe serosa, crassa, & pingui, camelinum, asininũq́; lac, serosi humoris plus habet: plus crassi & caseosi, ouillum: plus pinguitudinis bubulũ. At lac caprillũ, iter cętera lactis genera, moderatè se habet,

Exercitiũ ante prandiũ mediocre, cõfert ad sanitatem tuendam.

Motionis post cibum incommoda.

Panis uitiosus

Caseorũ differentiæ.

Lactis substantia triplex.

Lactis differentiæ.

Lac caprillũ.

ob idq; in corporibus nostris medium etiã præstat effectũ. Etenim lac pònb serosum & tenue est, minus nutrit, sed aluũ magis deiicit: contra, crassius, minus aluũ subducit, cæterùm magis nutrit. At lac caprillũ, sine melle sumptum, periculosum existit: q nimirũ in ventriculo concrescens strangulet, queadmodum ubi sanguis in grumos concretus, aut in uulnus aliquod, aut in ventrem, aut in aliquod intestinorum defluxerit, grauissima symptomata inducit. Lac itaq;, statim vbi est emulctum, hauriatur. Cui quidem ne in ventre concrescat, mellis, aquæ, & salis aliqui solent nonnihil miscere. At quod ex lactis concretione defluit serum, aluum egregiè mouet. Quæ ex lacte & caseo placẽta cõficitur, itriaq; etiam quæ ex lacte & similagine cõstant, crassi succi alimoniam præstant. Cochleæ crassi succi censentur: itemq; oua, quæ vel elixa, vel tosta, penitus sint densata. Frixa verò, mali succi, fumosæq; in ventriculo cocturæ existunt, secum etiam corrumpentes admistos cibos. Mediocriter verò cocta, quæ ideo appellantur tremula, ad coctionem, digestionem, nutritionem, boniq; succi generationem: sicuti & quæ sorbilia dicimus, ad leniendas gutturis asperitates, idonea sunt. In aquatilibus verò, quæ mollia dicuntur, videlicet lolligines, sepię, polypi, aliaq; id genus, crasso & tenaci sunt succo: nec non ex piscibus, quæ cetacei generis habentur: cuiusmodi sunt thynni. Sed pelamides, ex his magis ad mediocritatem tẽdunt. Ostreæ item, buccinæ, purpuræ, crassi admodum succi sunt, ac omnia breuiter, quæ dura testa integuntur, nec non Chamæ, patellæ, pectines, pinnę, & alia id genus. Quorum omnium succum scire debes, nõ secus ac serum lactis, aluum deiicere: at solidiores ipsarum partes, serius ob crassitiem concoqui, crudumq; & crassum, & frigidũ humorẽ gignere: quales vires in brassica & lente etiã videre licet. Quorum tamen succus, non glutinosus,

Lac serosum. Lac crassius. Lac caprillũ absq; melle sumptum, periculosum. Sanguis ĩ grumos coactus grauissima symptomata inducit. Lac statĩ ubi est mulctum, hauriendum. Serum lactis aluũ subducit. Placentarũ natura. Cochlea. Oua. Oua tremula. Oua sorbilia. Pisces molles. Cetacei pisces. Testacea.

brassica lens 87

sed nitrosus, & deiicienda aluo efficax est: sicuti dracũculi acerrimus, & amarissimus. Vtrũq; etiam aron pręstat, sed minus efficaciter. Bulbi austero amaroq; sunt succo: ex quibus lotis, coctisq;, sæpius, quicquid super est, crassi succi habetur. Sed fungi inter huius generis cibos, frigidissimo, tenacissimo, & crasso succo redundant: à boletis tantùm, neminem interiisse memoriæ proditum est. Sed hi vbi cõcoqui nequiuerunt, in nõnullis choleram excitarunt. Alii omnes fungi periculosissimi sunt. Tuber, leniter crassi, non mali succi est: cuius generis amylum habetur. Itidẽ nux pinea se habet. In his quæ crassi succi censentur, iecur, renes, & testes annumerandi sunt. Verùm iecur mali succi non est: renes testesq; non boni, testibus gallinaceorũ exceptis. Lien ex cæteris animalibus, satis vitiosi est succi, melancholicusq;: minus verò nocet suillus. Cordis substãtia durior ac magis fibrosa est, quàm quæ in aliis habetur visceribus: quare ipsum nonnulli inter musculos collocant. Sed musculorum verorum capita, neruosiora quoquomodo cætera carne sunt, in eaq; ex ossibus ligamenta orta disseminantur. In fine autem musculi tendones oriuntur: eamq; ob caussam extremæ vtrinq; musculorum partes neruosiores: sicuti & mediæ carnosæ sunt & vberrimè nutriunt. Porrò totus musculus propriis quibusdã lineamẽtis circũscriptus, seiunctusq; ab aliis partibus cernitur, obitq; functionẽ vnam, quæ est ex motibus voluntariis. Extremæ animalium partes, ligamentosæ existũt, corporiq; alimẽtum lentum & glutinosum præbẽt. Partes etiam quæ penes labia pedestrium sunt, lentum, sed non crassum humorem gignunt, coquũturq; commodè: itemq; & volatilium alæ, communi quadam cum corporibus se exercentibus ratione. Nam hæc omnia excrementis carent: quæ verò in otio degunt, excrementosa sunt. Suilla cutis præpinguis, vbi probè fuerit elixa, gluti-

Dracunculus. Aron. Bulbi. Fungi. Boleti. Tuber. Nux pinea. Iecur Renes. Testes gallinacei. Lien. Cor. Musculi. Tendones. Extremæ partes. Rostra. Alæ uolucriũ. Suilla cutis.

amylũ

nosum, sed non satis quidem crassum succum præstat:
nec veluti extremæ partes, concoctionẽ admittit: nec
bonum succum, sed excrementosiorem producit. Ce-
Cerebrum.
rebrũ quoq; pars crassi succi est, & quæ dorso medul-
Spinalis medulla.
la excipitur. Sunt glandulæ eiusdem naturæ, sed me-
Glandulæ.
diocriter: nec non iuuenum victimarũ testes. In vni-
uersum autem, partes seniorum, duræ, siccæ, & con-
Partium naturæ pro differẽtia ætatum.
coctu difficiles sunt: sicuti & iuniorum, humidæ, mol
lesq;, atq; iccirco faciliores concoctu: his tamen exce
ptis, quæ vbi in lucem æditæ sunt, protinus in cibo su
Mammarum glandulæ.
muntur. Sunt enim id genus omnes mucosæ. Quæ in
mammis glandulæ habentur, si lac in sese contineant,
crassi sunt succi edulia. Quòd si animal ex quo sumun-
tur, boni habitus fuerit, abundè nutriunt, & bonũ suc
cum efficiunt. Etenim lac, probatissimi succi habetur.
Lac sanare pulmonis ulcera.
Quare nonnulli pulmonis vlcere affectos, potione tan
tùm lactis curari putant: antea scilicet q̃ id ipsum ulcus
Lac muliebre nobis esse familiarissimũ.
vastius atq; callosum fiat. Sed præ cęteris lac muliebre,
tanq̃ naturæ eiusdem, nobisq; familiarissimum, com-
mendatur, cum ab aliis medicis, tum vel maximè ab
Herodoto & Euriphone: qui quidem vbera ab ita affe
ctis sugenda esse pronunciãt. Lac siquidem, simul atq;
est emulctum, nonnihil natiuæ bonitatis amittit. Scire
aũt oportet, lac ex iis animantibus quidem, quæ boni
habitus fuerint, boni esse succi: ex iis aũt quæ deprauа
to, nõ secus ac sanguis qui in illis habetur, cacochymũ
existere. Inter crassi succi cibos annumerãt vtraq; ba-
Glãdes quernæ.
lanorum species: querna videlicet, ac fructus etiã pal
Palmarũ fructus.
marum. Ex his aũt quas quercus ferunt, gratæ sunt ca
Castaneæ.
staneæ & suaues: quæ quidẽ & concoquuntur commo
dius, & prauum succum nõ gignunt. Eæ enim assæ vel
elixæ, mãduntur. At quæ figura oblonga sunt, & simi
les palmulis, suibus sunt certè nutriẽdis, haud item ho
Ilignæ glãdes.
minibus cõgruæ. Ilignæ uerò glãdes, durę sunt & acer
bæ: ægreq; concoctionẽ admittũt, atq; crassum succũ

largiuntur: ac proinde vitandæ sunt. Est aũt in austeris
quidem, remissa astringẽdi qualitas: in acerbis aũt, in-
tensa. Sed quãto iligng glandes valentiore astringendi
ptãte cæteras superant: tanto hac in re ab ipsis glandi-
Castaneæ.
bus superanĩ castaneæ: à quarũ tamen vsu vberiori ca
uendum, q̃ & crassi sint succi, ægreq; coquanĩ, ac tum
aluum astringere, tũ excitare inflationes possint. Por-
Phœnices facile iecur obstruunt.
rò palmarũ fructus dulcis sunt succi, crassiq;, & astrin-
gẽtem facultatẽ habentis: quare facilè iecur obstruit.
Dulces cibi, quæ mala inducant.
Siquidẽ dulces cibi, crassiq; succi, iecinoris ac lienis ob
structiones faciunt: inchoantemq; in visceribus phleg
monẽ augent: nec nõ inflatiões, scirrhosa vitia, adeoq;
abscessuũ generationes proritant. Nostris aũt corpo-
ribus alimentũ accommodatissimũ est, quod ex iis re-
bus conficiĩ, quæ nec crassi, nec tenacis sunt succi. Hęc
siquidem moderatæ consistentiæ sanguinem gignunt.
Quod verò tenue admodum est, parum nutrit. In his
Friabiles cibi.
quoq; vitiũ est cibis, qui oĩno friabiles sunt, vt qui pau
cissimum in se habeant lentorẽ. Panis quippe ex pani-
Panicum. Milium.
co, milio'ue confectus, dum estur, arenidũ quiddã, vel
quasi cinerẽ sapit: nisi ei aliquid ĩdideris pinguitudinis.
Quarè ad bonã valetudinem ii cibi cõmodissimi sunt,
qui mediam quandã naturã inter ea quæ diximus obti
nent. Cæterùm quæ ex seminibus, aut oĩno ex fructi-
Semina præstantiora quę sint.
bus, intumescũt, veteremq; protinus siccitatẽ atq; du-
ritiem deponunt, mollioraq; & humidiora reddũtur,
præstantiora existunt: deteriora verò, quæ pristinã du
ritiem retinent, atq; etiã minimè tument. Quod verò
Ptisana quæ præstantior.
ad ptisanã pertinet, quæ celeriter quidẽ turget, proba
tissima est: quæ aũt post multum temporis ĩtumuit pa
Triticum.
rum, vitiosa. Porrò quod præstantius est triticum, plus
Fructus ad reponẽdũ aptiores.
quidem: quod deterius, minus farinæ reddit. Ii aũt fru
ctus cõmodè, iudicio meo, asseruanĩ, qui prius q̃ mar-
Cucurbitæ.
cescant, siccantur. Nonnulli cucurbitas in tenues offas
Fungi.
dissectas, arescere sinũt. At fungi quũ siccari nequeãt,

Fructus q̃ siccari nõ possunt. vitium in se habere maximũ indicant. Paucissimos tñ fructus reperias, q̃ siccari nõ possint, præter pepones, melopepones, Armeniaca, Persica, & quæ à Romanis præcocia appellantur. *Ficus.* Ficus etiam siccatæ durant, & *Cucumeres.* cucumeres vt cucurbitæ similiter reponũtur. Qui cibi illico in tumorem crescunt, interim dum in aqua coquuntur, ii & conficiuntur aptius, & ad bonos humores gignendos sunt præstantiores. Nihil autem in cibariis omnibus ad boni succi generationem tam pertinet, q̃ si probè in ventriculo concoquantur. *Concoctio triplex.* Hæc siquidem & secũdam, quæ in iecore & venis fit, & tertiam, quæ in particulis quæ nutriunt, perficitur, facilius concoctionem admittunt. *Nutritio quõ fiat.* Fit enim nutritio, alimento secundum qualitatẽ mutato, & particulis quæ nutriuntur assimilato. *Præcocta melius transmutari q̃ cruda.* Cæterùm præparata præcoctaq́; commodius trãsmutantur, quàm cruda: quum ad inuicem concoctiones succedant. *Concoctionis organa.* Cunctis igitur corporis partibus iecur alimentum præparat: illi ventriculus: huic os: ori ars obsonatrix, quæ variis modis concinnat cibos: quibus deniq; omnibus gubernatrix natura fructiferas plantas disponit. *Interanea animalium.* At ventriculi, vuluæ, intestinaq́; animalium, quo duriori substantia quàm caro cõstant, eo etiam cõcoctu difficiliora, nec adeò boni succi sunt, nec tam apta ad nutriendum. *Caudæ.* Sed caudæ sunt his quoq; duriores: reliqua verò in ipsis, quæ ad concoctionem & nutritionem spectant, duritiei proportione respondent: hoc tamen excepto, q̃ motionis caussa minimè excrementis redundant. *Colla uolucrium.* Cum his volatilium colla, similitudinem quandam habẽt. *Vẽtriculi gallinacei, anserinicq;.* Ventriculi pedestrium & volatilium, maximè inter se differunt. Nãq; ex volatilibus crassus durusq́; est, & cõcoctu difficilis: at si coquatur, vberrimè nutrit. Gallinæ & anseris præstantissimus est. *Anserinæ carnes.* Cæteræ verò anserinæ partes, alis exceptis, sunt duræ, & excrementosæ, nec facilè concoctionem admittunt. *Struthocamelorum partes.* Struthocamelorum mem-

bra omnia, dura excrementitia, & concoctu sunt difficilia. *Aures.* Aurium chartilago & sicca est, & minimè nutrit: earum cutis exterior tenuis aridaq́;, ægrè item concoquitur, & parcissimè nutrit. *Oculi.* Oculi à paucis eduñt. Constant enim ex substantia dissimili. Cæterùm eorũ musculi tantùm, facillimè cõcoquuntur. Ex animantibus quorũ natura est ad gignendos bonos humores aptissima, *Sues.* sues mediocris iam ætatis, habẽtur. *Porcelli.* Caro ex porcellis paruulis excremẽtis scatet. *Suilla caro.* Itaq; ex pedestribus animalibus suilla caro cibus probatissimus est: deinde *Hædina caro.* hœdina: *Vitulina caro.* mox uitulina. *Agnina caro.* Agnina uerò, humida, tum lentorem, mucoremq́; in se habere censetur. A cæteris pedestris generis, meo iudicio, abstineat, q̃squis boni succi generationi animum curamq́; intendit. *Ptisana.* Ptisana probè ex optimo hordeo confecta, inter cibaria omnia prorsus omni noxa caret: nutrit tamen q̃ panis minus. *Fœnogræcũ.* Fœnogræcum non boni succi est, si quis eo liberalius vtatur. Ptisanam verò, & si quotidie ad satietatẽ sumpseris, non iccirco boni succi generationem impedias. *Fabæ inflationes gignunt.* Idem quoq; de fabis dicerẽ, quum nec mali sint succi, nec ob vim illam detergendi, quam habent, obstructiones faciant, nisi inflationes parerent. *Pisa.* At pisum extergendi quidem vim non æquè habet, ac faba: sed inflatione caret. *Lentes.* Lentes & vitiosi succi, & melancholici sunt. *Ochri.* *Dolichi.* Ochri præterea & dolichi his quæ diximus deteriores, *Cicercula.* & cicerculis meliores habentur. *Olyra.* Post hordeum olyra annumerãda est: *Typhe.* post hãc typhe. *Panicum.* A panico prorsus abstineas. *Milium.* Huic milium consimilis est generis, sed minus malum. *Cicer.* cicer egregiè nutrit: sed nec boni succi est, & inflat non minus q̃ faba, semenq́; auget, ac veneris desyderiũ. *Lupinus.* Lupinus non mali, sed crassi succi est, proptereaq́; nutrit egregiè. Fructus quos arbores ferunt, omnes ferè mali sunt succi, *Castanea.* castaneis tamen exceptis, quæ si in ventriculo concoquantur, efficaciter nutriunt: atq; eæ crassi quidem, nunq̃ autem sunt ma-

li ſucci. Cæterùm qui fructus horæi appellantur, hu-
Horarii fructus ſi corrumpantur in uentre, ſimiles letalibus uenenis reddūtur.
morem vitioſum gignunt: quòd ſi fortè in ventricu-
lo corrumpantur, ſimiles letalibus venenis reddun-
tur. At ficus & vuæ cæteris autumnalibus fructibus
ſunt præſtantiores. Quippe maturæ ficus ferè inno-
Ficus.
Vuæ.
xiæ ſunt: vuæ deinde, & eæ quidem appenſæ. Verùm
Caricæ quando pediculos gignant.
caricæ, ſi diutius immorētur in corpore, mali ſunt ſuc-
ci, & pediculorum copiam producunt. Cum nucibus
autem ſumptæ, cibi præſtantiſſimi ſunt, cum amyg-
dalisq́; ſimiliter: ſed cum his obſtructiones aperiunt,
Caricas cū ruta, nucibusq; præſumptas, aduerſari uenenis.
non tamen ita bonum ſuccum præſtant, nutriuntq́;,
vt quum miſcētur cum nucibus. Sunt qui caricas cum
ruta nucibusq́; præſumptas, venenis vniuerſis aduer-
ſari fateantur. Reliqui arborum fructus, mali ſucci
Fructus qbus ut medicamētis utimur.
ſunt, iiq́; potiſſimum, quos ſylueſtres plantæ & fru-
tices ferunt. Sed malis, piris, punicisq́;, & meſpilis,
Cucumeres.
non alimentoꝝ, ſed medicamentorū loco, vtimur, ad
vētriculi firmitudinē. Inter fructus quoq; cucumeres,
pepones, melopeponesq́; connumerant: quorū nullus
Pepones.
Melopepones
Cucurbita.
boni ſucci eſt. Quòd ſi celeriter perfici, digeriq́; nō poſ
ſint, in ſuccum ferè letalibus venenis ſimilem, conuer-
tuntur. Cucurbita duntaxat ex huiuſcemodi fructi-
bus damnanda non eſt. Si tamen in ventriculo cor-
Mora.
rumpatur, ipſa etiam malum ſuccum producit. Mora
itidem, ſi perficiantur citò, & prius quàm corrum-
Oleracea oīa, cacochyma.
pantur, tranſierint, innoxia ſunt: niſi iis quiſpiam libe-
raliusvtatur. Ex oleraceis nihil eſt quod bonum ſuc-
cum præſtet. Lactuca tamen in iis quæ boni maliq́; ſuc
ci ſunt, mediocriter ſe habet. Poſt illā malua habetur.
Olerum uariæ ſpecies.
Poſt hanc portulaca, atriplex, blitū, rumex. Sed lactu-
ca agreſtis, chondrilla, ſcandix, gingidium, ſeris, cicho
rium, aliaq́; ex oleraceis agreſtibus oïa, ſuccum vitio-
Radices olerū acrimoniā habentium.
ſiſſimum gignūt. Radices olerū in ſe acrimoniā haben
tium, vt allii, cepæ, porri, raphani, & paſtinacæ ſilue-
ſtris, malum ſuccū producunt. Sed ari, cariq́; radix, &

rapi, in iis quæ boni prauiq́; ſucci ſunt, media habet.
Aues.
Piſces.
Aues piſcesq́; ferè oēs, boni ſucci cenſent, exceptis la
cuſtribus, paluſtribus, & qui in immundis fluminibus
atq; turbidis degūt. Minus enim hæ natationibus ſeſe
exercēt, vitiatoq́; aere, & prauo victus genere vtunt.
Quæ verò in meliores aquas ſe transferūt, adhuc ani-
malia ea iis deteriora ſunt, quæ puro ex mari victitāt.
Omnia ſiquidē propemodū animantia, quæ in ea ma-
ris parte verſantur, quæ dulci aquæ ſe non immiſcet,
Pelagici piſces
innoxia ſunt: vt pelagica, & ſaxatilia, quæ tum ad bo-
nos humores gignendos, tum ad guſtus ipſius volupta
Saxatiles piſces.
tem, cæteris multò ſunt præſtātiora. Horum itaq; fre
quens vſus, tutiſſimus eſt. Nōnulla præterea ſunt, quæ
Piſces duplici ex aqua uiuentes.
duplici ex humore viuunt, tum marino, tum dulci: vt
lupi, capitones, cancri, gobii, murænæ, anguillæ. Sed
quæ puro ex mari victū petūt, ea & boni odoris ſunt,
& guſtui ſuauia: pinguedinis aūt aut nihil omnino, uel
Piſces puro ex mari uictū capientes.
pauciſſimum in ſe continent: diutiusq́; à putredine il-
læſa durant (quibus ſignis diſcernuntur ab aliis) præ-
ſertim ſi niue obducātur. Ad hunc enim modum quæ
Murænæ.
duriori ſunt carne, præſtantiores euadūt. Murænæ igi
Anguillæ nunquā boni ſunt ſucci.
tur ex aquis ïpuris, peſſimæ: anguillæ nunq̃ boni ſunt
ſucci, vel ſi in puro humore verſentur: nedum in eo
qui purgamenta vrbium recipit. Secundum quoq; lo-
corum paſturas, piſces & meliores, & deteriores fiunt:
id quod odore & guſtu explorabis facilè. Cæterùm
neq; auxiliorum, neq; exactam ſalubrium ciborū noti
tiam conſequet is, qui illorū vires accuratiſſimè norit,
niſi corporum quoq; atq; particularū naturas, quorū
Corporum differentiæ.
cauſſa cibi expetuntur, agnoſcat. Ex his enim nonnul-
la ſunt denſa, & quæ ſpirare non poſſunt: laxa nonnul
la, & quæ inaniuntur facilè: eamq́; ob cauſſam humi-
diore illa alimento egent: hæc ſicciore. Alia item glu-
tinoſius, alia tenacius, alia parcius, alia vberius alimen
tum deſyderant. Similiter, quibus ſanguis eſt admo-

dum melancholicus, humidi calidiq; cibi sunt dandi: quibus verò biliosior, frigidi & humidi. Verùm ubi pituitosus existit, cibis tunc opus est, qui calefaciendi siccandiq; vires obtineant. Qui probo sanguine abundant, alendi sunt parcius iis cibis, qui naturam mediam sortiantur: sic ut neq; aliqua primarum qualitatum excellant, nec crassi aut tenues, nec lenti aut aridi, aut deniq; friabiles sint. Porrò ariditas, in duris valdeq; siccis rebus: friabilitas autem, in mollibus, mediisq; inter humida & sicca inuenitur. Commune tamen vtriq; est, vt tenaci lentore careat omnino. Ex vinis quæ aquosa tenuiaq; sunt, vrinas mouent, & paucissimi sunt nutrimēti: crassa verò, ut Theræum & Scybelites, quæ absolutæ dulcedinis sunt, nō leuiter quidem nutriunt. Cilicium vinum, austerum simul & dulce existit. Quæ Aegis & Perperinæ proueniunt, medium inter dulcem & exquisitè astringentem qualitatem, saporem reddūt: nigraq; hæc omnia sunt. Nulla enim vina inuenies crassa pariter & dulcia, quæ nigra non sint. Alba vina haudquaq; dulcia sunt: sed alia austera & crassa, alia aquosa & tenuia. Ex flauis autē, rutilisq;, nnonulla mediocriter dulcia sunt, sicuti Hippodamantium, Faustianum, Falernum: nonnulla omnino dulcedine carent. Sunt autem his rubra crassiora, & ex rubris, quę proxima colore ipso nigris sūt. Nutriunt autem hæc omnia crassitudinis proportione: eamq; ob caussam, qui indigēt refectione, vt dulce vinum potent, suadendi sunt: ac tum præcipuè, quū horum iecur, lien, & renes, vitio penitus carent. Verùm cui crassus succus per venas redundat, tenuis substantiæ vinum: cui frigidus, acre & vetustum: cui non frigidus, quod neq; acre neq; vetustum sit, accommodatum est. Ad bonos autē humores gignendos, odoratū præstantius: sed tamē caput tentat. Tenue, ciendæ vrinæ magis idoneum, capiti nullam infert noxam. Vi-

Naturas diuersas, diuersa esse alendas uictus ratione.

Ariditas in q. bus adsit.

Friabilitas in quibus.

77 102 186 Vina alba & tenuia, mouere urinas.

Vinorum differentiæ.

Vinum omne crassum & dulce, esse nigrū.

Vinum dulce quibus est propinandum.

Vinum odoratum caput tētat.

Vinum tenue mouet urinas.

tanda quæ crassa simul, maliq; odoris, gustuiq; ingrata & austera sunt. Ex vinis probatissimi succi Falernū habetur: potissimumq; id quod dulcius. Ad alui fluxiones sistendas, austeris vtimur vinis: quę ad nullos alios vsus accommodare solemus. Cæterùm in ipsorum vinorum exhibitione, non minus regionum, temporū, exercitiorumq;, quàm affectuum, & temperaturarū hominū ratio est habenda: sic vt moderata conseruemus similibus: īmoderata corrigamus contrariis. Temperaturis igitur frigidioribus, rutilum dulceq; vinum, vtpote calidum, accommodatum est. Contrarium verò, temperamentis atq; dispositionibus calidis: quod illud calefaciat impensè, capitisq; dolores, & febres facilè inferat, neruosq; nonnunq̄ lædat. Quòd autem crassa vina dulciaq; deiiciant aluum, nemini obscurum est. Mustum etenim, licet coquatur ægrè, crassumq; succum & inflationes gignat, aluum tamen subducit: id quod si interdum efficere nequeat, mirum in modum nocet. Vitanda ergo quæ nimis vetusta sunt, nimisue recentia. Nanq; illa præter modum, hæc nullatenus, quādiu recentia fuerint, calfaciunt. Quæ tantum abest vt aliquem vsum cibis concoquendis afferat, ut etiam ipsa tamen conficiantur ægerrimè. Præterea nec cōmodè per aluum transeunt, nec digerūtur, nec vrinas mouent, nec sanguinis confectioni nutritioniq; idonea sunt. Sæpe etiam vt aqua in ventre suspensa remanēt: ut si paulo amplius ex iis hauseris, facillimè coacescāt. Sed ex recentibus vinis genus illud dūtaxat tutò bibitur, quod tenuis substantiæ est: sicuti ex Italicis, Cauchanum, Albanum: & ex Sabinis, Thuscisq; nonnulla. Aminęum quoq; quod in eo colle nascitur, qui Neapoli imminet, citò vt bibatur idoneum redditur: quale apud nos in Asia est Tibinum, Arsinium, & Titacazenum. Quæ sanè tenuia, candida, & aquosa existunt: ideoq; oligophora vocantur. Et quemadmodum ru-

Moderata esse cōseruanda similibus: imoderata corrigēda contrariis.

Mustum deiicere aluum.

Vina uetusta calfacere impensius: recentia, nullatenus.

Vinorum recētium noxæ.

Aminæum uinum.

tila vina, quum calida poteſtate ſint, replent protinus caput, ſic illa, nempe tenuia, & aquoſa, leniterq́; aſtringentia, non modò capiti innoxia ſunt, ſed etiam leues eos capitis dolores nonnunquàm tollunt, qui ab humoribus in ventriculo collectis, proficiſcuntur. Quin & aquæ potio, vitium præcipuè in ſe habentis, nonnullis capitis dolores infert: nam & ipſa corrumpitur, & naturale robur exoluit. Quo fit, vt vbi ventriculum inualidum reddidit, in cauas eius partes ex reliquo corpore ſanies quædam bilioſa defluere conſueuerit, more eorum quos premit inedia. Quibus ſanè offenſis, noxisq́;, dictum vinum, ſui temperamenti ratione hominem actutum liberat: pauloq́; poſt, vbi firmarit ventriculum, quæ illi noxia ſunt, ad partes infernas defert. His ergo qui calido admodum temperamento ſunt, aquæ potus longè accommodatior eſt vino: quod vtiq; ſi interdum propinare expediat, ſit quidem tenue, leniterq́; auſterum. Ex vinis itaq; quod vetuſtiſſimum eſt, adeò ab albo & auſtero, nec non recente & craſſo diſtinguitur, vt illud quidem efficaciſſimè calefaciat: ſenſibilem hoc refrigerandi facultatem obtineat. Dulciſſimum autem acerrimũq; mel, eximiæ æſtimationis eſt. Verùm cuiuslibet generis mel calefaciendi vires ſortitur, ſumptumq́; à calidis corporibus facilè in bilem vertitur. Iccirco pituitoſis admodum naturis, ætateq́; & ſenio confectis, vtiliter datur: frigidis quoq́; morbis accommodatiſſimum eſt. Acetum mulſum hoc eſt oxymel ſanitatis tuendæ gratia ætatibus naturisq́; omnibus utiliſſimum eſt. Siquidem obſtructiones omnes diſcutit, aſtrictosq́; meatus ita aperit, vt nulla in parte craſſi glutinoſiq́; ſucci adhæreſcant. Quare medicamenta ſalubria, tenuandi omnia in ſe poteſtatem habent, tutioraq́; ad valetudinem tuendam cenſentur, quàm quæ craſſiores humores gignunt: ſed bonam habitu-

Aquæ potio quæ mala inferat.

Aquæ potus q̃bus cõueniat.

Mel omne calfacit, atq; in corporibus calidis bileſcit facile.

Mel q̃bus conueniat.

Oxymel ętatibus & naturis eſſe oĩbus utile.

dinem, roburq́; efficere nequeunt. Vitanda autem penitus quæ vitioſi ſunt ſucci præterq̃ æſtate, quum languentium corporum ſiccitati & calori occurrendum eſt. His enim hoc ipſo tempore mala, pruna, ceraſa, moraq́; idonea ſunt: item cucumeres, pepones, melopeponesq́;: ſed parcius his vti conuenit. Dantur quoq; præcoccia perſica, & quæ a Romanis milce dicit̃, refrigerata tamen: nec non ſpuma lactis, atq; etiam cibaria ex lacte confecta. Ficus item frigidæ, & cucurbitæ ita affectis accommodæ ſunt. Prudens tamen vir, ad refrigerandos æſtus ex balneis rediens, epota prius aqua, mox vino mediocriter aquoſo, iisq́; per vomitum redditis, lactucam edat, quæ innoxia eſt, ſimulq́; vires habet refrigerandi. Sumat poſtea ſuillos pedes bene decoctos, ex aceto & garo: itemq́; alas gallinæ vel anſeris, & eiuſdem etiam ventriculum, nec non piſces nonnullos frixos, ex iis qui molle ſunt carne. Danda item ex oleribus quæ mali ſucci non ſunt, ſicuti malua cucurbitaq́;. Vinum poſtea, vbi frigida aqua dilutum ſit, potet. Mihi ſæpius ſimiles æſtus & calores perpeſſo, ptiſanæ cremor bene refrigeratus, fuit ſatis. Sunt qui niue refrigerentur. Sed hæc illis præcepta traduntur, qui aſſiduis occupationibus impediuntur. Qui verò huiuſmodi ſunt ſoluti negotiis, ſi exercitatione vti ſolent, quàm rariſſimè frigido potu indigent. Qui minimè exercitantur, ſumma æſtate, quum vehementi calore vrgentur, aquam fontanam bibant, ab vſuq́; niuis abſtineant. Hæc ſiquidem, quãuis protinus nullam corporibus iuuenum læſionem ſenſibilem inferat, ſenſim tamen, occulteq́; creſcente vitio, quum iam ætas progreſſu temporis inclinarit, articulos, viſcera, neruosq; iis morbis vexat, qui vel difficulter admodũ, uel omnino tolli non poſſunt: nimirum ſemper imbecilliori particula, facilè quancũq; excipiente læſionem.

Cibi ęſtate admittendi.

Aeſtuantibus uictus rõ conueniens.

Exercitatos, q̃ rariſſime frigido potu egere.

Niuis uſum eẽ periculoſum.

Quod autem vitioſi humores morbos gignãt, cruditas aſſidua maximè in cauſſa eſt. Ea autẽ cruditas deterior eſt aliis, quam vitioſi ſucci cibaria effecerunt. Quę quum duplici modo ſe habeant, ſi tenuem quidem ſuccum reddant, acutos morbos cum maleficis quoq; febribus inuehunt: ſuccorumq́; vitio in vnam duntaxat particulam decumbente, tunc eriſypelata, herpetes, aliæq́; affectiones calidæ oriũtur. Si verò craſſum ſuccum efficiant, articulorum & renum vitia, podagræ, anhelationes, tum lienis, iecinoriſq́; ſcirrhoſi affectus gignuntur. At quibus malus corporis humor melancholicus fuerit, affectus melancholici oriuntur. Sed ex humoribus mixtis, mixtæ affectiones proueniunt.

Cruditas quę ſit aliis deterior.

Affectus a tenui fluxione orti.

Affect⁹ a craſſa fluxione.

GALENI PERGAMENI, DE ATTENVANTE victus ratione, Liber Vnus.

Tenuans uictus ratio q. bus affectibus conferat.

QVVM VICTVS RATIO attenuans pleriſq; diuturnis morbis ut arthritidi, dyſpnœæ, tumorib⁹ lienis & hepatis, nec non morbo comitiali incipienti, adeò conferat, vt ſola ea, ſine vllo alio medicamẽto ſublati ſæpe ii fuerint: operæpretium videtur, aliquid & de ipſa perſcribere. Vocant autem eam attenuantem, quemadmodum incraſſantem, quæ illi contraria exiſtit: pro eo humore ſcilicet, quẽ vtraq; in noſtris corporibus gignit. Etenim olfactus & guſtus, mentem noſtram ad oẽs eiuſmodi cibos diſcernendos, ſatis abundè inſtruunt. Quippe quæ ſenſus noſtros pungunt & mordicant, ea omnia conſtat eſſe acria: & quæ ſuccos

Olfactus. Guſtus. Acria quæ dicantur.

craſſos tenuare queãt. Quæ etiã, ſi largius æquo ſumpta fuerint, ventriculum mordicant, ciborumq́; nauſeam magnam inducunt, & halitus acres emittũt. Plurima autem eorum vrinas & ſudores graueolentes & acres promouent: alia autem diuellunt, erodunt atq; pertundũt. Cæterùm corpora in quibus humores frigidi, craſſi, & lenti redundant, huiuſmodi ciborũ vſu maiori ex parte iuuantur. Nemo igitur eſt qui allium, cepam, naſturtium, porrum & ſinapi, in genere ignoret eſſe tenuantium: poſt illa autem ſmyrnium, pyrethrum, origanum, calamĩthem, ſiſymbrium, pulegiũ, ſatureiam, thymum: quæ omnia viridia quidem manduntur: exiccata verò, iam non amplius ſunt cibi, ſed medicamenta. In ſumma, omne quod ſiccum eſt, viridi valentius exiſtit. Eorum verò quæ ſicca nõ ſunt, maturiora minus maturis: & quæ in montibus & locis ſiccis proueniunt, iis quæ in campeſtribus, planis, hortis, & paludibus creſcũt, ſunt fortiora. Prædictis autem ordine proxima eſt capparis, & terebĩthi fructus: his autem eruca, ſium, apium, petroſelinum, orminũ, raphanis, braſſica, & beta. Malua verò & blitum, & atriplex, tametſi iis ſpecie ſint proxima, facultatibus tamen diſſident: aquea enim ſunt, minimumq́; acris facultatis ſortiunt: quo modo cucurbitæ, citrulli, melones, melopepones, & pruna: humida ſi quidem ſunt hæc omnia, necnon frigida, & pituitoſa, potiſſimum ſi cruda & non elixa mandantur. Omnia igitur tenera & increſcentia, facultatibus moderata exiſtunt. Quo fit vt pleraq; medicamenta, dũ oriuntur & adoleſcũt, non ſecus ac cibi mandantur: vt ſilphii, ſinapis, pyrethri, & iringii ſtolones, quæ omnia vbi commaturuerunt, magnam habent vim incidendi. Tenuant verò admodum, dum oriuntur, atq; adoleſcunt. Pari modo & vrtica, prius quàm exiccetur eſt eſculẽta: præterea fœniculus, ruta, coriandrum, anethum, eiuſdem cum

Acria largius ſumpta, quæ mala inferãt.

Acria quibus utilia.

Tenuãtia medicamenta.

Sicca eſſe ualentiora uiridibus.

Montana eſſe ualentiora cãpeſtribus.

illis sunt speciei, euidenterq́; etiam calfaciunt. At verò agrestia olera, iter ea quæ diximus, naturam mediam sortiuntur. Si quid igitur olfactui, aut gustui, aut vtrinq; simul, acre, mordicans & calidum apparebit, scito facultatem id habere tenuandi, atq; incidendi. Ad hæc, siquid olfactui bonum odorem inferēs, aromatis speciem repræsentet, id quoq; viribus calidum esse oportet: sed non æquè ac mordicantia & rodentia, & insigniter calfacientia. Incidūt præterea & quæ saporem habent nitrosum, aut salsum: quorum plurima etiam aluum deiiciūt, nec minus iis amara, facultate tenuandi sunt prædita. Incidendi autem in illis facultas, aceto & melle intenditur: oleo verò minuitur. Mixacanthus porrò, mediæ quodammodo est facultatis: ab eo autem elii & chamædaphne vtrinq; non multum differunt. Stomacho autem minus prædictis cōmodant vitis albæ, & viticis, & spinæ asparagi: omnium autem maximè austeri atq; astringentes: quales sunt vitis, ac rubi. Spinæ verò asparagus aluum deiicit. Iuuat etiā ventriculum, facultatisq́; est mediocris, & palmæ germen. Qui asparagi amaroris quippiā præferunt, quāto amariores, tanto iis sunt sicciores, & incidentes magis. Semina sunt facultate suæ plantæ similia: nisi q illis prorsus sicciora sunt, magisq́; ad calorem propensa, eoq́; magis tenuantia. Non omnia tamen sunt vesca, vt nec herbæ ipsæ. Est itaq; papaueris semē herba ipsa præstantius: adeò vt tanq̄ innoxiū panibus ipsum & placentis permisceant. Refrigerare tamen & ipsum palàm, ex hoc intelliges, quòd caput grauat, & soporiferū est: sed non perinde ac succus ipsius. Soporiferū est & lactucæ semen: quandoquidem & olus ipsum frigidum est & humidū. Ab his igitur frigidis humidisq; seminibus ei est cauendum, qui tenuante victus ratione vti volet. Sesami semen, succum crassum ac lentum i corpore gignit: apii uerò, petroselini, cumini, carui, anisi,

Acria habere facultatem tenuandi.

Tenuandi facultatem, aceto intēdi atq; melle: remitti autem oleo.

Palmę germē.

Semina eē facultate suę plātæ similia.

Papaueris semen, tanq̄ innoxium, panibus & placentis misceri: soporiferū tamē existere

Lactucæ semē soporiferū eē.

anisi, lybistici, sinapi, ameos, dauci, seseleos, & omniū deniq; odoratorum & acrium, euidenterq́; calfacientium semē, tenuanti diæta vtentibus congruit. Cæterùm rutæ semē vehementissimam tenuandi vim possidet. Pari modo & lini & cannabis semina: quæ etiam & caput tentant. Quibus tunc præcipue vtendum est, dum sanguinem per vrinas purgare volumus. Cerealia omnia generaliter appellantur legumina. Quæ verò manu legūtur, speciatim dicuntur chedropa: sicuti & frumenta, quæ falce putantur. Triticum igitur firmissimi est alimenti: succumq́; crassum admodum gignit ac lentum. Quare illo simpliciter elixo non est vescendum: nam concoctioni renititur, & crassum succū producit. Sola autem ea præparatio est probanda, quæ fermento constat, sale, & clibano Paulò deterior quæ minori furno. Triticum quod graue est & densum, ac in profundo flauum, copiosissimi alimenti est, crassiq́; succi ac lenti. Cōtra quod leue est, & rarum, & album, minus nutrit, succumq́; gignit crassum minus, ac lentum. Similago autem & alica, multum alunt, crassiq́; sunt succi, ac lenti. Verùm similaginē quidem, nō conuenit eos attingere, qui extenuante victu vtuntur. Alica verò possunt vesci moderatè, tum sola aquæ incocta, tum verò cum mulso, aut vino dulci, flauoq́; ac tenui, quodq́; viribus Falerno sit proximū. Licebit etiā miscere tum betas tritas, tum anethi nonnihil, vel porri, vel pulegii, vel calaminthes, vel hyssopi, vel piperis. Ptisana autem ipsa per se nonnihil absterget, vt hyssopo non magnoperè egeat. Mel ptisanæ imiscere opus non est, nisi quis ea quæ in thorace ac pulmonibus continentur, studeat expectorare. In hepatis verò ac lienis affectibus ipsum admiscere non conuenit. Hordeacei panes, quouis illi modo parentur, exigui alimenti sunt, succumq́; crassum, ac flatus minimum generant. Polenta verò, similiter ac panes nutrit, nisi q siccat ma

Semina tenuādi uim possidentia.

Rutæ semen.

Cerealia.

Chedropa.

Frumenta.

Triticum.

Tritico elixo cur non sit utēdum.

Panis optimi compositio.

Tritici differentiæ.

Similago.

Alica.

Ptisana.

Mel qn̄ miscēdum ptisanæ.

Mel incōmodū hepatis & lienis affectibus.

Hordeacei panes.

Polenta.

Farina. Typha. Auena.

gis, propterea q frixa existit. At farina, est vtrisq; humidior, excrementosaq; magis, ac flatulenta, & potissimum si cum lacte coquat. Ex typha porrò & auena, panes similiter conficiuntur, qui & ægrè coquuntur, & succum reddunt non probum. Inter hæc & triticum,

Olyra.

olyra medium locum sortitur: nimirum tãto deterior tritico, quanto his melior existit. Quòd verò ad zeam

Zeam & typham esse idẽ frumenti genus.

pertinet, non arbitror esse aliud frumenti genus, ab olyra & typha diuersum: sed existimo id quod nos appellamus typhã, à veteribus Zeam appellari. Quod semen vbi à cortice spoliatum fuerit, tritico, hordeo, & olyra, longè tenuius, atq; exilius existit. Flauum præterea est, vt triticum: non autem album vt hordeum.

Fabæ. Pisa. Eruilæ. Dolichi. Phaseoli. Lentes. Lupini. Cicer. Eruum.

Fabæ, minus quidem q̃ hordeum tergent: uerùm sunt concoctu difficiles, atq; admodum flatulentæ. Fabis pisa ad omnia sunt præstantiora. Eruilæ verò, & dolichi, & phaseoli, multo fabis sunt deteriores. Lentes autẽ, tametsi succum crassum gignant, non omnino tamen sunt aspernandæ. Lupini similes sunt lentibus, nisi q multum siccant. Cicer cibus est flatulentus, & concoctu difficilis, atq; excrementitius: ad mouendas tamen vrinas commodum. Eruum boum magis q̃ hominum est alimentum: incidendi tamen facultate insignitur. Vnde & ex eo medicamentũ paratur, quod in iis quæ

Fœnogræcum.

in thorace hærent, expectorãdis, nulli est secundũ. Fœnũgræcum non incõmodè alui deiiciendæ gratia, ante alios cibos sumitur. Cum melle quoq; eius succũ exhibent, vt qui calfaciẽdi ac detergẽdi vim habeat. Quod tamen caput tentet, vsus eius multus cauendus est.

Pruna Damascena. Pruna Iberica. Echini marini. Panicum. Milium.

Pruna Damascena hydromelite incocta, præmandunt iis, quibus extenuãte victus ratione est utendum. Verùm his magis aluum deiiciunt, quæ ex Iberia exportãtur. Ventrem præterea subducũt echini marini, & concharum omnium atq; annosorum gallinaceorum iuscula. Panicum, & miliũ, praui sunt succi, flatulenta, & diffi-

Lobi hortenses.

cilia cõcoctu. Nam alui fluorẽ impẽsè siccant. Hortẽses lobi cibo adaptanẽ, crassi tamen, pituitosiq; sunt succi.

Hordeum.

Ex frumentaceis cibis solũ hordeum, tenuãti victui est innoxium. Secundũ hoc, sunt panes clibanitæ, q ex tritico fiunt. A reliquis abstinendũ censeo.

Saxatiles pisces. Montanæ auiculæ.

Ex piscibus saxatilibus, montanisq; auiculis, multũ copiosumq; potes alimentũ ad tenuantem victum accõmodare.

Montana aĩalia campestribus, omnia esse calidiora & sicciora: atq; ob id præstantiora.

Animalia siquidem quæ in stagnis ac locis aquosis & cãpestribus degũt, humidiora sunt, atq; excremẽtitia: quæ verò in montibus viuunt, oĩa sunt tum sicciora, tũ calidiora temperie: eorũq; caro minimũ pituitosa ac viscida existit. Quare animalia oĩa in montibus nata, multo iis quæ in locis oriunt planis, sunt præstãtiora.

Colũbas turricolas, domesticis præstantiores esse. Apri sunt meliores suibus domesticis. Tenui uictui quæ animalia conducãt magis.

Mandendæ etiã sunt aues eæ, quę in turribus, vineisq; agũt vitam. Quare colũbæ turriculæ domesticis sunt meliores: tum etiã pari modo & apri, suibus domesticis: atq; vt in summa dicã, omnia quæ exercentur, iis quæ sunt otiosa: & quæ cibis siccioribus, iis quæ humidioribus utuntur: & quæ purũ ac tenuem aerẽ inspirant, iis quæ contrariũ, ad tenuem victum sunt præferenda.

Suillæ carnes.

Etenim suum domesticorũ caro omnium aliorũ ciborum firmissimè nutrit: plurimum tñ habet lentoris. Quod si is qui talẽ victum requirit, sese multũ exerceat, licebit ei & auribus, & rostris, & pedibus suillis vesci: vẽtre præterea, & matrice, si modo ea elixa bellè fuerit. Qui aũt vitam in maiori otio degũt, abundè eis fuerit montanis auibus vesci, & piscibus saxatilibus; ac breuiter omnibus, quæ carnẽ habẽt simul mollẽ atq; friabilẽ. Nam ab iis quæ aut durã habent, aut lentam, oĩno abstinendum est, nisi aliorum penuria nos aliqñ talia esse cõpellat.

Anguilla uictui tenui aduersatur.

Porrò anguilla, & mollium piscium pars maxima, tametsi carnem mollem sortiantur, quòd tamen succo lento ac pituitoso redundent, iis qui victu tenuante vti volunt, plurimũ noxia est.

Hircinæ carnes. Bubulæ.

Hirci autem & boues, carnem quidem habẽt satisfriabilem, nocent tamen

Torpedo. Turtur piscis. Arietes. Hædinæ. Agninæ. Equinæ. Asininæ. Pardorũ carnes. Vrsinæ. Leoninæ. Ceruinæ. Leporinæ.

propter duritiem, & in alterando difficultatem. At sola chartilagineorum torpedo & turtur laudantur: possisq́; nonnunq̃ in saxatiliũ penuria iis vti. Ex terrestribus verò animalibus, hirci & arietes, & genus omne ouium, caprarumq́;, non vsq́quaq; sunt alimenti laudabilis. Solis autem hædis innoxiè vteris. Agnorum esus propter insignem est humiditatẽ fugiendus. Equorum, & asinorum esum, hominibus asininis, vt pardorum, & vrsorum, & leonum, hominibus tantùm feris permitto. Proximi sunt asinis cerui, eoq́; ab eorũ esu abstinendum. Caro autem leporum, ad aliam victus rationem siccantem est, non ad propositam, commoda.

Sanguine in cibo utendũ nõ eẽ: sicuti neq; uisceribus. Caninæ carnes. Vulpinæ carnes. Testes gallinacei tenui uictui nõ congruũt.

Sanguinem enim vehementer crassum producit. Sanguis omnium animalium in cibo est vitandus, & multo adhuc magis in tenuante diæta. Pari modo à visceribus est abstinendum. Sunt enim excrementitia, difficiliaq́; concoctu, necnon crassi succi. Canum & vulpium carnem equidem nunq̃ gustaui. Sunt tamen ea animalia sicco temperamento. Vt autem suum extremis partibus vesci aliquando concessimus: ita & vti gallinarũ alis permittimus: testes tamen & viscera tenuanti victui non competunt. At corporum gallinarum esum, si quis exerceatur, nõ veto: & potissimum earum, quæ in montibus enutritæ fuerit. Qui verò non exercetur, mandendæ ei erunt modicè, non modò gallinæ, sed columbæ etiam ac turtures.

Perdices non esse mandendas recentes, prius q̃ unum diem suspẽsæ fuerint. Palumbes. Perdices, turturesq;, asseruatas unũ diẽ, meliores reddi.

Cæterùm nec recẽs turtur, nec perdix mandenda est, nec alia omnia, quæ carnem habent moderatè siccam: sed vbi vnum diem ad summum suspenderis, ita demum edas licet. Porrò palumbes, præter quàm q̃ carnem habet columbis, perdicibus, turturibusq́; duriorem, etiam concoctu difficilem, excremẽtitiamq́; sortitur. Perdices verò ac turtures, nec durissimas habent carnes, nec concoctu difficiles, nec prauo succo refertas: sed ipsarum durities, si mortuæ vno die asseruent, facile vincitur, fiuntq́; om-

nino friabiles, atq; inculpatæ. Alimentum autem dãt corpori laudabile, sanguinemq́; minimè viscidum generant, & crassi ac tenuis medium. Proinde quibus salubris cibus curæ est, eos, vt arbitror, vti his conuenit.

Olerũ omniũ radices excrementitiæ sunt. Rapæ. Bulbi. Fungi.

Olerum omniũ radices excremẽtitiæ sunt, & cõcoctu difficiles: aduersissimæ aũt sunt, rapæ. His paulò minus aduersi sunt bulbi. Omniũ pessimi fungi existũt. Itaq; eorum omnium quæ gustu nullum morsum, nec acrimoniam, nec calorem referũt, radices suspectas habere oportet. Quid iam olera memorem, quorum non solùm radices, sed etiã germina, stipitesq́; ac folia, succum gignunt admodum pituitosum?

Radices gustãdæ ad tenuem uictus rõnem, quæ sint. Fructus tenui uictus rationi apti.

Solæ itaq; radices acres & calidæ sunt gustandæ, vt allia, cepæ, & radiculæ, eæq́; pro pharmacis potius q̃ pro alimentis habendæ. Quòd verò ad fructus pertinet, rei propositæ minus sunt noxii, qui ventrem lubricant: vt mora, pruna, cerasia, & ficus. Deteriores autem sunt qui tardè permeant, maximè si cõsistentia sint duri: à quibus prorsus est temperãdum. Mandendi autem qui ad reponendum sunt apti: qualia sunt pira, cydonia, & pleraq; uuarum genera: in quibus molliora potius quàm duriora mandenda sunt. Nemo tamen ullo horum ad sanitatem utitur: quẽadmodum neq; pomis, nec persicis, nec Armeniacis, quæ latinis præcoccia appellant: & iis multo ad huc minus, sericis, quæ uocant, & myrtis, & aliis eiusmodi. Pari modo nec mespilis, nec sorbis: quibus tamẽ rectè quis ad alia utetur.

Tenui uictus rõni quæ sint aduersa.

Summatim uerò, quæ uehementer sunt austera, & pontica, huic sunt uictus rationi aduersa. Soli autem uentris fluxui, aut uentriculo stomachoúe imbecillis, cõferunt.

Caricæ. Nuces. Pistacia. Amygdalæ. Nuces pōticę.

Porrò inter ea quæ in hyemem seruari possunt, caricæ ac nuces, tum ad id sunt accommodatissimæ, tum etiam nihilominus ad tenuem uictus rationem. Pistacia præterea, & amaræ amygdalæ, haudquaq̃ sunt improbandæ. His duriores sunt nuces ponticæ, nullamq́; abster

gendi ex uisceribus excrementa, uim possident. Castaneæ verò, siue elixentur, siue assentur, siue etiã frigantur, semper sunt prauæ: & multo magis, si crudæ mandantur. Oliuæ, quod quidẽ ad propositam diætam attinet, medium quodãmodo sunt edulium. Quæ vuæ in vinaceis conduntur, vẽtriculi quidẽ imbecillitati conferunt: præsenti autẽ scopo non item: & his adhuc minus, quæ in vinis seruantur. Vuæ passæ si astringentes non sint, tumétibus lieni & hepati non conducũt: thoracis aũt ac pulmonis affectibus auxiliãtur. Noxia etiã sunt mala punica, si fuerint pontica: imbecillum tamẽ ventriculũ iuuant. In summa verò, duri omnes ac pontici fructus, sunt praui: reliquis aũt moderatè uti poteris. Quòd si quis existat, qui in uariis sui partibus sapores habeat diuersos (mali enĩ citrii cortex est acris, acida autem pars intima: at caro, tũpituitosa, tum crassi succi) partes quidẽ acidæ & acres, sumẽdæ: ab aliis autem est temperandum. Quæ in aceto & muria cõduntur, ea tantum à pristinis viribus esse immutata putanda sunt, quantũ à conditura alterata fuerint. Quamobrem quũ acetum & muria palam ex eoꝝ numero sint, quæ incidũt, tenuantq́; certè pisces aridi exuccíq́; qui in illis conditi fuerint, humores crassos ac lentos attenuabunt vehementer. Eligendi tamen sunt, qui natura carnem mollem sortiuntur: fugiendi verò cetacei, & eis adhuc magis ipsa cete. Præterea suilla exucca tutò adhiberi poterit: quæ utiq; alioqui esset uitanda, ut quæ succum crassum ac lentum generet. Mel non modò est ciborum omnium dulcissimũ, sed succum etiam consistentia tenuissimũ gignit. At vina quæ admodũ dulcia existũt, oĩa crassum sanguinẽ gignũt. Nigra nãq; hæc sunt, & cõsistentia crassa, & iis adhuc magis sapa, quod est mustum plurimũ coctum. Porrò ficus exactè maturæ, nec succos euidẽter cõdensant, nec tenuãt. Aliæ verò omnes hoc genere sunt inferiores. Quæ vina clara

Castaneæ crassum generant succum.
Oliuæ.
Vuæ.
Vuas passas, si astringentes non sint, non cõducere lieni & hepati tumescentibus: sed prodesse thoracis affectibus.
Punica mala.
Citrium malũ ex qualib⁹ cõstet partibus.
Aceti facultas.
Muriæ facultas.
Mel.
Vina dulcia.
Sapa est mustum plurimũ coctum
Ficus exacte maturæ.

sunt & pellucida, coloreq́; pallida, & flaua, ea fortè minimum dulcia inuenias. Præterea nullum album dulce comperies: quẽadmodum nec flauũ quoduis, admodũ dulce existit. Quę verò crassa sunt, nigraq́; simul & dulcia, crasso sanguine venas referciũt. At alba simul atq; tenuia, humores crassos incidunt, & sanguinẽ per renes expurgãt. Quæ aũt inter hæc cõsistentia sunt media, vt sunt flaua simul ac dulcia, & splendida, ea vina neq; vt crassa, sanguinem crassum generant: neq; ut alba, ꝑ vrinas secedunt. Cæterùm Ariusiũ uinũ, Lesbiũ, Falernum, & Tmolites, vnicè commendant: quæ quidem sanguinẽ bonum & consistentia mediocrem gignunt. At quæ odorata sunt, & cæteris validiora, meritò caput tẽtant: quocirca vitanda iis sunt, qui cephalæa, aut hemicrania, aut cephalalgia, aut morbo comitiali, aut deniq; mania laborant. Affectus uerò omnes thoracis ac pulmonis, q diuturni sunt, & sine febre infestant, à vinis hmõi iuuantur mirum in modũ, & potissimum qui humoris per sputa expectoratione purgantur. Siquidẽ quæ vina sunt crassa & dulcia, propterea ꝙ humiditatẽ possidẽt crassam, & ob id ꝑdurantẽ, in thoracis ac pulmonum affectibus, si cum tenuantibus medicamentis sumantur, multum adferent cõmodi. Verùm nec acerbam, nec austeram, nec oĩno astringẽtem vim eis inesse oportet: sed ad melleam magis, odore, gustu, & facultate, spectare ipsa expediet: ac tale sanè est, quod Tmolites dicitur. Porrò vina Põtica, multum implent, ac tardè permeant, ambasq́; excretiones morantur: tum eam quæ fit per sedem, tum etiam quæ per vesicam: hærentq́; in hypochondriis diutissimè, & facilè acescunt, nauseamq́; prouocant. Soli autem ventri fluenti conferunt, idq́; si moderatè sumantur.

Vinũ aliquod album, nõ reperiri dulce.
Vina crassa, nigraq; & dulcia.
Vina alba & tenuia, sanguinem ꝑ renes expurgant.
Vina odorata caput tentant.
Vina crassa simul & dulcia, cur ꝓsint morbis thoracis.
Vina põtica.

GALENI PERGAMENI, DE COGNOSCENDIS curandisq́; animi affectibus, Liber vnus.

Peccata a falsa opinione nasci.

Affectus unde proficiscant.

PECCATA QVIDEM HOminum à falsa opinione proficiscuntur: affectus autem, siue perturbationes, à vi quadã rationis experte, quę minimè rationi obtemperat. Etenim cernimus cũctos homines existimare se ipsos aut esse omnino sine peccato, aut paucis exiguisq́; rebus rectam rationem offendere: quũ ab aliis fortè omnium flagitiosissimi habeantur. Quicunq; igitur aliis permiserunt, vt de se ipsis ferrent sentẽtiam, ac iudicarent, quales nam essent, eos in paucissimis aberrare solitos animaduerti. At quicunq; se ipsos optimos existimarunt, nec aliis iudicium sui ipsorum facere permiserunt, hos contrà, & in maximis rebus, & in plurimis offendentes conspexi.

Error communis hominum.

Pythium præceptum.

Sapientissimũ solũ, se ipsum perfecte posse cognoscere.

Quamobrem meritò commendatur illud præceptum Pythium, quo iubetur vnusquisq; se ipsum cognoscere. Is tamen solus qui sapientissimus est, perfectè se ipsum cognoscere poterit: reliquorum autem omnium, perfectè quidem nullus, alius autẽ alio, & magis, & minus. Quod enim in uita vniuersa & in artibus omnibus cernimus, vt magnas quidem atq; insignes rerum eminentias differẽtiasq́; vnusquisq; facilè possit discernere: exiguas autem ac tenues, ii dũtaxat qui & prudentes sint, & ipsarum artium periti: idẽ quoq; in peccatis affectibusq́; solet usuvenire.

Perturbatiões maximas, facile deprehendi ab omnibus: leues autẽ, nequaꝗ̃.

Siquidem perturbationes maximas, vniuersi facilè deprehẽdunt: mediocres autem & leues (& quæ etiam correctionẽ desyderant: tametsi eas vitare, propterea quòd paruæ existunt, magis sit arduum) non itẽ

omnes agnoscunt. Quisquis igitur uelit honestus atq; probus euadere, is cogitabit necessum esse, vt plurima à se peccata sua ignorentur.

Duplicem nos manticã e collo suspensam gerere.

Nam quũ duplicem manticam (vt ille Aesopus aiebat) è collo suspensam geramus, vnam quidem ante pectus, alienorum: alterã verò à tergò, nostrorum criminum plenam: aliena sanè spectamus semper, propria autem cernere nunꝗ̃ possumus.

Peccata aliena, ꝗ̃ nostra, clarius pspici a nobis.

Amans omne, eẽ cœcũ erga eam rem, quã amat.

Quisq; seipsũ omnium maxime diligit

Etenim quicquid amat, vt inquit Plato, cœcũ est erga eam rem, quam amat. Ac proinde si nostrũ quiuis seipsum omniũ maximè diligit, vnusquisq; nostrũ erga seipsum maximè cœcutiat est necessarium. Quomodo igitur propria mala inspiciet, aut se peccantem intelliget? Si ante omnia se ab affectibus liberarit. Quãdoquidem par est ab iis nos detentos, semper falsa opinari.

Affectus animi, qui.

Sunt autem animi affectus, quæ omnes nouimus, excandescentia, ira, timor, mœror, inuidia, vehemens cupiditas, ac deniq; alicuius rei excellẽs amor, aut odiũ.

Mensuram eẽ optimam.

Quare probè dictum est illud, mensuram esse optimã: tanquam nil rectè fieri possit sine illa. Quomodo igitur quis ista vnquã eiiciet, nisi prius ea se habere cognorit?

Philautia.

At verò vt quis cognoscat, fieri non potest, ob philautiam. Si igitur ratio tibi hæc nõ permittit, vt de te ipso iudices, at saltem vt de alio, quẽ neq; ames, neq; oderis, iudicium feras, tibi non adimit potestatem. Quum ergo audieris in vrbe quẽpiam à multis laudari, ꝙ nullis hominibus aduletur: tunc ipse, ubi ad illum propius accesseris, num sit talis, qualis utiq; perhibetur, huiusce modi periculum fac.

Veraces esse non posse, qui magnatũ ędes frequentant.

Primùm si videas ab eo frequentari ædes magnatum, ac principum, non existimes illum fore veridicum. Obsequia quippe istiusmodi, mẽdacium sequi consueuit. Deinde siue id genus hominũ salutantem, siue illis se ipsum comitem exhibentẽ, conuiuis'ue illorum ac cœnis ingerentem conspicias: non solum non veracem, sed omnis etiam nequitiæ alumnum illum talem esse ne dubites: quippe qui aut pecu-

Methodus cognoscendi mores alienos.

niarum, aut principatus, aut gloriæ, aut honoris cupiditate trahat. Quem verò nec salutare, nec comitari id genus hominũ, nec cum ualde potẽtibus cœnitare, sed frugi, ac temperato victu vti solitum in dies magisq́; compereris, sperauerisq́; tibi vera dicturum, conare hunc quoq; profundius, altiusq́; cognoscere, ut scias cuiusmodi tandem sit vita: quam cognitionẽ ex longiori cum eo consuetudine cõparabis. Quod si talẽ offenderis, qualem ipsum fore sperasti, seuoca aliquando hominem, rogaq́;, vt si quem tibi ex illis animi affectibus turbulentis inhærere notauerit, continuò admoneat, teq́; illi maximam habiturum gratiam existimaturumq́; te ab ipso magis seruatũ, quàm si corpore ægrotãtem sanasset. Quod si ille recipiat se facturum, quum primum aliquo tali vitio te laborantem inspexerit, ac deinde longo temporis interuallo interiecto, nihil dixerit, accusa hominem, rogaq́; iterum aliquanto blandius q̃ prius, vt quicquid talium perturbationum in te residere animaduerterit, illico tibi significet. Qui si tibi respondeat, propterea se nihil tibi dixisse, quòd tali tempore nihil in te istiusmodi deprehẽderit, ne ob id quidem continuò illi fidem adhibeas: ne'ue existimes te repente omnino euasisse inculpabilẽ: sed duorũ alterum in causa esse, aut negligentiorẽ amicum fuisse, aut illum redarguendi verecũdia impeditũ, tacuisse, aut etiam nolle tibi in odium venire: quũ haud ignarus sit, omnibus (vt ita dicam) hominibus hunc morẽ esse, vt eos oderint, qui vera loquantur. Aut si nihil horum est, scito hominem propterea tacere, ꝗ nolit tibi prodesse: aut ob aliud quippiã, nẽpe ꝗ non sibi obseruanda putauerit, quæ à te perperam agitenť: id quod certè non probo. Est aũt sapiẽs, omnino à peccato immunis: ac proinde philosophi, non hominem, sed Deo similem sapientem esse dixerunt. At tu repẽte Deo similis nunq̃ effici poteris. Cæterùm si ei qui te reprehẽ-

Sapiẽs est omnino a peccato immunis. Sapiens Deo similis.

derit gratias egeris, post aũt diligenter tecum expenderis, verò ne te ille, an falsò increpauerit: ex ea re senties te magnã percipere vtilitatẽ. Si verò idem assiduè egeris, tibiq́; animus sit ad meliorẽ frugẽ te moresq́; tuos componere, facilè absolutus euaseris. Cæterùm hæc sit tibi exercitatio præcipua, vt calũnias & contumelias æquo animo feras: quod ubi feceris, atq; sedatus fueris, habuerisq́; tuas ꝑturbationes perspectas, tũ aggreditor rñdere calumniatoribus, quorũ auditis rationibus, q̃ mitissimè cum eis lites tuas cõponas: atq; ita rem oẽm agas, ac si pædagogis mox sis redditurus rationem. Porrò si quis sit vel apprimè potẽs, vel opulentus, qui velit in virũ egregiũ euadere, habereq́; admonitores liberos, necessum est illã maiestatem relinquat, his presertim temporibus, in quibus nullus adest Diogenes, qui uel opulẽtissimo Principi, vel alicui Monarchæ sit ipsam veritatẽ dicturus. is aũt monitoribus dũtaxat credendũ est, qui & inculpatissimè vixerint, & ætate prouecti sunt. Quum aũt nullus sine peccatis, aut sine affectibus uiuat, vel si optima quis natura sit præditus, sed necessum sit unũquenq; labi & errare in aliquibus, eoq́; etiã magis, quo iunior quispiam fuerit, haud dubiè quisq; nostrũ, exercitatione per totã indiget uitã, ut uir perfectus reddať. Nec tñ deterreri quẽpiam oportet, quominus se ipsum conet meliorem facere, etiã si iam factus sexagenarius, sentiat sibi animũ vitio immedicabili deformatũ. Nam tametsi nobis cõpertum sit, animũ nos non posse sapientis cõsequi (id quod fortè liceret etiam, si a teneris illum excoleremus) at saltẽ ne totum illũ omnino deformem geramus, vt Thersites corpus, sedulò nobis curandum est. Etenim si supremã quispiam animi excellentiã assequi haudquaq̃ possit, at certè post supremos illos sapiẽtes, in secundis, aut tertiis, aut quartis vt collocet, id facere longiori tẽpore atq; assidua exercitatione poterit.

Contumelias esse æquo ferẽdas animo.

Temporũ suorum deplorat infœlicitatem Galenus.

Exercitationẽ ꝑ totã uitã requiri, ut qs uir perfectus reddatur.

Primo igit satis erit, si neq; in Deos maledicta iactabis, neq; calcibus feries, aut dentibus aggredieris lapides, neq; efferato uultu intueberis, sed intra te ipsum cōtinebis, atq; occultabis iracundiā. Nam ab ira prorsus liberari, simul ac qs uelit, non cōtinuò quis pōt, comprimere vitam illius perturbationis, intemperantiā, atq; insolentiam pōt. Quod remediū si sæpius quis vsurpauerit, agnoscet tandē adeò se ipsum minus q̄ antea propēsum ad irā, vt ne ob magnas quidē caussas irasci possit. Porrò seruum à me vnq̄ mea manu verberatū fuisse, non memini: id quod etiam pater meus perpetuò cauit, qui complures amicos increpare solitus erat, q̄ ferociter sæuirent in famulos. Id igitur quod in nobis est iracundiæ ac furoris, ratione coercere atq; erudire oportet: erudietur autē exercitatione improba. Turpe enim est quempiam multos annos continenter laborare, exerceriq;, vt uel medicus, vel grammaticus fiat: vt autem in virum bonū euadat, in tanto curriculo temporis nunquā sibi quicquam laboris assumere. Ergo nec tuis ipsius manibus seruum cædas, nec quādiu iratus fueris, alii vt id faciat, imperes: sed in posterum differas. Postquàm enim furor refrigeratus fuerit, prudentius, temperatiusq; dispicies, quot verberibus famulus plectendus sit dignus, * nisi fortè melius esse videatur, initio statim concessa venia, negotium ipsum transigere, & ubi lorum afferri iusseris, tum uerbis dūtaxat corrigere, minitariq;, te non amplius condonaturum, si rursus ille idem scœlus patrarit. Præstat itaq; te facere omnia quæ facis, vbi impetus ille animi deferbuerit: quo tempore iam ratione opitulante, punitionis modum sis inuenturus: quum nimirum impetus irascentis nihil ab insania, vel à furore, differat. Quamobrem à veteribus haud immeritò animi affectus hæc quinq; appellata fuerunt: mœror videlicet, ira, excandescentia, cupiditas, metusq;. Singulis itaq;

Iracundiam si non uitam ut certe posse reprimi a nobis.

Galeni in seruos benignitas.

Furore refrigerato prudētius multo uindictam sumi.

Irascentis impetū, nihil ab insania differre.

Affectus animi quinq;.

diebus atq; horis habere hanc in promptu opinionem oportet, quòd præstet quidem vnumquemq; sese exhibere dignum, qui egregius ac frugi ab omnibus appelletur: hoc autem fieri non posse vt contingat nobis, nisi eum, qui singula errata indicet, censorem admonitoremq; habuerimus: quem sanè ipsum nostrorum peccatorum iudicem, & seruatorem nostrum, & amicum maximum existimare conuenit. Qui quidem & si tibi visus fuerit aliquādo falsa crimina obiicere, ne ob id quidem irasci oportet: & quòd multò melius quàm tu, ille singula peccata tua perspicere possit: & quòd licet falsum quandoq; tibi crimen obiiciat, in eo tamen tibi sit vtilis, quòd te ad eorum quę agis diligentiorem obseruationem excitet. Curabis autem perpetuò, vt q̄ dignus sis, quantiq; faciendus, à te ipso, non ab alio, accipias: habensq; in memoria semper, quanta sit eorum qui irascuntur, deformitas animi, quātaq; rursus venustas eorum qui sine ira uiuunt, omnibus accusandi teipsum potestatem facias, gratiamq; habeas non adulantibus, sed obiurgantibus potius. Pateant autem semper domicilii tui fores, ut liceat notis ac familiaribus, omni tempore ingredi: quum sic affecto, atq; omnia rite facienti, uerendū tibi non sit, ne ab ingredientibus aliquo magno scelere implicitus deprehendaris. Volo itaq; ut non modò alios omnes, sed te ipsum imprimis etiam verearis, illiq; auscultes, qui dixit: Omnium autem maximè tui ipsius te pudeat. Quod sanè si feceris, poteris quādoq; expertem illam rōnis uim, qua excandescimus, quasi feram quandam reprimere, mansuefacereq;. Vt autem longè turpissimum est, hominem iracundia percitum, intemperanter aliquid agere: sic etiam ob amorem, viniq; & crapulę cupiditatem. Quę omnia facultatis appetitoriæ sunt affectus & opera. Ob quæ homo non iam equo uel cani, disciplinę capacibus, euadit similis, ueluti ob illa priora: sed

Iracundorum deformitas animi.

Quisq; non alios modo, sed se ipsum etiā debet uereri.

Appetitoriæ facultatis affectus, & opera.

Libido nos reddit similes belluis agrestibus.

uel petulanti apro, uel hirco, uel cuipiam agresti bel-
luæ, quæ mansuefieri non possit. Quocirca libido hæc
perduci ad obedientiam non potest, quemadmodum
illa poterat: castigari autem quodammodo potest, si

Libido qua rõne castigari queat

rebus potiri ac frui prohibeatur, quarum appetẽs est.
Nam si potiatur, crescit, maiorq́; ac vehementior fit.
Sin castigaĩ, tenuis atq; imbecilla redditur, ac sic imbe-
cillitate coacta, nõ vltro, ipsam rõnem sequitur, ueluti
quoddam mãcipium. Duplex itaq; in nobis est animi

Animi uis expers rõnis est duplex.

vis expers rõnis: vna, cuius & citò excãdescere, & ira-
sci est officiũ: altera, quæ ad id quod ipsi iucundũ, sua-
ueq́; visum sit, præceps ferĩ, ante q̃ vtile ne sit, atq; ho-
nestum: an noxiũ & turpe, cognorit. Hanc igiĩ, quę ve-
hementissima est, cohibere actutum oportet, prius q̃
vbi incrementũ acceperit, viribus inuictã, inexpugna-
bilemq́; se exhibeat. Tunc enim vel si volueris, nõ po-
teris illam cõpescere, sed dices, quod audiui olim quen-
dam amantẽ, velle te quidẽ desinere, at nõ posse. Quip-
pe vt nõnulla corporis vitia propter magnitudinẽ in-
sanabilia sunt: sic vis illa, cuius est temerè cõcupiscere,
plerũq; amore accendiĩ insanabili, nõ corporum mo-

Concupiscibilis facultatis immoderatio.

dò quæ sunt formosa, aut rerũ quæ pertineant ad ve-
nerem, sed etiã crapulæ & vinolentiæ, itemq́; obscœ-
nitatum quæ præter naturã patrantur. Quæ igitur de
ira & excandescentia vincenda dixi, eadẽ puta de aliis
affectibus me dixisse. Quæ oĩa tibi sæpius reuocãda in
memoriã sunt: q si non possis tam crebrò, at saltẽ ma-
tutinis horis semper, anteq̃ aliquid eorũ quæ acturus
es aggrediaris, & uespertinis, anteq̃ cubitum eas. Ego
siquidem consueui admonitiones has, primùm quidẽ
bis legere singulis diebus: post uerò etiam ore enũcia-
re. Neq; aũt sat esse putes ab ira una dũtaxat liberũ te
conseruare, nisi etiã ab omni edacitate, vinolẽtia, neq-
tia, curiositate, & inuidia, te purũ integrumq́; conser-
ues. Nam nec propter sitim decet, sorbentiũ instar, to-

tum calicem exhaurire: nec propter famem in conspe
ctu omniũ, insatiabiliter ipsum ventrem explere. Sed
danda opera est, ut oĩbus vnà cœnantibus, minus ob-
sonii assumamus, & à cibis gulam nimium irritãtibus,
abstineamus: moderatè interim viscentes iis, quæ salu
bria habenĩ. Progressu uerò temporis, ne respicere q-

Edẽdum esse sobrie, & salubriter.

dem te ad cõuiuantes uelim * (magnũ quippe non fue
rit, si in cibo & potu illis cõtinentior esse uidearis) ve-
rùm, si hoc honore te afficere decreuisti, cura sedulò,
ut continentius viuas hodie q̃ heri. Quod si feceris, sen

Continentius uiuẽdum esse hodie q̃ heri.

ties haud dubiè te ĩ dies, ab iis quæ dixi, multo minori
negotio abstinere: maximaq́; perfunderis lætitia, si qñ
verus modestiæ, tẽperãtięq́; amator extiteris. Sic enĩ

Gaudent q in ea re promouentur, cuius amore flagrãt.

gaudet, quicũq; in ea rè promouetur, cuius amore fla
grat. Hanc enim si ingrediamur viam, nõ satis esse pu
tabimus, si plus quàm dissoluti homines cõsequuti si-
mus modestiæ, probitatis, & cõtinentiæ, sed primùm
quidem eos qui hisce student virtutibus, superare co-
nabimur (est enim hæc concertatio atq; æmulatio pul

Concertario pulcherrima q̃ dicatur.

cherrima) post uerò, etiam nos ipsos: idq́; memores
semper pulcherrimorum dictorum, quorum vel hoc
in primis est unum. Delige optimum uitæ genus, quod
reddet consuetudo iucundum. Quemadmodum igi-

Consuetudine reddi iucũdũ, optimum uitę genus.

tur quum te aduersus iracundiam exercere iubebam,
tum argumento uti poteras, te aliquid profecisse, quòd
non amplius te excãdescentem cerneres: ita in iis quæ
ad modestiam pertinent, hoc indicio intelliges quantũ
profeceris, quòd nec cupiditate quidem suauissima-
rum rerum tangaris. Cæterùm ad modestiam vna est

Viam ad modestiã, eẽ unã, per cõtinẽtiã.

uia per continentiã. Hoc siquidẽ modestus superat con
tinentẽ, q ille ne cupit quidẽ amplius titillantes palatũ

Modestus qua in re continentem superet.

cibos. Laboriosa tñ ab initio via hæc est, & aspera, quẽ
admodũ cæteræ oẽs honestorum studiorum exercita-

Via quæ ad uirtutẽ ducit, est laboriosa.

tiones. Verùm si pro malitia cupis habere uirtutẽ, ac
pro uoluptatibus corporis, tranquillitatẽ animi: p con

tinentiam, ratione duce, ad modestiā contendas oportet. At verò & contentionis, & gloriæ, & principatus appetitio, animi planè est affectus, licet illis, iam dictis minor. De inuidia autem, quid attinet dicere, quū omnium sit vitiorum fœdissimum? Est enim inuidia, dolor ex alienis bonis conceptus. Sic itaq; id genus affectus omnes sunt dispungendi, vt ne radicem quidem eorum vllam in nostris animis relinquamus. Nam ex iis quæ sic relinquuntur, solet rursus aliquid pullulare, dum id ipsum à nequitia & prauitate irrigatur. Porrò natura in puerili ætate, ad vitam perficiendam in cunctis, plurimum potest: secundo autē loco studia, exercitationesq; disciplinarū. Cæterùm ipsa puerorum ingenia plurimum inter se differunt: quum alia magis, alia minus virtutes ipsas sectentur: omnia tamen sunt vel maximè ad affectus propēsa. Verùm educatio puerorum similis quodammodo est sedulitati qua in plantis alendis vtimur. Siquidem, vel si optimus sis plantarum sator & cultor, nunquā tamen efficies, vt rubus vuam producat: quòd natura illius talem à principio perfectionem capere nequeat. Rursus vites, quæ quod ad ipsas pertinet, fructum ferre paratæ sunt, si neglexeris, reliquerisq; soli naturæ curādas, aut multo deteriorem, aut planè nullum edere fructum animaduertes. Mihi autem ingenti quadam fœlicitate cōtigit, ut patrem ab omni iracundia alienum, iustissimum, frugalissimum, humanissimumq; haberem: at matrē usq; adeò iracundam, vt interdum etiam morderet ancillas, semperq; & vociferaretur, & cum patre contenderit, idq; longè quidem odiosius, quàm Xantippe illa cū Socrate. Inter omnia porrò admonebat me pater, vt à nulla secta cognomen sumerem: sed illas perpetuò artes ediscerem, per quas iustitiam, modestiā, animi magnitudinem, atq; prudentiā consequerer. Laudant autem (dicebat mihi) virtutes has cūcti, tametsi sibi ipsis sint

Inuidia est omnium uitiorū fœdissimum.

Inuidia est dolor ex alicuius bonis conceptus.

Natura in puerili ætate quātā uim habeat ad mores formandos.

Exercitia disciplinarū plurimū posse ad uirtutes adipiscendas.

Puerilia ingenia omnia eē ad affectus ꝓpensa.

Puerorū educationē esse similem culturę plantarum.

Galeni pr̄nas laudes longis tibiis decātat.

Galenus mater admodū erat contumeliosa.

sint conscii, nullam se harum habere: dantq; operā pro virili, vt aliis appareant fortes, modesti, iusti, & prudētes. Vt verè autem mœroris sint atq; tristitiæ exptes, vel si minimè tales esse videantur, id magno studio cōtendunt. Quare etiam huic à me rei, in primis studendum esse, cui omnes mortales student, pręq; omnibus aliis virtutibus, vnum hoc quærendum, suadebat. Quę documenta paterna in hanc vsq; diē retinens, nec ullius sectæ nomenclaturæ me addixi, neq; ob vllā fortunæ vicissitudinē fui perturbatus animo. Quippe assuefecit me pater, gloriam & honorem contemnere, atq; unam tantùm, eamq; nudam veritatem suspicere. Suadebat etiam ne ob ullam pecuniæ iacturā mœrore afficerer, quādiu quæ reliqua essent, ad curandū corpus sufficerent. Hunc enim primū finem illis quæ possiderentur, statuebat, non esurire, non algere, non sitim pati: quòd si cui plura suppeterent, quàm horum vsus postulat, iis sanè, ad eas res agendas, quæ honestæ essent, esse vtendum censebat. Nec me latet (aiebat ille) te fortunarum plus duplo quàm ipse habeā possidere, in nostraq; hac ciuitate nō mediocri honore esse præditum, vsq; adeò vt quænam mœroris tibi caussa futura sit, nullam videam, præter inexplebilem ac summā quandam cupiditatem. Comparabat autem insatiabilem illam habendi libidinem, voracitati vētriculi, qua plus quàm satis sit, ciborum ingeritur. Etenim cibo, vt dicebat, nulla alia causa egemus, nisi ut alamus corpus. Nutrit verò corpus, si bene concoctus fuerit: bene aūt coquetur, si modicus. Nam si immodicus fuerit, concoctionem non experietur: sed vsus ipsius corrumpetur. Siquidem aut deiectus per inferiora, profusionem alui excitabit: aut distributus per vniuersum corporis habitum, malum intra venas humorē gignet. Quæ igitur in corpore didicisti, ad animum licet transferas: cuius inexhausta cupiditas, plura ꝑpetuò expetit, q̄ ipse usus

Galeni cōstantia.

Diuitiarū primus finis qui sit.

Galeni opulētia.

Inexplebilē habendi libidinē comparari insatiabilitati uentriculi.

Cupiditatẽ esse unicam omnis mœroris atq; tristitiæ causam.

postulet, vnicaq; omnis mœroris atq; tristitiæ est caussa. Ea nanq; accensi nonnulli, qui præsentium rerũ inexplebiles sunt, nunquã concupiscere desinunt: sed si duplum quippiam habeant, triplum illico student acquirere. Triplum nacti, quadruplum appetere incipiunt. Qui quidem nunquã sibi proponunt eos, qui pauciora possident: sed illos tantùm, qui plura: quos etiam superare conantur. Quãquã certè multo satius est ciuem, in eo cæteris antecellere, ꝙ iis quæ nunc habeat, sit omnino cõtentus: id quod certè (dicebat pater) in tua manu est. Cõtra, diuitiis præstare, non virtutis, sed fortunæ munus existit: quæ plerũq; seruos atq; libertos facit longè ditiores nobis, qui & generosi, & nobiles appellamur.

Diuitiis præstare, non uirtutis, sed Fortunæ munus existit.

Galeni genus clarum.

Quòd si tu, quo in nostra republica reperiuntur pauci ditiores, quantum optas aliquãdo assequaris, hoc est vt plus vniuersis possideas ciuibus, ne sic quidé satis sis habiturus: sed illico circũspicies, nũ quis in alia ciuitate sit ditior: quem quidem si superaueris, tibi obsecundante fortuna, ad alias progredieris nationes, & iis quos apud illas opulentos offenderis, fieri opulẽtior contendes. Quare nunquã tu sanè omnibus ditior, sed propter immensas cupiditates, semper futurus es pauper. Quòd si ipso vsu rerum metieris id quod modulo tuo respondeat, iam te ipsum vnũ ex diuitibus numeraueris: aut saltem ex iis, qui eo quod opus est abũdãt: erisq; quatenus ad rationem pecuniarum spectat, beatus, quum earum caussa minimè futurus sis tristis. Si verò etiam illam, quæ ad honores appetẽdos pertinet insatiabilitatem, exploseris: hac quoq; parte iucũdè ac sine molestia vitam ipsam traduces. Sin autem tibi nõ satis fuerit honorari ab iis, qui tua consuetudine vtantur: sed uelis ab omnibus omnino qui sunt in ciuitate laudari, etiam ab illis scilicet, à quibus ignoraris prorsus: fortasse primũ quidem ab iis ipsis cognosci uoles: tum autem, ubi cognitus fueris, suspici. At illud quidé,

Velle cognosci ab oĩbus, unde proficiscatur.

Velle honorari ab omnibus ab stulta ambitione ꝓcedit.

velle cognosci ab omnibus, ab immensa quadam proficiscitur gloriæ cupiditate: hoc autẽ quod est velle honorari & suspici, ab inani planè, & stulta ambitione. Quocircà tibi necesse erit, vt nunc pecuniis quærendis inuigilanti, sic tunc ad gloriæ honorisq; studiũ cupidinem intendenti, ob illos qui quum plures sint, te neq; cognoscent, neq; honorabunt, maiori quàm nunc tristitia & dolore affici. Si igitur in his semper nos exercuerimus, iam exploratum habentes, insatiabilitatem vitium esse animi pessimum, fundamẽtumq; omnium cupiditatum, pecuniæ, gloriæ, honorum, principatus, & contentionis: haud dubiè citra omnem molestiam viuemus.

Insatiabilitas est fundamentum omniũ cupiditatum.

Qui enim sua sorte contentus fuerit, is omni mœrore ac tristitia carebit. Quis autem nolit omnẽ ætatem citra mœrorem transigere? aut quis non hoc omnibus præposuerit * mobilibus, imò uerò sceleratis diuitiis? Ille igitur hæc & alia multa mihi & aliis quàm verissimè pronunciabat. Turpe siquidem est libertatẽ eam, quæ humanis legibus accepta refertur, maximi facere, eam autem quæ & verè, & natura ipsa est libertas, non omni studio venari, sed inhonestis, impuris, atq; tyrannicis dominis inseruire, lucris videlicet, minutissimisq; quibusq; pecuniariis rationibus, ac principatus, gloriæ, honorisq; ambitiosis cupiditatib⁹. Quorum sanè omnium matrem ego haud dubitauerim dicere, inexplebilem habendi libidinem. Quis igitur talem in animo pestem habens, possit vnq̃ aut honestus, aut probus euadere? aut cur non mille sit mortibus dignus, qui non toto animo talem turpitudinem oderit?

Contentus sua sorte qui fuerit, is omni carebit tristitia.

Porrò autem hanc ipsam multò magis, & odisse & fugere debent adolescentes, qui se saluos esse velint. Nam si fortè initio assueuerunt pecuniam insatiabiliter cupere, fieri iam certè non poterit, vt quum ad annum peruenerint quadragesimum, seipsos recuperent. Cæterùm tametsi difficile atq; arduum vi-

Adolescẽtes si forte initio assueuerint pecuniam insatiabiliter cupere, fieri nõ posse, ut quum ad annũ puenerint quadragesimũ, se ipsos recuperent.

deatur, adolescentes ipsos in principio sese liberare ab affectibus: progressu tamen temporis omnia faciliora reddentur. Quo enim maius rationalis nostri animi pars in huiuscemodi exercitationibus ac studiis incrementum acceperit, eo perfectiorem obedietiam habebit. Nam quum ea quæ maxima sunt, ratio nondum exercitata peruicerit, minimè dubiũ est, quin ubi duplicem excellentiam indepta, spatio temporis, fuerit, sit multo facilius superatura. Quippe ex eo ꝙ iam sese exercuerit, euaserit multo generosior quàm antea: proindeq; sic abundè sufficiet exterminandis affectibus, iam etiam imbecillioribus redditis.

Rationem per experientiã in dies, reddi generosiorem.

GALENI PERGAMENI DE CONSVETUDINE. Liber vnus.

QVOD CONSVETVDINIS ratio ad inuentionem eorum quæ sanitati conducunt, magnam sibi vendicarit facultatem, non modò Hippocrates, sed Erasistratus etiam professus est: quã quidem negligentes medici, interdum ægros q̃ miserrimè iugularunt: ut in Ario Peripatetico factitatum fuisse videtur. Qui quum gracilis natura esset, & os ventriculi frigidissimum sortiretur, ita vt vel ex leuissima refrigeratiõe singultu statim corriperetur, ob idq; nunquã fuisset ausus aquam gustare, tandem febri occupatus, à medicisq; præter consuetudinem coactus potu frigidæ vti, subitò fuit quidem exanimatus. Aliis uerò cõtrà, nisi audacter potus is propinetur, periculum sanè est, ne extinguantur celerrimè. Sunt enim quibusdam aliqua peculiaria ex propria natura, aliudq; alimentum alii corpori accom-

Arius Peripateticus fuit inscitia medicorum extinctus.

modatur. Ob idq; animalia ipsa absq; vlla disciplina, sed tracta à natura, ad ea pabula accedunt, quæ sibi magis sunt familiaria: iumẽta nimirũ ad herbas, fœnum, paleas, & hordeum: ad carnes verò, tum leones, tũ lupi. Vt autem non parua in animantibus iuxta varia genera propriorum alimentorum reperitur differentia: sic in eodẽ etiam genere multa intersunt atq; magna discrimina. Nam multa sunt quæ uinum (exempli gratia) ne gustare quidem possint: quod tamẽ ab aliis plurimum sine vlla modestia bibitur: ac de cæteris quidẽ pari iudicio. Solent quippe hoĩes alia aliis auidius mandere, pro suæ naturæ ratione, quòd videlicet talia ipsis faciliora concoctu uideantur. Contra verò quæ gustui sunt ingrata fugere, & fastidire: tanquã ea quæ ab ipsis concoqui nequeant. Est igitur hic consuetudo ipsa signum naturalis cuiusdam proprietatis. Sed ꝙ ea nonnunquã sit etiam illius causa, hinc liquidò cõstat, ꝙ aliquibus rerum quarũdam vsus inter initia ingratus & noxius quum sit, ubi paulatim assueuerint, iam ea illis neq; amplius ingrata, neq; noxia redduntur. Nam vt vnumquodq; eorum quæ vel comeduntur, vel bibuntur, alteratur secũdum qualitatem: ita & ipsum quoq;, id à quo alteratur, quoquo modo afficit. Quòd autem similitudo quædam sit inter ea quæ alunt, & illa quæ aluntur, tum semina, tum plantæ, euidenti argumẽto esse possunt: quæ ita sæpissimè alterantur & transmutantur, vt quæ in vno loco soleant esse exitiosa, ad aliũ translata, maximè conferentia reddantur. Iam uerò, vt corpus cibo & potu immutatur, sic etiã iis quæ extrinsecus occurrunt nobis, quæq; non minus consuetudini inseruiunt. Primùm igitur à refrigerantibus rebus cutis ipsa colligit: dein cæteræ partes quæ illi proximæ sunt, donec ad profundiores alteratio ipsa perueniat: idq; primò & per se. Nam per accidens, calor in alto collectus corpore, cute densata præ frigore, incre-

Animalia naturaliter ad ea pabula accedere, quę illis magis sunt familiaria.

Cõsuetudo est signũ naturalis cuiusdam proprietatis: atq; etiam interdũ caussa.

Nutrimentũ ut alteratur, sic ẽt quoquo modo alterat id quod nutritur.

Similitudinẽ esse inter ea q̃ alunt, & illa q̃ aluntur.

Calor internus ex accidēti cre ſcit, cute refrigerata.

ſcit. At verò ſicut cauſſa refrigerans eiuſmodi alterationes inuehit, ſic calefaciens, iſtis cōtrarias. Cæterùm ab una & eadem cauſſa ſæpe contraria fiunt. Sol ſiquidem inter initia, dum nos calfacit, fundit humores, cutem lenit, carnemq́; reddit molliorem. Si quis tamen æſtiuo tempore pluribus diebus nudus ſub eo ſit diuerſatus, illi tum cutis, tum caro, dura aridaq́; reddetur: id quod non eſt caloris ſolius, ſed ſiccitatis etiā illi annexæ opus. Porrò balnea dulciū aquarum calefaciunt nos & humectant, ꝙ calori habeant humorem coniunctum. Quare neceſſum eſt nos nouiſſe aliam quidē eſſe rationem caloris humidi, aliā verò ſicci. Cæterùm corpus rarum & molle facilè ab extrinſecis iniuriis afficitur: durum autem, multo facilius eas tolerat, ægerrimeq́; ab illis labefactatur: ad quam etiam patiendi facilitatem & dyſpathiam, conſuetudo non exiguā vim obtinet. Quod verò ad exercitia pertinet, exercitatæ particulæ fortiores pariter & ſolidiores redduntur, ac proinde motiones ſuas obire ac ferre q̄ cæteræ longè facilius poſſunt, quæ, ꝙ exercitio caruerit, molles atq; languidæ exiſtunt. Eodem etiam animi exercitationes ſpectant, quibus exerceri ſolemus: primum quidē grāmaticis rudimētis, dum ſumus pueri: mox rhetoricis, geometricis, arithmeticis, logicisq́; theorematis. Quū enim facultates illæ, quæ ad animi principem vim ſpectant, ad omnes artes perneceſſariæ ſint, quarum altera quidem cognoſcimus quid conſequens, quid'ue repugnans eſt: altera verò memores ſumus: à prima ſanè id habemus, vt ſapientiores ſimus: à ſecunda autem vt magis memores. Eam tamen naturam hæ facultates habent, vt exercitationē vires indipiſcantur & creſcant: otio autem langueſcant, ac minuantur: id quod diſertisſimè explicuit Plato in Timæo, ſequutus Hippocratem, qui vſum robur addere, otium verò diſſoluere pronunciauit. Verùm ipſis exercitationibus, ſi-

Contraria per ſæpe oriri, ab una eademq; cauſſa.

Balnea dulcia calfaciunt nos & humectant.

Corpus rarū. Corpus durū.

Cōſuetudo ad dyſpathiam, haud exiguā uim obtinet.

Exercitatas particulas reddi fortiores & ſolidiores.

Exercitatio in artium liberalium ſtudiis.

Intellectus. Memoria.

Animæ facultates exercitatione uires indipiſcuntur, & creſcunt: otio langueſcūt, & minuuntur.

Exercitia debere eſſe modica.

tuti & cibo, & potui, vigiliisq́; & veneri, menſura congrua adhibēda eſt, quæ rem ipſam neq; vltra q̄ par ſit, protrahat, neq; etiam de illa adimat. Quia exceſſus diſſoluunt vires: defectus verò tantum de vtilitate detrahunt, quantum ipſi à recta menſura deficiunt. Facultates itaq; noſtræ, robur ſibi cōparant, ſi moderatis congruentibusq́; exercitiis foueantur. Atq; hæ quidē ſunt cōſuetudinum differentiæ, à vi materierum in quibus illæ conſiſtunt, & à quibus fiunt, deſumptæ. At vacuationes non debentur corporibus ob conſuetudinē aliquam, quēadmodum Eraſiſtratus exiſtimauit: ſed ob cauſſam quæ illas poſtulat. Sunt ſiquidem qui ex malo victu, ſunt qui ex praua corporis affectiōe ſanguinem plurimum, aut vitioſos humores aggregent: quos plurimum iuuare ſolet, quum aut à natura, aut à medico, quod redundat, anteq̄ in morbum labantur, detrahitur: quo remedio toties vtuntur, quoties aut morbum præſentem vident, aut eum aduentare præſentiunt: adeò vt talis medendi ratio in conſuetudinem illis eſſe verſa videatur.

Exceſſus diſſoluunt uires.

Vacuationes fieri ob cauſſas, quæ illas poſtulant.

GALENI PERGAMENI DE SANITATE tuenda, Liber Primus.

Medicinæ primæ ac maximæ ptes, ſunt duę. Medicinę partiū officia contraria.

QVVM VNA SIT ARS, quę circa humanum corpus uerſatur, eius primæ ac maximæ partes ſunt duæ: quarum altera ſanitatis tuendæ, altera morbi profligandi facultas eſt. Ac ſunt quidē officia earum cōtraria. Illi quippe tueri: huic immutare ſtatū corporis eſt propoſitum. Quoniam aūt & dignitate & tempore ſanitas morbum præcedit, vtiq; & nos, quemadmodum hæc

Sanitas morbo, dignitate & tempore, eſt prior.

seruãda sit, prius tractare cõueniet: post aũt, quo pacto cõmodissimè sit abigẽdus morbus. Vtriusq; facultatis inueniendæ, cõis ratio est, vt quidnã ea corporis affectio sit, quæ sanitas dicitur, liquidò constet: qñquidem nec præsentem seruare, nec amissam restituere, si eam penitus ignores, licet. At similariũ partium sanitas, calidi, frigidi, humidi, & sicci symmetria est. Instrumentalium verò, ex similarium ipsarum compositione, numero, magnitudine, & figura constat. Quare quisquis hæc commodè tueri possit, is optimus sanitatis custos fuerit. Tuebitur hæc, qui modos omnes quibus vitiantur, compertos prius habuerit. Sanè quæ corpus nostrum lædunt corrumpuntq;, ea sunt genere duplicia: altera nobiscum congenita, & quæ euitare nequeas, quæq; ex ipsis generationis principiis oriũtur: altera, quæ & declinare possis, & orta à nobis non sunt, sed aliunde perueniunt: quæ tamen non minus q̃ illa corpus nostrum conficiunt. Etenim sanguis, semenq; genitale, generationis nostræ primordia sunt: ille, ceu materies quædam aptam: hoc opificis rationem obtinẽs. Constat horum vtrũq; ex iisdẽ genere elementis, nempe calido, frigido, humido, & sicco. Cæterùm in semine plus est igneæ substãtiæ, & aereæ: in sanguĩe aqueæ, terreæq;: quanq̃ præpollet in hoc quoq; calidum frigido, & humidum sicco. Semẽ itaq; sanguine siccius est, & si sit ipsum quoq; humidum atq; fluxile. Quare nobis vtrinq; ex humida substantia genituræ origo proficiscitur. Hanc autem siccari oportuit, ad generationẽ siccarum particularum, elemẽto nempe facultate siccandi prædito, confluente illuc liberalius. Siccat autẽ tum ignis, tum terra. Ex illo tamen ad vtrũq; principium maior confluxit copia: vt scilicet tũ siccaret abũdẽ, tum calore suo ad motiones agilitatem præstaret. Ab hoc siquidem primùm cogitur neq; concrescit fœtus. Mox siccior redditus, veluti lineamenta quædam

Sanitas similarium partium quid sit.

Sanitas partiũ instrumẽtaliũ, in quibus consistat.

Lædentia, corrũpentiaq; corpus, genere duplicia existere.

Primordia nostræ gñationis esse sanguinẽ, & genitale semen: illũ tanq̃ materiam: hoc opificis rõne obtinens.

Semen esse ipso sanguĩe siccius.

Siccantia elemẽta sũt ignis & terra.

Ignis maiorẽ copiam cõfluxisse ad utrũq; nostræ gñationis principium.

204 124

cuiusq; membri obtinet. Vlterius verò siccescens, exactam vniuscuiusq; speciem ostendit, ac tandem in lucẽ editus, magnitudine augetur, siccior'q; & valẽtior usq; ad summum incrementũ efficitur. Quo tempore vniuersa membra, non solùm robusta & integra sunt: sed vires suas etiam summas sortiuntur. In eo verò quod sequitur tempore, omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solùm cuiusq; officiũ minus probè administratur: sed etiã corpus ipsum macilentius, gracilius, atq; rugosius redditur, artus'q; omnes inualidi, atq; ad motus suos pigri & inconstantes cernunt. Quæ affectio appellatur senium, ipsi marcori plantarum, prouenienti ob siccitatis excessum, quadam proportione respõdens. Vna igitur hæc est omni genito corpori corruptelæ, interitus'q; connata necessitas. Altera autem, quæ præcipuè in ipsis animalibus cernitur, totius substantiæ fluor, quem insitus calor excitat. Hec itaq; incommoda, nullum quod genitum sit corpus effugere potest. Reliqua quæ hæc sequunt, & quæ ad victus rationem pertinent, prouidentia consilio'q; certè potest. Neq; enim his aliunde origo est, q̃ ex ipsis iã dictis incõmodis corrigendis atq; sarciendis. Nam quum tota moles animalium in perpetuo fluore sit, ni similis altera substantia pro ea quæ defluxit, restituta fuerit, euaporabitur certè, discipabitur'q; vniuersa. Iccirco natura, non modo aĩalibus, sed stirpibus etiam, insitas quasdam vires deficientis ac desyderati semper appetentes, statim ab initio indidit. Cibo igitur quicqd siccioris substantiæ effluxit, restituimus: potione quicqd humidioris. Ita verò & aereæ, igneæq; substantiæ modum, respiratu, arteriarum'q; pulsu tuemur. Necesse autem est, ex his omnibus colligi excrementorum prouentum, quum nimirum iis quæ effluxerunt, prorsus similia non sint: sed uarias mutationes alterationesq; prius q̃ assimilentur, postulẽt. Quum igitur esse, bibe-

Senii accurata descriptio.

Corruptelę interitusq; duplicẽ inesse nobis necessitatem.

siccitate et fluore 198.

Animaliũ corpora in perpetuo fluore uersari.

Animantibus uniuersis eẽ insitas quasdam uires deficiẽtis ac desyderati appetentes.

req;,necessaria animantibus sint, has autem res generatio excrementorum sequatur, Natura nō solùm eis excernendis instituit organa, verū etiam organis ipsis facultates inseruit,quibus incitata,quædam ad se trahunt,quædam aliis transmittunt,quædam omnino explodunt ipsa excrementa.

Excrementis pellēdis uaria organa diuersis facultatib' prædita instituisse naturā.

Porrò hæc, quo semp mundum corpus ipsum seruetur, nec obstrui aliquatenus, nec ad proprias functiōes imbecilla esse oportet. Atq; ita geminum iam scopum salubris victus sermo noster exposuit:alterum eius quod exhaustū est reficiendi: alterum excrementa expellendi.

Salubris uict' geminus scopus.

Nam tertius, qui huc spectat,ne animal præpropere senescat,duos iam dictos necessariò comitatur.Ex se itaq; duplici rōne consumitur corpus:& q̃ vel ętatis cursu,vel assiduo fluore ad interitum tendat:& q̃ etiam excrementorū copia obruatur.

Corpus ex se duplici ratiōe consumi.

Eorum verò quæ extrinsecus incidunt, vnum certè est,quod ab eo separari non potest,sed perpetuò illi veluti cognatum adhæret,aer ipse ambiens. Alia nec necessariò,& incertis temporibus nobis accedunt.Aer igitur circūfusus nos lędit,calidos immodicè,vel frigidos,vel humidos,vel siccos efficiens.Hæc, q̃ contundant,diuellant, vulnerent, articulumq; aliquem sua sede dimoueāt.

Aerem ambiētem esse ueluti cognatū corpori.

Est autem sanitas, haud quidem absolutè ipsorum elementorum, sed dūtaxat partium similarium temperamentū commoderatū.Quēadmodum & instrumentalium sanitas,in figura,numero,magnitudine, & cōpositione similarium consistit. Porrò habitum sanitatis discernimus,ex functionibus secūdum naturam obitis,in ipsaq; latitudine sanitatis, sanitas quædam optima,consummataq; existit: quædam veluti recedēs ab hac,nec ita planè absoluta,quæ & ipsa suam etiam nec paruam latitudinē habet. Nam quum sanitas symmetria quædam existat, symmetria autem omnis,duplici ratione dicatur,aut enim velut summa & perfecta,aut tanquā à perfectione hac deficiens paululum, vtiq; & sanitatis symmetria similiter duplex erit: hæc quidem absoluta & optima:illa paulò recedens ab hac, non tamen eatenus,vt animali sit grauis.

Sanitas similarium corporū quid.

Sanitas instrumentorum in q́bus cōsistat.

Sanitatis habitus discernitur ex functionibus secundum naturā obitis.

Sanitati īesse latitudinē amplam.

Sanitas ē symmetria.

Symmetriam omnem duplici dici ratione.

Quemadmodum igitur corpus aliud magis, aliud minus album cernitur:ita quod sanum dicimus, magis minusq; tale esse mihi videtur: id quod ex mutatione ætatum atq; actionum diuersitate licet planè colligere. Siquidem quum ipsæ actiones quæ debitæ respondent temperaturæ, corporisq; constitutioni (quæ sanitas est)sint variæ:necessarium profectò est, vt temperaturas atq; constitutiones hominum, sic sanitates etiam,varias & diuersas existere,secundū maioris minorisq; rationem. Non itaq; absoluta illa tantùm, quæ insectilis est,simul est & dicitur sanitas, sed etiam quæ ab hac deficit, & in qua nec doloribus cruciamur,nec vitæ actionibus impedimur.

Sanitates hominum esse diuersas.

Sed nec functionum imbecillitas, morbi statim est nota,nisi adiiciatur, quæ præter naturam cuiusq; sit. Nam vt sanitas est naturalis affectio actionem perficiens: sic morbus affectio præter naturam,impediens actionem. Quare non omnis affectus secundū naturam,continuo etiam sanitas erit. Siquidem Aegyptiorum nigritia,licet naturalis affectus sit,non tamen dicitur sanitas,quum ea minimè in colore consistat. Neq; si præter naturam aliquis affectus se habeat, protinus morbus est:alioquin morbus esset nigredo ex insolatu contracta.

Imbecillitas functionū, nisi præter naturā sit,non est indicium morbi.

Sanitas quid.

Morbus est affectus præter naturā,impediens actionem.

Permagnam itaq; haberi sanitatis latitudinem constat, nec eam in nobis omnibus æqualiter prorsus inesse. Iudicabimus autem ipsam eucrasiam & dyscrassiam,in quibus sanitas & morbus consistunt,vnius sensus opera. Is siquidem ad omnia vitæ munia vbiq; nobis est iudex. Quare actionis vitium,non ante pronunciabimus morbum:q̃ ad sensibilē peruenerit magnitudinē. Porrò actiones ipsæ,constōnes corporis necessariò sequunť,eā quæ proba est,iculpatæ,probæq;:quę

Sensu iudicandā esse eucrasiam & dyscrasiam.

Actiōes sequūtur constitutiones corporū.

contra est, culpabiles ac uitiosæ. Ac proinde nihil refert in præsentiarum si quis in genere functionũ, aut constitutionum, sanitatem & morbũ collocet: modo intelligat, in naturali constitutione corporis, illa maximè seruanda esse, quorũ beneficio obeuntur functiones: & q̃ similarium quidem partium eucrasia, instrumentalium autẽ forma, positura, numerus, & magnitudo, causæ existunt functionum: quodq; hæc omnia spectentur in latitudine quadam. At verò diuersitatem eucrasiæ in corporibus sanis, ex ætatibus adamussim cognosces, quum nimirũ ad omnes voluntarias actiones adolescentium ætas q̃ aptissima sit, ineptior autem infantium & senum, propterea, q̃ humor in illis, in his siccitas frigiditasq; nimis abũdet. Quanq̃ certè in functionibus naturalibus, infantium ætas cæteris omnibus antecellit. Necq; tamen eo secius omnibus per omnes ætates licet esse sanis. Et quẽadmodum in ætatibus sese habet, ita etiam in naturis eorũ immensam esse differentiam temperamentorum inuenies. Quibuscunq; igitur corporibus multo supra iustum calidis, frigidis, humidis, aut siccis esse contigit, iis planè optima temperies non est. In quibus autem ab eo quod absolutissimè temperatum est, diuersitas quædam intelligitur, minor tamen, q̃ quæ sensu discerni possit, hæc certè pro absolutissimis accipimus, ita vt sanitatis, quã in latitudine contemplamur, hæc quidem medii temperamenti sit, nec ulli uitio obnoxia, quod saltẽ sensu percipiatur: hæc ceu intemperata, vitioq; exposita. Quocirca illi quam inculpatam diximus, exacta, absolutaq; debetur custodia: alteri quæ vitio non caret, haud ita exacta. Quippe intemperies quæ intra sanitatis consistunt terminos, ita corrigere oportet, vt per cõtraria reducantur ad moderatius temperamentũ. Sicuti igitur nec nimis gracile corpus probamus, nec quod ualde est obesum: ita nec temperamenta eorum, à quibus

Functionũ causæ quę existãt.

Adolescentes esse q̃ aptissimos ad oẽs uoluntarias actiones.

Infantiũ ætas habet naturales functiones uehemẽtiores multo, q̃ reliquæ ætates.

Sanitas est duplex: una tẽperatissima: altera ueluti uitio exposita.

Sanitas inculpabilis conseruanda est: quæ uitio nõ caret, reducẽda per cõtraria est ad moderatius tẽperamentum.

videlicet habitudines id genus oriuntur, planè laudabimus, tametsi vtrũq; maximè sanũ esse conspicimus. Sed quæ in medio horum habitudinis sunt, Eusarcoi Græcis dictæ, sicuti ipsæ debitam partium conuenientiam, speciemq; inculpatam habent: ita id totum conuenientis laudabilisq; temperamenti beneficio acceptum ferunt. Cæterùm ne tales quidem corporũ habitus absoluta exactaq; temperie dixeris temperatos, quòd nunquã eodem in statu permaneant: licet secundum sensum, & quatenus ad vsum sit satis, non inculpabiles modo, sed etiam optimos eos esse censueris. Est autem optima corporis constitutio, si substantiam eius spectes, & quæ optimo temperamento sit, & quæ figuram partium, omnemq; tum numerum, tum magnitudinem, tum omnium earum inter se contexturam, ad functiones egregiè comparatam habet. Si verò indicia notasq; respicias, cuius corpus carnis mediocritatem præfert, atq; secũdum singulas partes, in medio excessuum omnium libratur, pulcherrimũ simul & commoderatum existens. Huius ergo sortis hõmo, si statim vbi editus est in lucem, arti sanitatis tuendæ educandus tradatur, erit vtiq; fortunatissimus. Sic nanq; ad animi quoq; affectus nõnihil lucrifaciet, ipsa nimirum recta victus ratiõe mores quoq; probos reddente. Ergo recens is natus infantulus, cuius corporis constitutio omni nota vacat, primùm quidem fasciis deligetur, sed corpori prius toti sale modicè insperso, quo cutis eius densior solidiorq; iis quæ intus sunt partibus, reddatur: vt resistat facilè iniuriis extrinsecis. Vbi verò inuolutus iam fuerit, lacte pro alimento vtatur, & balneis salubrium aquarum. Vniuersam nãq; victus rationem, humidam sibi adhiberi postulat, ut qui cæteris ætatibus tẽperamẽto sit humidiori. Id quod sentiens Hippocrates, ait humidam omnem victus rationem febricitantibus esse vtilem, præcipuè verò

Eusarcoi.

Optima corporis constitutio quæ dicatur.

Mores reddi probos, a recta uictus rõne.

Infantuli educandi ratio.

Infãtulo, prius q̃ inuoluatur, salẽ esse ĩspergendum.

Lac.

Balnea.

Humida uictus ratio qbus cõueniat.

puellis, & iis qui tali refici victu sunt assueti. Vbi à morbo quidem, contrarii adhibendi indicationem accipit: ab ætate & consuetudine, similium. Quæ enim corpora secundum naturam se habent, iis custodiri suum habitum decet: quæ aliquo morbo premuntur, iis contra, alterari & ad contrarium trahi habitum expedit. Ac seruatur quidem similibus vnumquodque, alteratur contrariis. Si itaque nulla præter naturam humiditas subsit, pro naturæ ratione alendi, ac dulcium aquarum balneis humectandi sunt puelli. Nam sulphureæ, bituminosæ, aluminosæq; aquæ, planè omnes siccant. Quum igitur sanguine in vtero ali nos constet, ex sanguine autem exiguam in mamillis mutationem perpesso gignatur lac, erit vtique lac maternum non modo alimentum consuetum, sed etiam maximè proprium cunctis infantibus, ac præcipuè optimè temperato, quippe cuius maternum non corpus modo tum, sed etiam lac, à vitio esse alienum non sit absimile. Tribus autem remediis nutrices ipso vsu edoctæ mulcere solent infantes, dum aut offenduntur, aut plorant. Nempe ipsa papilla ori indita: motu mediocri: necnon vocis modulatione. Quibus non solùm eos mitigant, sed etiam somnum conciliant: vel hoc ipso testificante natura, ad musicem eos & exercitia suopte esse ingenio propensos. Adeò quisquis his artibus probe vti sciet, is corpus & animam optimè instituet. Nutricibus porrò triplex infantibus excogitata dimotio est: in cunis, in pendentibus lectulis, in suis ipsarum vlnis: totidemq; in vniuersum notantur etiam prima exercitationum genera. Quippe aut à nobis ipsis mouemur, aut ab aliis, aut medicamento. Horum tamē tertia species, ad sanos nequaquàm pertinet. Sed qui ab altero præstatur motus, nauigando, equitando, uehendo, atque in cunis, lectulis, & vlnis obitur. Recens tamē nati puelli, tam valentem

Corpora secūdum naturā se habentia, seruanda esse: alteranda, q̄ aliquo morbo p̄muntur.

Similibus singula conseruari.

Alteratio fit p contraria.

Aquæ siccātes quæ.

Sanguine i utero alimur.

Lac fit ex sanguine.

Lac familiare alimentū ifantulo.

Infantes mulcendi ratio triplex.

Infantes natura propēsos esse ad musicē, atque exercitia.

Infantibus motionem triplicem excogitarunt nutrices.

Exercitiorum prima genera tria.

motum, q̄ est qui vehiculis, nauigiis, equis'ue præstatur, adhuc non desyderant. At qui iam tertiū aut quartum annū agunt, his vehiculo, nauigioq; modicè agitari licet. Septennes verò, iam equitare assuescunt. Ac per se tum primum pueris moueri licet, quū iam repere cœperunt, magisq; etiam quum ingredi. Immaturè autem cogendi omnino non sunt, ne pondere crura eorum vitientur. Sanè vel hac ætate facilè declaratur, quanta sit naturæ nostræ cum exercitiis societas: quum pueros, nec si cōcluseris loco aliquo, prohibeas quo minus discurrant, ac pullorum, uitulorumq; modo lasciuiant. Quippe sua cuique animanti natura satis est ad proprias conuenientesq; excitandas appetitiones, quibus sanitatem tueatur. Iam verò, qui optimo corporis habitu præditi sunt infantes, his animi quoque mores citra vitium esse par est. Qui enim sunt ad iram magis procliues, aut animo planè demisso * aut intelligentes magis, aut stupidi, aut appetentes ultra modū, hos parum idoneo tēperamento esse iis partibus, quibus prædictorū singula administrant, necesse est. Infantis aūt quem absolutum inculpatūq; proponimus, vt nullum ex animi moribus corrigere, sic eosdē seruare ne quo uitient, oportet. Seruatur verò quidque iisdē planè generibus quibus corrumpitur. Corrumpunt animi mores praua cōsuetudine cuiusque horū, cibi, potionis, exercitationis, videndi, audiēdi, totius denique musices. Quare peritū horum omnium esse eum medicū oportet, qui sanitatis tuendæ curam suscipiet. Etenim iracūdia, fletus, ira, cura immodica, & multæ super his vigiliæ, febres accendunt, ac grauissimis ęgritudinib' initia præbēt: ueluti è diuerso, cogitationis mētisq; segnitiæ, ac animus oīno deses, decoloratos, atque ex atrophia graciles ob naturalis caloris ībecillitatē reddunt. Hunc enim calorē, præter cætera intra sanitatis fines custodire oportet. Custodit autē quū corporis, tū ani-

Puelli cur non sint immature cogēdi ad motum.

Naturæ nostræ cum exercitiis habet magna necessitudo.

Puelli optimo præditi corporis habitu, animi quoque mores inculpatos sortiuntur.

Seruari quidque iisdem generibus, a quibus corrumpitur.

Mores animi quæ corrūpere soleant.

Caloris naturalis custodiendi ratio.

mi exercitiis modicis. Siquidem qui motus nimis modum excesserint, biliosum animãs reddũt: si intra modum nimis subsistunt, frigidũ & pituitosum efficiunt. Quinetiam priorem habitudinem febres, & qui calidiores affectus sunt: posteriorem iecinoris & uiscerum obstructiones, comitiales morbi, apoplexiæ, in summa destillationum fluxionumq; morbi plerũq; excipiunt. Et nos ægros quotannis nõ paucos persanauimus, solis animi motibus ad debitum modũ reuocatis. Itaq; infantes qui optimum sortiti sunt temperamentũ, nõ leui cura egent, ne quos animi motus immodicos incurrant. Quippe loquelæ adhuc expertes, ploratu, clamore, iracundia, & inordinato sui motu, dolorem indicant. Nostrum igitur officium est, coniectantes quid optent, assiduè id suppeditare, prius q̃ auctus dolor, nimium atq; inordinatum motum vnà cum corpore, etiam animum rapiat. Siquidem dẽtientes, aut ab externo quopiam offensi, aut aluum exonerare, aut meiere, aut esse, bibere'ue cupientes, aut multitudinẽ stratorum, vinculaq; arctiora non tolerantes, aut deniq; diuturnam quietem pertæsi, perinde ac discruciati plorant, enormiterq; mouentur. Nullũ enim animal vllo immodico delectatur: sed semper medium modũ expetit. At medius ipse modus nõ vnus omnibus est, sed ex eorũ semper est numero, quæ in collatiõe ad aliud spectantur. Eum igitur qui curam infantis educandi suscipiet, acrem mediocritatis, cõuenientisq; coniectorem esse oportet. Hæc autem omnia, vsq; in tertium à natali annum circa puerum peragenda censeo: in primisq; de nutrice ipsa non minimam habendã esse curam, quid edat, quid bibat, quo pacto in somno, venere, et exercitatiõe se habeat, vt videlicet lac eius egregiè sit temperatum, qualè certè erit, si sanguis eius q; optimus sit. Sanguis porrò fit optimus, à modica exercitatione, & cibis tum boni succi, tum iusto tempore, modoq;

Motus uehementes quorũ malorum existant caussa.

Motus admodũ languidus, quid efficiat.

Infantes ne incidant, in uehementes animi motus, curandum.

Infantes qbus de causis plorent.

Immodico nullũ animal delectatur.

Mediũ semper expeti: cõsistereq; ĩ relatione ad aliud.

Nutricis uict⁹ rõni q̃ diligẽtissime consulendum esse.

Sanguis optimus a quibus gignatur.

modoq; assumptis: præterea potione tempestiua, modicéq; assumpta. A venere omnino abstinẽdam esse, quæcũq; lac præbebit, moneo. Nam & menses viri cõsuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat. Quin etiã aliquæ concipiunt in vtero, quo alienius à puello adhuc lactente nihil est: quum quicqd sanguinis optimum est, absumatur in fœtum. Quare vbi mater concepit, vel aliquo morbo est affecta, alia nutrix est inuenienda. Cuius lac gustu, odoratu, visuq; explorandum est diligenter. Siquidem quod optimum est, id gustanti, olfacientiq; planè suaue, intuenti candidum, æquabile, ac mediũ liquidi crassiq; apparebit. Quod vitiosum est, è diuerso aut crassum, & caseosum: aut liquidum & serosum, ac liuidum: tum consistentia ipsa, coloreq; inæquabile nobis videbitur. Idẽ gustantibus amarorem, aut salsedinem, aut qualitatem quãpiam extraneam exhibebit. Tale verò nec olfacienti suaue erit: atq; lactis probi improbiq; hæc sunt indicia. Puellum autem ipsum, primò quidẽ, solo lacte nutrire: at vbi primores dentes emiserit, eum solidiori quodãmodo iam cibo assuefacere conuenit. Corpus autẽ infantis confricare oportet oleo dulci, idq; postea quàm vniuersum lac accuratè concoctum fuerit: alioqui alimẽto crudo vniuersum corpus replebitur. Quare post longissimum somnum fricandi occasio captanda est. Maiorum tamen puerorum, qui parere plagis & minis norunt, iis duplex tum fricandi, tum lauandi temporis occasio est. Prior ac commodior, quum à matutino somno surrexerint, deinde luserint, ac iam cibum petant. Quòd si qua occupatione, qui puellum alit, auocetur, modico pane præbito, ludere permittat quantũ velit. Dein quum rursus cibum petierit, tum fricet, lauetq;. Minimè tamen bibere ei permittendum post cibum est, quem balneum excipit: quando ita præcipitatior eorum quæ vẽtriculus cõtinet, distributio in cor-

Venere interdicendũ nutricibus, q̃ ab ea citentur menses, & lac odoris gratiã amittat.

Nutricẽ grauidam esse ineptam lactãdo infantulo.

Lactis optimi notæ.

Lactis uitiosi notæ.

Infantulũ primo quidẽ solo lacte nutriẽdũ esse: postea uero assuefaciendum solidioribus cibis.

Infãtis corpus fricandũ oleo dulci esse, idq; post longissimum somnũ.

Pueris maioribus duplex fricandi & lauandi tempus.

Puero post cibum quẽ balneũ exceperit cur statim non sit bibendum.

pus fiet, id quod in corporibus prorsus sanis cauedum est. Præstiterit autē semper, vt in nobis proposito puello, balneū cibus sequatur. Nam quibus vtilius est ante balneum cibum dedisse, horum planè improbādæ habitudines sunt. Cæterùm nec Germanis nec hominibus id genus aliis agrestibus, hęc documēta prodimus, non magis quàm apris & vrsis, sed Græcis, & iis qui eorum emulantur studia. Nam quis obsecro nostrum tulerit, modò editum in lucem infantulum, atq; ab vtero calentem, ad flumen deferri, ibiq; (sicuti fieri apud Germanos aiunt)ceu candens ferrum, in frigidum humorem submergi, vt & roboretur corpus, & periculum de vigore illius sumatur? Præstat itaq;, nec adeò densare cutem, vt corporis transpiratum prohibeat: nec rarefacere ita, ut facilè à qualibet extrinsecus incidenti occasione lædatur. Corpus autem propositi nobis puelli, medium excessus omnis existit. At verò quū mitti iam is in ludum est habilis, non necesse erit assiduis præterea balneis vti, sed interim cum luctari condiscit, mediocriter inibi ante cibum exerceri sat erit, ac balneo plerūq; abstinere. Vinum sanè quàm diutissimè qui ea natura puer est, ne gustare quidem suaserim, quòd humectet nimis, & calfaciat corpus, caputq; halitu repleat. Quare nec iam adultis vinum nisi modicè sumptum, est vtile, quod videlicet ad iram & libidinē præcipites facit, & partem animæ rationalem, hebetē atq; turbidam redditi: quāquā his ipsis ad bilis excrementa vel mitiganda vel expellenda, est sanè nō inutile: non minimè verò ad eam siccitatem, quę in solidis partibus aut ex immodicis laboribus, aut ex proprio temperamento prouenit. Iam puellis potio frigidę, ac præcipuè à cibo & per calores, non incommoda est. Aqua tamen fontana & recens aliis est præferenda. Quæ autem omnium optima est, ea penitus nō gustui modo, verùm etiam olfactui, omnis qualitatis expers

Balneū cibus in optimi habitus puero sequatur.

Germanorum agrestes mores Galenus damnat.

Infantuli olim apud Germanos, q̄primum erant editi in lucem, demergebantur ī frigidam.

Cutis quaten⁹ sit densanda.

Puero iam habili ad ludos reddito, q̄ peragenda.

Pueris optime tēperatis cur īterdicendū sit uino.

Vinum cur ne adultis quidē, nisi modice, ꝓpinandum sit.

Vinum ad q̄d utile.

Puellis potio frigidę a cibo, est commoda.

Aqua optima, omnis qualitatis est expers.

videbitur, eritq; iucunda gustui & celeriter pertransibit præcordia. Porrò quæ aqua ex petra contra septētrionem fluit, solemq; auersum habet, ægrè quidem concoquitur, ac tardi transitus est, tardeq; incalescit, atq; refrigeratur. Cuius ad orientem solem erumpit fons, quæq; per terram puram colatur, eadem calefit ac refrigeratur ocyssimè, omniq; ætati vtilissima est. Idem de aere etiam est iudicandum, quem optimum, hoc est purissimum, in pulmones trahere, omnibus iuxta salubre est. Nam impurus aer, omni ætati aduersatur. At verò, quæ ex calore, frigore, siccitate, humiditateq; diuersitas aeris contingit, non pinde se ad omnes homines habet: sed corporibus quæ optimo temperamento sunt, etiam optimè temperatus aer est saluberrimus. In quibus verò aliqua exuperans qualitas dominatur, iis vtilissimus aer est, qui ei qualitati pari gradu aduersatur. Porrò vbi puer iam est secundū septēnium ingressus, calidum est, eodē gradu quo prius, illi temperamentum: humidum verò non eodē, quandoquidem omne animans ab ipso statim ortu, siccius indies efficitur. Cui igitur optimi status corpus contingit, is ad quartumdecimum vsq; annum iam traditam victus rationem obseruet: modo semper exercitii seruato. Lauetur autem calida potius q̄ gelida, vt qui nondum hanc citra noxā pertulerit: adhibeaturq; illi educatio optima, quæ probis consuetudinibus, & grauibus disciplinis paratur. A secundo autem septennio vsq; ad expletum tertium, licebit tibi ad robustissimum corporis habitū prouehere hominē, aut instruere iis animi dotibus quæ ad scientiā, sapientiamq; pertinent. Non est tñ eadem utrobiq; victus rō. Atq; hac maximè ætate, perfici absoluiq; conuenit, quæ spectāt ad mores. Vt aliquis aūt in longissimum prolata vita, etiā bona valetudine ꝑpetuò vtaī, is liber oportet sit, ab omni negotio publico, nimirū sibi viuens dūtaxat,

Aquarum differentiæ.

Aeris differentiæ.

Aeris qualitatem, tēperatis quidē naturis, temperatā: intemperatis autem, contrariā requiri.

Pueri secundū septennium ingressi, temperamentum.

Educatio optima probis cōsuetudinibus, & grauibus disciplinis parat.

Pueri mores ꝑficiēdos eē tertio septennio.

Victuri diu & salubriter, debent esse a negotiis imunes, soliq; idulgere corpusculo.

soliq; indulgens corpusculo. Etenim immortale fieri quod genitum est planè non potest. Vt verò in lõgum perduret tẽpus, id maximè fieri potest. Nam qui optimum sortitus est corporis habitũ, si ab omnibus quæ ad publicum in vita spectant, secedat, sibiq; tantum uacet, nec morbo ullo quoad fieri poterit unquã tentabitur, neq; ante longissimum vitæ tempus morte occupabitur.

excrementa 200

Cæterùm quũ huic tali edendum, bibendũq; sit, ad reparanda quæ ex corpore effluũt, necesse utiq; est, excernẽdorum habeat rationem.

Excrementi a syncera substãtiã secretio, quo mõ fiat.

Imprimis igitur excrementum à syncero separatur, & paulatim impellitur per omnia intestina, vsq; ad rectum vocatum, ad cuius exitum musculi quidam inserti sunt, qui ipsum, ne immaturè effluat, coercent.

Musculi expulsioni excremẽtorũ seruiẽtes.

Postea uerò quã plurimum congestum iam grauè animali fuerit, tum foras agi sinunt, ad celeritatem emissionis etiam abdominis musculis vnà cũ transuerso septo adiuuantibus.

Iecinoris excremẽtorum, aliud est quale quod florem in vino appellant: aliud quale quod fæx dicitur.

Bilis flaua in exortũ intestinum excernit. Atra bilis a liene in uentriculum mittitur.

Attrahitur alterum à vesicula quæ iecinori subditur: alterũ à liene. In his collecta excernuntur, alterum in priorem intestini tenuioris partem: alterum in ventriculũ, ab hisq; per omnia intestina permeant.

Vrinã secerni a sanguine, per renesq; in uesicam demitti.

Quod autẽ in venis & arteriis excrementũ aceruatur, eiusmodi planè est, quale in lacte concreto serum. Hoc renes à sanguine secernentes, ad vesicam transmittunt.

Colli uesicæ musculus.

Cuius collo transuersus etiã musculus inest: quo arctato supprimitur, laxato emittitur lotiũ, ad id conferentibus etiã abdominis musculis.

Excremẽtis q in singulis gignunt particulis, excernẽdis, non fuisse aliquem certum meatũ a natura præscriptũ.

Reliquum excrementorũ genus in singulis animalis nascit partibus, ex ipso vnde aluntur succo. Huic excremẽto nullus certus à natura præscriptus meatus est. Expellitur tamen partim per ipsa molliora corpora: ac partim per sudorem: partim per latentem transpiratum discutitur. Sed in hoc perflatu insensibili, etiã crassioris excrementi nonnihil excer-

Pilorum generatio.

nitur, à quo tum pili, tum ipsius cutis sordes gignuntur. Quum igitur eiici omnia excrementa hæc oporteat, expedit arbitror primum nouisse, quibus maximè causis remorentur: dein rationem iniri, qua nec in ipsas incidatur: ac si quando inciditur, quãprimum error corrigatur. Atq; ne incidatur quidẽ, hinc licet assequamur, vtiq; si excreta abundè sint, nec ne, cõpertũ habuerimus.

Excremẽta alui supprimi, qbus de causis possint.

Porrò iis quæ in ventre continentur excrementis mora contingit, aut ipsius cibi potionis ue culpa, aut ipsius ventriculi vnà cum intestinis. Et cibi quidem potionisq; vitio, aut propter qualitatem eorum, aut quantitatem, aut propter ordinem, utendiq; modum. Et propter qualitatem quidem, si acerba, austera, aut siccæ naturæ fuerint: propter quantitatem, si iusto plura aut pauciora sint assumpta. Ordinis culpa, si quæ sicca, astringentia ue sunt, primo: quæ humida, pinguia & dulcia, secundo exhibeãtur loco: Modi vsus ratione, si quum bis fuit edendum, totum semel sumpserit. Quæ ventris aut intestinorum vitium sequitur excrementorũ mora, vel ob naturalem eorum affectũ accidit, vel certè acquisititium. Ac quæ quidem naturæ eorum uitio causæ proueniunt, ex prauis corporis habitibus aliqui sunt.

Affectionũ uẽtris acqsititiarum, differẽtiæ, octo.

Recentium autem ventris affectionum acquisititiarũ, octo sunt differentiæ: quatuor nempe simplices intemperies, totidemq; compositæ: à quibus maximè inualescentibus inualida potest reddi expultrix facultas, cum ventris, tum omnium intestinorum.

Intẽperies uentris a qbus giguantur.

Creantur porrò eiusmodi intemperies, aut à cibo & potione, quibus vis insit medicinalis: aut à vitio aeris ambientis, aut à lauacro, aut ab vnctione, aut deniq; ab alia re, quæ extrinsecus ventri adhærescens, eum alterandi vim possidet. His igitur de causis excrementum ventris supprimitur.

Flaua bilis retineri qbus de causis posit.

At flauæ bilis excremẽtum moratur, aut propter attrahentis, expellentis ue facultatis infirmitatem: aut propter vasorum quibus

deducitur atq; excernitur angustiam. Porrò ĩfirmitas, tum vesiculæ totius quæ subiicitur hepati, tum eorum meatuum qui ab ea in iecur subeunt, tum eorũ quibus in intestinum euomitur bilis, ex recenti prouenire potest intemperantia.

Angustia uasorum unde exoriri possit.

Angustia verò vasorum, aut phlegmonis vitio fit, aut propter scirrhos, aut obstructionẽ, aut circũiacentium partiũ innixum, aut oscillorũ conniuentiam. Iam ipsa proximarũ partium compressio, aut propter immodicã copiam eorum quæ in se continent, aut propter phlegmonem aut scirrhum, accidit. Aequè & oscillorum cõniuentiæ, aut propter horum quicq̃, aut siccitatem.

Astringẽtia siccare

Atra bilis quãdo sistatur.

Siccitatẽ conciliant & quæ valenter astringunt, & quæ partim calfaciunt & siccãt. Ad eundem modũ atræ bilis excrementum aliqñ sistetur, si lien quidẽ proportione respondeat bilem excipienti vesicæ: vena verò quæ à porta iecoris in ipsum inserit, vasis illis quæ excrementũ biliosum attrahunt: atq; ea deniq; vena quæ ex liene in ventriculum fertur, proportione etiam respondeat meatui illi qui excernit bilem.

Excremẽtũ singulis particulis insitũ, a quibus supprimi possit.

At excrementũ quod per singulas congeritur animalis particulas, & copia sui, & crassitudine, & prærea lentore remoraĩ. Ad hæc, ob imbecillitatẽ caloris, transitusq; angustiam.

Meatus latentes quibus partibus sint tributi, ad excernenda excrementa

Sunt tñ partes quæ præter latentes meatus, alios quosdã patentes atq; conspicuos obtinent: vt cerebrum, & oculus: idq; aut ob principatũ particulæ, aut propter actionẽ exquisitius obeundam, aut propter continentiũ corporum spissitudinem.

Cerebrum, animæ domiciliũ, plurimis canalibus expurgatur.

Est nanq; cerebrum rõnalis animæ ceu domicilium: quod quum osse solido vndiq; septũ sit, plurimis maximisq; canalibus expurgaĩ. Primùm per nares & palatũ: secundò per vtrãq; aurem: tertiò per caluæ cõmissuras. Nec absimile est etiã aliquid ab eo cõfluere ad oculos.

Oculi qua pte expurgẽtur.

Oculus verò ipse per euidentes meatus eiicit quicquid in eo excrementi gignitur, idq; iuxta nares & genas. Illud aũt commune omniũ excrementorum sit documentum, vt retentionis caussæ, contrariã semper caussam admoueas.

Retẽtionis excremẽtorũ caussis, cõtrariæ aliæ sunt adhibendæ.

Vt exempli gratia, si ex comestorũ paucitate & siccitate restricta aluus sit, plura & humidiora exhibebis: ac sic de cæteris. Obstructa quippe sunt aperienda. Intemperata reducenda per contraria ad naturalem temperiem: sicuti & quæ crassa & viscida sunt, incidenda, tenuatoria victus rõne: ac præcipuè exercitiis, quæ tam cibis q̃ medicamentis tenuantibus tanto præstant, quãto satius est nullo corporis nostri habitus incõmodo exigi quæ redundant, q̃ pariter & carne liquanda, & solidis extenuandis.

Exercitia quãto præstent cibis & medicamentis tenuantibus.

Sanitatis tuendæ, studiũ, methodũq; medẽdi, cõsistere in corporibus, caussis, & signis.

In his aũt tribus primis generibus consistit sanitatis tuendæ studium, æquè ac medendi methodus: nempe corporibus, caussis, & signis. Corporibus quidem, iis quæ & sana iam sunt, & eo statu seruari debent. Signis verò, corporũ accidẽtibus, ex q̃bus ipsa corpora dignoscunĩ. Caussæ sunt, ex quibus custodia sanitatis perficiĩ.

Causarũ medicinalium quatuor genera.

Harum materiã, quatuor generibus, iuniorũ probatissimi sunt cõplexi: admouendis, educendis, faciendis, extrinsecus incidẽtibus.

Alterari corpus quotupliciter possit.

Satius tñ fortasse fuerit, admouendis, educendis, faciendis, & incidentibus, alterari, immutariq; corpus dicere.

Mutationẽ fieri aut in qualitate, aut in q̃titate.

Mutationẽ verò, aut in qualitate fieri, aut in q̃titate. In qualitate, dum aut incalescit, aut refrigeraĩ, aut siccescit, aut humectũ redditur. In quãtitate, dũ alit aut nutritur.

Inanitio duplex.

Iam inanitionẽ ipsam, duplicẽ quoq; esse, alteram excrementorũ, alteram naturalis substãtiæ nostræ, assidue defluentis, quæ nutritioni ex aduerso opponitur.

Alimentũ triplex, secũdum Hippocratem.

Porrò alimentum est secundum Hippocratẽ, triplex. Aliud enim est nutriens. Aliud veluti nutriens. Aliud quod nutriturum est. Quarum differentiarum primæ, ipsius substantiæ fluorem, opponas rectè. Secũdæ autem, tum hæmorrhagiam, tum omnem sanguinis inanitionem. Tertiæ deniq; lienteriam & vomitum. Iamq; in hoc loco primum commentarium claudamus.

GALENI PERGAMENI DE SANITATE TVENDA.

Liber II.

PROPONATVR NOBIS
in hoc commentario saluberrimę na
turæ puer: qui iam tertium ætatis suę
septennium ingreditur: cuius corpus
effingere quoad fieri potest quã opti-
mè, propositum sit. Quum autem ut
corporum ipsorum numerosa diuersitas est, ita uitę ra
tionum quibus viuimus, sint species diuersæ, fieri ne-
quit sanè, vt ĩ qualibet proposita vita absolutè optimã
corporis nostri curam exhibeas, sed eam tantùm quæ
cuiq; optima sit. Quare omnibus iis qui aut seruiture,
aut etiam impediti negotiis, corpori curando vacare
nequeunt, optimam prorsus corporis curam scripsis-
se, superuacaneum fuerit. Iis autem qui omni modo li-
beram vitam degunt, præcepisse fas est, quemadmo-
dum uicturi sint fœliciterq; & diutissimè. Porrò quod
simplex inculpatũq; in omni genere est, id cæteris om
nibus ceu regula quædã præponi postulat. Ac simplex
inculpatumq; in corporibus quidẽ est, quod optimo
est habitu: in vitæ generibus, quod omnino liberum
est. Primum igitur hoc libro duo hæc coniuncta tracte-
mus. Itaq; in optimæ notæ puero, qui tertium septen-
nium ingressus est, ac vni corporis curæ vacat, labor
cibum precedat, sintq; mediocria omnia, labor scilicet,
cibus, potio, somnus, & venus, quemadmodum rectè
monuit Hippocrates. Quanq̃ certè venus, quæ somnũ
debet excipere, tantùm florentium est, vtiq; quo tem
pore etiam eius est vsus. Quæ autem hanc vel præce-
dunt, vel sequuntur ætates, aut planè semen nõ effun-
dunt, aut certè infœcundum, aut malè fœcundũ. Por-

Inculpatissimũ quod in omni genere est, præponi cæteris, ceu regula debet.

Labor cibum præcedat.

Mediocria debere esse oĩa.

Venus (q̃ somnũ debet excipere) a florentibus tantum est exercenda.

rò laboris ipsa appellatio, idem mihi significare videt,
cum communi exercitationis appellatione. At nõ qui-
uis motus exercitatio videtur, sed tantũ qui vehemen
tior est. Quoniam autem eorum quæ ad aliquid dicun-
tur, est quod vehementius dicitur, fieri potest, vt idem
motus alteri sit exercitatio, alteri non sit. Terminus
igitur vehementiæ esto alteratio respirationis: quando
in quibus nulla fit respirationis mutatio, hos nondum
exercitationes vocamus. Sunt autem exercitationis du
plicia commoda: hæc quidem ad excrementorum ina
nitionem: illa ad solidarum partium bonam habitudi-
nem conferentia. Nam quoniam vehementior motus
exercitatio est, instrumentorum duritiem, genuini ca
loris augmentum, & spiritus ualentiorem motum ne-
cessariò inducit. At ex instrumentorum duritia sequi-
tur ad labores robur & renitentia. Ex calore distribu-
tio validior, ĩmutatio expeditior, nutritio absolutior,
omniumq; corporũ fusio, ob quam solida mollescũt,
humida tenuantur, exigui meatus laxiores fiunt. Sed
ex valentiori spiritus impetu, & purgari hos oẽs mea-
tus necesse est, & excremẽta expelli. Quoniam autem
exercitatio digestionem in corpus adiuuat, non debet,
quum administrabitur, aut cruditas, aut multitudo suc
corum, vel in ventre, vel in vasis consistere. Quoniam
verò & exiguos meatus expurgat, & excrementa ex-
pellit, vtilius est ante cibum eam administrare. Siquidẽ
quæ impura corpora sunt, atq; ab excrementis parum
purgata, hæc quo magis nutries, magis lædes. Quare
tunc ad exercitationem commodissimum tempus est,
quum hesternus cibus duplici concoctione iam pror-
sus confectus fuerit, & ea quæ in ventriculo, & ea quæ
in vasis sanguinis agitur: ac iam denuò cibandi tempus
instet. Quòd si prius aut posterius exercitatione vtare,
aut crudis humoribus hominem impleueris, aut palli-
dę bilis prouẽtum auxeris. Atq; huiusce temporis no-

Motus uehementior tantũ, dicitur exercitatio.

Exercitatiõis terminus sit alteratio respirationis.

Exercitatiõis duplicia commoda.

Caloris opa.

Exercitari cur si adsit cruditas, aut plenitudo humorũ, homo nõ debeat.

Exercitatio cur ante cibũ administrãda.

Impura corpora quo magis nutries, eo magis lædes.

Exercitationi cõmodissimũ tempus.

ta, color est vrinæ. Quæ enim aquæ speciem præfert, qui crudum adhuc in uenis esse indicat succum eum, qui à ventre submittitur: quæ verò rufa, biliosaq; est, iam dudum concoctum esse huiusmodi succum. Quæ modicè pallet, peractæ mō secūdæ concoctionis est signū. Quum nanq; bili infecta urina nondū est, aquæ spēm alboremq; præfert. Quū verò plus iusto eius bilis acceperit, rufa cernit. Ergo quum mediocriter est rufa, mediocriter'ue pallens, tū est exercitatio adeūda: sed expulsis prius excremētis, quæ uel in uesica, uel in inferioribus intestinis continent, ac partibus solidis molli frictione sensim cōcalfactis, crassisq; tenuatis humorib⁹, necnō reclusis pexiguis meatibus. Ne uel excrementis repleat vniuersus corporis habitus, vel rumpat aliqua pars ex solidis, uel prædicti obturent meatus. Oportet itaq;, ubi linteolo suauiter pfricando sic calfeceris totū corpus, vt floridus quidā rubor per totā eius cutē fundatur, oleo tandē ipsum subigere: id quod nunq̄ tentandum est, prius q̄ incalescat cutis, & laxent eius meatus. Vnctio aūt ipsa fieri nudis manibus debet, ac mediū, inter mollē & durum, modū seruantibus: infricandumq; prima contrectatione blandius: inde sensim paulò fortius, donec caro manifestè citra cōtusionē prematur, adeoq; vniuersum corpus legitimè compactū esse videat. Haudquaq̄ tamen tā ualida frictione diu utendū, sed semel, aut bis, in quaq; parte: ne eius pueri corpus duret, exiccetur'ue, quod seruare in medio tēperamento est animus. At procedēte tēpore, ubi iam adolescit, tum duriore frictione vtemur, ac præterea frigida ab exercitando lauatione. In præparatoria verò illa ante exercendū frictione, quæ huc spectat, vt corpus molliat, mollis duræq; mediā qualitatem dñari oportet, ac pro eiusdē qualitatis rōne, compleri singula. Variæ aūt q̄maximè ex manuū iniectu circūactuq; frictiones esse debebūt: quo vniuersæ musculorū fibræ, omni ex pte

Vrinę color, tēpus exercitiis aptū indicat.

Vrina alba indicat cruditatem.

Vrina rufa qd indicet.

Vrina modice pallida qd indicet.

Exercitiū esse adeundū prius aluo & uesica solutis: necnon solidis ptibus molli frictione concalfactis.


Oleo, post frictionē mēbra, subigēda esse.

Vnctio.

Frictio qualis nā eē debeat.

Frictiōibus uariis, qñ utēdū.

fricent, nec supnè modo deorsum, aut infernè sursum adhibitę, sed etiā tum in subrectum, tum in obliquum, tum in transuersum, tum in subtransuersum. Quas quidem differentias frictionū, discere ex hac figura licebit.



Dura porrò frictione ligari corpus, molli solui, multa extenuari, mediocri crassescere, author est nobis Hippocrates. Quæ differētiæ quatuor ex quadruplici omnis frictionis tū virtute, tū vsu oriunt. Quòd si medias quoq; harū annumeres, sex in vniuersum differentiæ existent. Iam uerò mollē frictionē, necessariò cōsequit vt corpora emolliat: sicuti durā, vt impingat induretq; illa. Si igit dura ligandi, mollis soluēdi vim habet: quæ supra modū solūta corpora sunt, ea duriter planè fricanda sunt. Contrà, quæ cōstricta sunt, molliter. Quæ modicè se habent, manifestū est ea nec molliter nec duriter, sed mediocriter eē fricāda. Sicuti uerò in iis diffe

Frictionum diuersarū uarii usus.

Frictiones mediæ.

rētiis quę i qualitate ſpectant, non ſolùm dura mollisq́; cōſiſtunt, ſed etiam media, ita & in iis quæ ex quātitate ducuntur non ſolùm multa, & pauca, ſed etiam media internoſcitur. Cur aūt in iis differentiis quæ ex qualitate trahuntur, omiſerit mediam Hippocrates: in iis uerò quæ ex quātitate, exiguā, iam dicam. Quum enim ex contrarietatibus, aliæ quidem in frictionum genere (vt dura & mollis, multa & pauca) aliæ in affectuum qui ab iis proueniunt, neceſſariò conſiſtant, vt colligatio & ſolutio, gracilitas & craſſitudo: ac prior quidem affectuum contrarietas, ex priori frictionis cōtrarietate naſcatur: ſecunda autem non item (euenit enim in hac, vt gracilitas proueniat ex multa, carnis incrementum ex mediocri frictione, quandoquidē pauca augendæ carni nō ſufficit, ſed excitando calori modico, id quod aliis commune eſt omnibus) ob id nimirum ſecundum affectuū contrarietates, ceu longè utiliores iis, quæ in frictionibus ſpectantur, ipſarum frictionum diſtinxit vtiles differentias Hippocrates. Meminit itaq; duræ, mollis, multæ, & mediocris frictionis, ſubticens cæteras, quòd ab his corpus, in cōtrarias affectiones ducatur: quodq; vnà cum ipſis protinus ſe promant, tum media earum opera, tum ea quæ per coniugationem faciunt. Media, quū neq; ligare corpus, nec ſoluere, nec carnem augere, nec minuere ſtudemus. Quæ per coniugationem, quum verbi gratia, pariter colligare, & carnem addere. Quis enim nō videat, quum duram carnem adiicere corpori volumus, frictionem duram vnà cum mediocri modo petendā eſſe? veluti quum mollem addere ſtudemus, frictionē mollem & quantitate mediocrem adhibendam? & per alias coniugationes ad portionem? Particulares porrò frictionum coniugationes, ſunt nouem in vniuerſum. Quippe ſi tres quæ à qualitate frictionū ſumuntur differentiæ, tribus quæ à quantitate ducuntur iunxeris, nouem coniugationes effeceris: vt per ſubiectam formulam conſtat.

Contrarietatū, aliæ in frictionū genere: aliæ in affectuū qui ab iis, pueniūt, conſiſtunt.

Frictionum utiles differētias cur diſtinxit Hippocrates, ſecundum affectuum contrarietates.

Frictionū particulares cōiugationes ſunt nouem.

Qualitas.	Quantitas.
Dura.	Pauca.
	Multa.
	Mediocris.
Mollis.	Pauca.
	Multa.
	Mediocris.
Mediocris.	Pauca.
	Multa.
	Mediocris.

Meminiſſe autem oportet hæc omnia frictionū genera, reſpectu collationeq; dici. Quando quæ huic dura eſt, alteri mollis fuerit, ac ſic intelligendum de cæteris. Igitur optimæ habitudinis nobis propoſitum puerum, cuius uolumus priſtinam mediocritatem ſeruari, neq; duriter, neq; molliter, neq; multis frictionibus, neq; quantitate mediocribus, ſed paucis & qualitate mediocribus, infricabimus: nihil ultra moliti, quàm ut ad exercitādum corpus ipſius præparemus, ac rurſus, quum iam ſatis exercitatū ſit, apotherapia curemus. In traditione autem harum differentiarum, Hippocrates vſus eſt doctrina quę per rerum elementa inſtituitur, ceu aliis omnibus vtiliori. Quippe quæ & ſub compendium rem omnem cogit, & memorię affigit, & reminiſcentiæ facilè ſuggerit, ac omnium quæ ſingulatim agentur, rectum vſum promptè ſuppeditat: ceu ad pauca & certa elementa referens. Quis enim nō facilè membratim frictionum differentias, vſum, ac vi-

Frictionū genera oīa dici reſpectu, collatione q́;.

Puero habitudinis optimę, qualis frictio conueniat. Apotherapia.

Doctrinā quæ per rerū elemē ta inſtituit, eē aliis oībus utiliorem.

Frictionē durā constringere: mollē, soluere: multā minuere: mediocrem augere posse.

res inueniat, si intelligat illam senis sententiā, quæ docet constringere quidem frictionem duram, soluere mollem, minuere multam, augere mediocrem posse? Ex horū nanq; notitia ac memoria, primùm sanè quæ omissæ in verborū contextu sunt, differentias īuenias: mox oībus inter se cōplicatis, nouem illas cōiugationes efficias, quas paulò supra descripsimus. Sed iam de affectuū nominibus nōnihil dicendū est. Ac duri quidē & mollis vocabulū, quidnā significet, planè constat: rari aūt & densi, non vsq; adeò. Est enim propriè rarum,

Rarum quid.

quod meatus magnos per totū obtinet: sicuti è diuerso

Densum quid.

densum, quod eosdē paruos. Tametsi p metaphorā, de laxo coactoq; hæc ipsa uocabula dici audias. Qua

Elementa carere prorsus meatibus.

rōne & aerē & ignem aliqñ raros dicimus, aquā & terram densas, quæ tñ & unita sunt, & ex similaribus natura partibus cōstant, nec vllos eiusmodi meatus obtinent. Oportet aūt non nominū inspicere numerū, sed

Affectuum duplicia genera.

affectuū genera duplicia in totum existimare: alterum quod in similaribus obseruat, de quo molle, durum'ue dicitur: alter quod in instrumentalibus, meatuū rōne, consistit, quod densum, vel rarū vocatur. Hi nāq; corporum ipsorū proprii affectus existunt. Cæterùm ad institutū redeundo, frictio ipsa interdū per se corporibus nostris cōmodū aliquod affert: interdū iis quæ cōmodū afferūt, subministrat. Efficit aūt frictio, rara den

Frictio dura.

sando, & mollia durando: atq; hæc quidē omnino du

Frictio mollis.

ra esse postulat: præterea dura molliēdo, densaq; laxando: quæ contrà, sit mollis oportet. Pari modo & quæ carnis augendæ minuēdæ'ue caussa suscepta est, utraq; per se utile aliqd corpori præstat. Quæ tñ ad exercen

Frictiōes exercitationibus subseruientes.

dū corpora præparat, itē quæ post exercitationē adhibetur, hæ exercitationibus subseruiūt. Illa modicè calfaciendo tenues meatus recludens, & simul excrementa carnis fluxilia reddens, & solidas emolliens particulas. Altera, quam apotherapeuticē, hoc est recuratricē

Apotherapeutice frictio, quē usum præstet.

appellant, cum plusculo oleo administrata, simul sua pinguitudine humectat, & solidas emollit particulas, & quæ in corporis meatibus continentur, discutit. Sed

Frictio præparatoria, qualis administrāda sit.

præparatoria illa frictio in optimi status natura calfaciendi corporis caussa suscepta, fiat mollis primū: mox verò exercitationē aggressuro, dura. Quòd si quid erroris contingat, id potius ad durum atq; densum deflectat, q̄ ad laxum & molle. Nam transpirādi defectū, exercitio sarcire licebit: alterius uerò affectionis uitiū, quod est ad externas iniurias opportunitas, neq; aliàs corrigi facilè potest, facitq; ut nō excrementū modo, verùm etiā corporis nutrimentū euaporetur. In iis autem frictionibus quæ à quātitate ducunt, in proposita natura & ætate, si quid delinquit, uersus id quod minus est, id esto, quū augēdi eiusmodi corpus, haudquaq̄ siccandi, nobis studiū sit. At verò ipsa frictionū mensura,

Frictionū mensura iuxta quę sit varianda.

secundū temperaturam aeris qui corpus fricandū ambiet, secundumq; anni aut diei tempus, atq; adeò constitutionem regionis, debet uariari. Cæterùm dū proposui hominē eo corporis statu de quo quæri non posset, obiter etiam regionē ipsius ptāte nimirum, definiui: quū nec optimo temperamento, nec irreprehensibili omnino membrorū modulo, corpus vllum in iis

Corpus optie constitutum in regionibus intemperatis gigni nō posse.

regionibus quæ à temperamenti modo recesserunt, gigni possit. Quippe sicci, graciles, & veluti torrefacti, in æstuosis tractibus homines fiunt. Rursus frigidioris plagæ incolæ, inæquali temperamēto visuntur, vt in quibus externa frigeant, interiora impensè caleant. Itaq; apud Gallos, Scythas, Aegyptios, Arabas,

Regiones intēperatæ qualia producāt corpora.

ne per somnium quidem vsquam est vidisse id corpus, quod veluti Polycleti regula existit. Cui in nostro situ, non pauca similia videas. Siquidem nostræ regionis, quæ in latitudinem non paruā extenditur, id quod in medio habetur, optimè sanè temperatum est, cu-

Hippocratis patriā esse tēperatissimam.

iusmodi patria est Hippocratis. Eiusmodi igitur lo-

Ver.

cum, quum corpori proposito dederis, anni quoq;
tempus, veris medium ipsum dabis: ex die autem

Meridies.

meridiem. Eadem exigit ratio, ut ne domus quidem
in qua exercendus est, ipso præsertim die calidior fri

Domus exercendo puero, qualisnā esse debeat.

dior'ue sit, quàm publicus totius vrbis aer: qui hye-
gime quidem calidior, æstate autem frigidior, vel ar-
te parandus est: quò exacta temperie corpus, frictio-
nis tempore, fruatur. Sunt autem rubor & tumor in

Frictionis mediæ idicia sūt rubor & tumor.

aeris temperie & corporis statu temperato, mediæ fri-
ctionis notę. Veluti enim si calidam infundas, primùm
quidem corpus intumescit: si largius infundas decum
bit: ita frictio quoq; attollit quidem primùm, postea
contrahit, ac molem deponit. His ergo qui carnis au-

Frictionis terminus, dū carnis augēdę gratia præstat. sit ingens tumor.

gendæ caussa fricantur, tunc planè finienda frictio est,
quum corpus, & intumuit, & ad summum ferè tumo-
rem peruenit. Qui autem ad exercitandum iam præ-
parantur, his minimè id tempus expectandū, sed lon-
gè prius desistendum à frictione est, potissimum qui
optimi temperamenti sunt, & ætate adhuc pueri. Præ

Frictionis præparatorię finis.

paratoriæ verò frictiōis est finis, vt solidæ partes mol-
liantur, humidæ soluantur, corporis exigui meatus la-
xentur. Porrò expedit neq; paulo animosiorem esse,
qui exercitatur, vt lassis iam viribus etiam exerceri
aueat, quod contingit iis qui sunt calidiori tempera-
mento: neq; item ignauū, qui integris adhuc viribus,
laborem tamen detrectet, quod solent ii qui aut labo-
rant plethora, uel frigidum temperamentum sortiun-
tur. Porrò natura optima, quæ hic est nobis proposi-

Natura optīa, omniū exhibēdorum mensuras indicat.

ta, frictionis, exercitationisq́;, ac tum cibi, tum somni
mensuras apertè indicat. Hæc tunc primum quodlibet
horum respuit, quum eius vltra non eget. Quare ipsi

Sanum corpus ipsum sibi suapte natura oīa congruētia inuenit.

quidem naturæ ad singula quæ agi debent promptitu
do & alacritas, ei qui tali præficitur corpori, fuerit in-
dex mensuræ. Quippe sanū corpus ipsum sibi ipsi om-
nia inuenit proprio naturæ suæ impetu directum: ma-
ximè

ximè si in iis quæ ad animum pertinent, rectè sit educa
tum. Nam multi ī malis moribus à pueris educati quū
sint, in desidiaq́; & intemperantia viuentes, bonitatē

Naturam bonam qui corrumpāt: & qui in meliorē, eā quę uitiosa est commutent.

naturæ corrumpunt. Sicuti contrà nonnulli vitiosam
corporis naturam sortiti, temperantia vitæ, & tempe
stiuis exercitiis, naturæ vitia commutarunt in melius.

Exercitiorum genera.

Genera exercitiorum sunt, lucta, pancratium, pugilla-
tus, cursus & alia id genus: quorum nonnulla tantùm
sunt exercitia, vt illa ipsa quæ modo diximus: nonnul
la verò exercitia simul & opera, vt quum aliquis exē-
pli gratia fodit, aut remigat, aliud'ue quippiam exer-
cet, in vsum mortalium. Atq; horū etiam plerisq; est

Exercitiorum triplex usus.

quando veluti pro exercitatione tantū vtare. Triplex
autem ipsorum in uniuersum est vsus: quū interim ope
ris tantū gratia vsurpentur: interim meditationis, sed
quæ ad vsum futuri sit operis: interim pro exercita-

Exercitiū nullum alio tēpore, q̄ ante cibum, administrari.

tione tantùm. At nullum exercitium, vt exercitium,
aut perpetuum diem obitur, aut alio tempore q̄ ante
cibum. Seruari verò tum modum exercitationum in
his oportet, tum vocatā apotherapiam. Quòd si etiam
idonea frictione vsus, ad ea quis accedat, iam oēs exer
citationis numeros impleuerit. Ac genera quidē exer-

Exercitationū qualitas.

citationum sunt ea quæ diximus: qualitas verò, seu dif
ferentia, velocitas, tarditasq́; mouendi sunt: præterea
quòd aliud robustum, aliud imbecillum est, ad hæc ve-
hementia & lenitas. Vtendi verò rationes sunt huius-

Exercitiis utēdi rationes.

modi. Nam aut perpetuus motus est, aut intercisus: &
si perpetuus, æquabilis, aut inæquabilis: Sin intercisus,
aut certo ordine, aut citra ordinem. Hæ igitur utendi
rationes ab ipso negotio capiuntur. Quæ verò ab iis
quæ extrinsecus sunt posita ducuntur, eiusmodi sunt,
q̄ aut sub dio exercitatio fit, aut sub tecto, aut ī mixta
vmbra, aut calenti loco, aut frigido, aut tēperato, aut
sicco, aut humido, aut medio, aut cū puluere exiguo,
multoq́;, aut cū exiguo, aut exuberāti oleo, aut etiam

Exercitationũ omnium quid ſit commune.
Calor in q̃bus augeatur, perturbatiõibus.
Ira ẽ ueluti feruor caloris in corde.

ſine utroq;. Omnium autem exercitationum commune eſt illud, q̃ earum auxilio, animalibus ex ipſorum corporibus, inſiti caloris augmentum excitatur. Is tamen proprius exercitationum affectus non eſt, ſi modo & iratis, & perturbatis, & pudore affectis naturalis etiam calor augetur. Quãquam ira, non augmentum, ſed veluti feruor eſt caloris in corde. Iam verò ex exercitiis ipſis aliam partem aliud alio magis fatigat: quædã lentè motis fiunt: quædam ocyſsimè agitatis: quædam robore & nixu adhibitis: quædam ſine his: ad hęc, quædã cum robore pariter & celeritate: quædã languidè. Fodere ergo, robuſta exercitatio eſt. Similiter, & quatuor ſimul equos habenis coercere, impenſè robuſta exercitatio eſt, non tamen celeris. Ad hæc ſublatio maximi oneris, ĩambulatióq; accliuis, huius quoq; generis ſunt.

Exercitiorũ diuerſa genera.

Exercitia robuſta abſq; celeritate.

Præterea ſi quis per funẽ manibus apprehenſum ſcandat, aut ex eo arrepto ſublimis pẽdeat, ac diu ipſum teneat, robuſtum is, validumq́; laborẽ exercet, citra tamen celeritatem. Ita verò & ſiquis manibus in pugnũ reductis, iiſdem prolatis, vel in altum ſublatis, diutiſſimè in habitu eodem conſiſtat. Quòd ſi adhibitum quẽpiam deducere ſibi manus iubeat, nec tamẽ ipſe remittat, vel impenſius hic tum muſculos omnes, tũ neruos ad robur comparat: vt quorum maximè propria ſunt omnia id genus exercitia. Iam ſi cuipiam iuſſeris vt te violẽter detrahat, inflectatq́;, dum toto erectus es corpore, non leuem ad membrorum robur exercitationẽ obieris. Robur autem partiũ & exercet & firmat, qui aut quem complectitur mediũ, abſoluere ſeſe iubeat: aut ipſe ſe à complectẽte ſoluat. Ita etiam & ſi quis antagoniſtam ſuum à latere aggreſſus, ilibus apprehenſum, ceu aliquod onus ſublatũ, viciſſim proferat, reducatq́;. Aequè verò qui pectoribus ex aduerſo innixi, magno ſe conatu retrudunt inuicem. Etiam qui à certis uicibus pendentes deorſum trahunt, ad robur præparant.

Exercitia muſculorum maxime propria, quæ ſint.

Cæterùm talia omnia exerceri citra palæſtrã aut copioſum puluerem queunt, quocũq; cõculcato loco, erectis atq; ſtantibus. Quæ verò luctantes inter ſe moliuntur, quum robori augendo ſtudent, hęc aut puluerem altum, aut palæſtram deſyderãt. Sunt infinitæ aliæ in palęſtra exercitationes id genus robuſtæ, quarũ omnium peritiam vſumq́; pędotriba callet, ſic ipſe à gymnaſte diuerſus, vt à medico coquus. Peraguntur autem celeritate, citra robur & violentiam, curſus, vmbratilis armorum contentio, necnon quæ ſummis manibus fit, concertatio: tum quæ per corycum & pilam exercitatio à diſtãtibus & currentibus adminiſtratur. Huius generis eſt & quod ἐκπλεθρίζειν Græci dicunt, & quod πιτυλίζειν, nec non celeris volutatio & circuitio in palęſtra. Poteſt & ſolis crurib⁹, manibuſ ue, idq́; erectus, ac vno loco cõſiſtẽs celeriter exerceri. Porrò exercitatio vehemẽs, ex robuſta celeriq; cõpoſita eſt. Non in poſtremis uerò uehemẽtes hę ſunt, fodere, diſcũ mittere, ſaltare, idq́; ſine ĩtermiſſione: ſimiliter graue quoduis telũ iaculari, cõtinuatis ſibi q̃maximè iactibus, aut graui armatura tectũ celeriter agitari. Sed qui aliquo taliũ exercent, intermittere paululũ ſolẽt. Quæ verò remiſſiores exercitatiões ſunt, eæ ſine ĩterpoſita q̃ete magis fiũt. Cæterùm inceſſus, curſusq́;, crurũ exercitationes ſunt: acrochiriſmi & ſciamachiæ, brachiorum ac manuũ propriæ. Lũborum aũt aſſiduè ſe in oẽs partes torquere, inclinareq;, idq́; aut põdus aliquod è terra tollentẽ, aut aſſiduè in manib⁹ ſuſtinentẽ. Thoracis verò & pulmonis, maximæ reſpirationes, propriæ exercitationes ſunt. Maxima autem vox præter iam dicta, vocis quoq; inſtrumenta omnia permouet. Porrò voluntariæ actiones, muſculorũ, neruorum, atq; tendonũ ſunt omnes propriæ: cum ipſis tñ unà mouentur ex accidẽti & cæteræ aĩalis partes, ſi motus ipſe celerius & vehementius edatur. Reliquorum aũt motuum qui uel na-

Exercitiorũ q̃ nam citra puluerem, & quæ minime, poſſint adminiſtrari.
Pædotribã differre a gymnaſte, ut differt a medico coqu⁹.
Exercitia quæ celeritate abſq; robore peraguntur.
ἐκπλεθρίζειν.
πιτυλίζειν.
Exercitatio uehemens ex robuſta celeriq; compoſita eſt.
Exercitia [illegible]rum.
Exercitia manuum.
Exercitiũ lumborum.
Exercitatiões thoracis ſunt reſpiratiões et uoces.
Voluntariæ actiones, quarũ partium ſint, propriæ.
Motuũ naturalium ſpẽs diuerſæ.

turales ſunt, uel pro animi eduntur affectibus alii enim cordis & arteriarũ, alii uenaꝝ & iecinoris actiões ſunt: atq; horũ quidem primũ & maximè: ſecũdò loco, reliquarũ omnium partiũ: q̃nquidem quatuor naturalibus facultatibus oẽs gubernantur.

Facultatibꝰ naturalibus quatuor gubernari oẽs partes.

Ac arteriarũ quidẽ cordisq; motus nunq̃ ſanè oĩno intermittiť.

Motus cordis, arteriarũq; intermittiť nũq̃.

Cæterùm magnitudine paruitate, uelocitate, tarditate, & vehemẽtia, uariè intendiť atq; remittiť. Vna igiť mutandi pulſus cauſa eſt, naturalis caloris auctio, diminutioq́; atq; hæc quidem pro anni tempore, nutrimento, potione, balneo, frictione, ſomno, vigilia, itemq́; animi affectibus, & voluntariis actionibus incidit.

Pulſus a q̃bus cauſis muteñť.

Altera cauſſa eſt ſecũdum quantitatem animalis ſpiritus alteratio, quæ pro motus voluntarii differentiis variatur. Tertia quę ex firmitate, infirmitateq́; naturalis virtutis accipitur, pro ſubſtantiæ ipſius cordis & arteriarum bono contrario'ue temperamento accidens. Quarta deniq; eſt, quæ ex inſtrumenti ipſius malo affectu æſtimatur. At venarum opus, vnà cum aliis inſtrumentis, quæcunq; natura ad alimenti diſpenſationem excogitauit, pro cibo potioneq́;, tum verò pro diſtributionis in corpus, & concoctionis, & nutricationis ratione variatur.

Venarũ opus a quibus cauſis uariari poſſit.

Huius verò mutatiõis, arteriæ quoq; participes ſunt. Qui verò motus actiones non ſunt, horum triplex intelligitur differentia.

Motuum qui actiões nõ ſũt, differentia triplex.

Alii nanq́; animantibus ex ſeipſis inſunt, vt quos antea commemorauimus. Alii extrinſecus adueniunt, vt nauigatio. Alios medicamenta proritant. Nonnulli tñ motus planè ſunt mixti, ut equitatio: qua quidem qui exercetur, ſimul & agit & agitať. Concutitur autem præcipuè ſecundum viſcera.

Equitatiõe cõcuti uiſcera.

Quæ quidem vbi quiſpiam fricare voluerit, ſtatuatur is qui fricat, à tergo, ac modo in dextram, modo in ſiniſtrã, manus iniiciat.

Viſcera fricandi ratio.

Sanè concutiunt nonnihil ea quæ ſub ſepto viſcera ſunt, & maximæ tum reſpirationes, tum voces, pariq́; modo efflatus.

Viſcera q̃ concutiant.

Iam ipſa ſpiritus cohibi-

tio, exercitatio quædam muſculorum eſt, non minus certè eorum qui in abdomine, quàm qui in thorace inſunt.

Spiritus cohibitio, ẽ muſculorũ thoracis abdominiſq; exercitatio.

In ſumma uerò validi & ocyſſimi motus, gracile, muſculoſum, durum, cõpactum, atq; vegetũ corpus efficiũt. At remiſſi, tardi, & languidi, diuerſam omnino affectionem inducũt.

Motuũ diuerſorũ effectꝰ diuerſi.

Pædotriba igitur, quicquid in palæſtra motuum geritur, accuratè pernouit: quid quiſq; motus efficere queat, ignorat: quum hoc ipſum ad gymnaſtem ſolum ſpectet, cuius pædotriba miniſter eſt, indicans nimirum illi omnem actionum exercitiorumq́; materiam.

Pædotribã eẽ miniſtrũ gymnaſtes.

Ergo gymnaſtes propoſiti nobis adoleſcentis, omnium quidem exercitationum vires quum ſciat, deligit illi ex omni genere quod moderatum mediumq́; inter vtrũq; exceſſum eſt, quãdo non alterare, ſed planè ſeruare optimũ corporis ſtatũ conuenit. Ac proinde, ex omni genere mediocritas adhibenda eſt, frictione, exercitatione balneo, cibo, ſomno, ita ut neq; durior illi, dẽſior'ue, nec mollior aut rarior corporis habitudo reddatur.

Mediocritatẽ ĩ omnibus eligendã, ad conſeruandũ optimum corporis habitum.

Hæc quippe, ab extrinſecus imminentibus facilè offenditur: illã corporis inhibet auctum. Exuat autem ſe puer ipſe propoſitus, vbi in lotio iam perfecta cõcoctio cernitur. Mox frictionis ratio huc ſpectet, vt membra molliant. Poſt hæc exercitetur, dum & corpus ĩtumeſcit, & color illi floridus apparet, & motus prõptè, æquabiliter, & concinnè edit.

Puer quouſq; exerceri debeat.

Inter hæc verò ſudorem cum calido uapore mixtum cernes. Inhibenda verò exercitatio tũ primum eſt, quum aliquod horum fuerit mutatum.

Exercitatio q̃n inhibẽda ſit.

Nec tamen protinus lauãdum eius eſt corpus, ſed vbi ſummus exercitationis vigor remiſſus atq; ſedatus fuerit.

Exercitatum corpus, q̃n lauandum ſit.

Quòd ſi ilia velit cohibito anhelitu implere, perfundi oleo, atq; apotherapia vti deinceps debebit: de qua in ſequenti libro dicemus. Lauacrum autem ipſum, oĩno medio temperamento eligendũ eſt, ad propoſitã ætatem atq; naturam. Cui ne puluere quidem eſt opus,

Lauacrũ quale eſſe debet, exercitatis.

de apotherapia, balneis, et lassitudine ab exercitio, cura, vigilia, ira ac venere

si domus in qua exercitabitur, optimè constituta sit. Quæ si fuerit calidior, tum puluere vtendum. At eo si vtetur, omnino erit lauandum. Sin non vtetur, liceat & illotum dimittere, præsertim hyeme.

GALENI PERGAMENI DE SANITATE tuenda. Lib. III.

Apotherapia duplex.

EST AVTEM APOTHERApia duplex. Vna quidē ceu exercitationis spēs: altera uerò ceu pars, de qua impræsentiarū agendum est. Omnis igitur exercitationis probè pactæ postrema pars Apotherapia dicit: quæ duplici cōsilio suscipit, & ut excrementa expurget, & ut corpus à lassitudine tutū reddat. Proprius tñ apotherapiæ scopus est, ut lassitudinē quæ succedere immodico exercitio solet, submoueat, atq; prohibeat. Cæterùm optimè cōstituto, à nobisq; proposito puero, cū eoq; aliis, qui tuendæ tantū bonæ ualetudinis gra exercentur, etsi rarò lassitudo succedat, quēadmodum superuenire solet athletis, cæterisq; etiā, qui corpus opere ex necessitate fatigant: eis tñ apotherapia est ex vsu, si nō lassitudinis noie (à qua etiā nos securiores reddet) at certè excrementa purgandi gra. Qualis aūt apotherapia sit adhibēda, ipsa finiū, ad quos tendimus, demonstrabit natura. Quum igit & excrementa digeri, & quæ tensa ex exercitatione sunt, molliri expediat, duræ certè frictiones fugiendæ sunt, nec his minus à lentis cauēdū arbitror. Nam postq̄ à se corpus non amplius dimouet, periculū est ne frigescat ac densescat, dū nulla ope externa calfit: quare non solùm celeriter, sed adhibitis pluriū manibus, largioriq; oleo circūfuso fricandū est. Oleū quippe ad velocitatē frictionis conducit, remittit tensa, si-

Apotherapia quid

Apotherapiæ duplex usus.

Apotherapiæ proprius scopus.

Exercitatum corpus qualē ab apotherapia frictionem expetat.

Olei cōmoda.

mulq; mulcet ac mollit mēbra defatigata. Sed nimium mollis frictio etiā uitanda est, vt quæ neq; altius penetret, neq; ea quæ in angustis meatibus hærent, discutiat: cuius profectò caussa, tū ipsam fricandarū partiū tensionē, tum spiritus cohibitionē iniungimus. Media igitur frictio, quæ ab vtriusq; distat incōmodo eligēda est. Non exigua aūt apotherapiæ portio spiritus cohibitio videt. Cum qua si leuiter contrahantur abdominis musculi, partes quæ in uentre consistunt, quicqd excrementi est in ipsis, exprimunt. Si uerò feriari planè patiaris abdominis musculos, nullius eaꝝ partium excrementa vacuabis. Quæ tñ in thorace & pulmonibus delitescunt, ea deorsum trāsferes. Expedit aūt huc transferantur potius, q̄ in illis maneant: tanto profectò magis, quāto etiam eorū quæ in uentre, q̄ quæ in pulmonibus & pectore continentur, promptior exitus patet. Hæc enim uel euomunt facilè, vel deiiciuntur: illa cum conatu & vi eiiciuntur per tusses. Verùm si quis pinde vt septū transuersum, ita abdominis quoq; musculos anhelitus cohibitione intendat, exquisitius planè expurgabit ea quæ sub septo sunt viscera: non transferet tamen quicq̄ à spūs instrumentis, ad ea quæ nutrimento sunt delegata: sed totū ī ipso thorace, pulmonibusq; excrementū manebit. Quare cohibitionē anhelitus id genus impræsentiarū non probo: multoq; minus, si qs oino non distento septo, ualidè ac vehementer musculos abdominis contrahat: qñ ita necesse est, uenas oēs, partesq; quæ circa collū sunt, flatu ac sanguine īpleri: excrementa verò sursum atq; ad caput, nō deorsum et ad uentrē ferri, ut ī tibicinibus acutamq; & maximam vocem edētibus indies videre licet: Est aūt omne hmōi opus, mixtū ex maxima expiratione, & ex cohibitiōe spiritus: nimirū in efflatibus confertim factis, maximo expiratu edito, idq; cum ualidissima musculoꝝ tum q costis insidēt, tum qui in abdomine sunt, tēsione. At in

Frictio media inter mollē & duram, qñ adhibenda.

Spiritus cohibitio quid conferat.

Musculis abdominis una cū septo transuerso intensis, quid accidat.

Spiritus cohibitiones, q̄ nō probandæ.

Efflatus quō fiant.

Spiritus cohibitio quõ fiat.

spũs cohibitione, eadem utrorũq; musculorũ facta tensione, nullo tñ spiritu elabi pmisso. In iis q tibia sonant, aut acutã uocem edũt, musculis pari mõ tensis: spiritu tñ nec penit⁹ cohibito, nec toto simul emisso, sed mediam rõnem seruãte. Caussa aũt harum actionũ trium est pharynx, qui in totius quidem spiritus simul cõpulsi efflatu, latissimè se expandit: in spiritus cohibitione, prorsus clauditur: in iis qui tibia sonant, aut voce acuta simul & magna vtuntur, medium quendam habitũ seruat. Cæterùm cohibitio spiritus, quæ ad apotherapiam est vtilis, attollit ea quæ ad ventrem spectãt, idq; tensis thoracis musculis, & remissis qui sunt ĩ septo & abdomine: ita nanq; deorsum excrementa ferentur. Secundo autem loco habẽda est, quæ mediocriter eos qui in abdomine sunt musculos tẽdit, quo videlicet ea quæ sub septo sunt viscera, apotherapiæ fructum sentiant. Atq; his ipsis de caussis fasciarũ circũactus fiant, quas fricantes ipsi dum à tergo fricandorum cõsistũt, circa totum ventrem adhibent. Alias verò quũ à fronte se collocarint, ceruicibus circa dorsum circũuolutiones efficiunt, duabus manibus circũducentes. Alias præterea costis, spinæ, & pectori accommodant, idq; conuerso pariter cum his quodammodo eo qui fricatur. Circa lumbos verò similis fasciarũ circũiectio fiet, tendente se ad singulas eo qui fricatur, non tamẽ cum omnibus pariter se reuertente: quum neq; continuos motus, nec vehemẽtes ei contingere ex apotherapia, sicuti ex præparatoria, conueniat: sed certè aliquos, et quibus ex interuallo frictiones sint interpositæ. Hac enim vel maximè ratione, & calorem qui exercitãdo est adauctus seruauerit, & simul excrementa propriis ipsius tum tẽsionibus, tum motibus eiecerit: Ad quod sanè opus cohibitio spiritus conducere non parũ mihi videtur. Quippe exilia instrumentorum foramina, vehementiori spiritus inflatu videas etiam expurgantes

Pharyngẽ esse caussam, tũ efflationis, tũ cohibiti spiritus, atq; adeo ipsius uociferationis.

Spiritus cohibitio, quæ ad apotherapiam est utilis, quo fiat modo.

Fasciarum circũactus quorsum, & quotu pliciter fiant.

Spiritus cohibitio cui operi conferat.

opifices: extruduntur siquidem quæ ante occurrũt: at trahuntur quæ ad latus sunt posita, impetu ipsius spiritus vtraq; acta. Quum autem vehemẽtissimi materiæ impetus, diuersis temporibus, ac rationibus, cõtrarios edere effectus possint, obstruere quidem, quum crassum & multũ fuerit, quod confertim ac præceps agitur: purgare verò, quum exiguum tenueq; est, nec prępropere, nec violẽter cogitur simul vniuersum expelli: rectè mea quidem sentẽtia illi faciunt gymnastæ, qui inter ipsam vehementem exercitationem interponũt cohibitionem spiritus, nec nõ frictionem quę apotherapiæ debetur, simul hominem recreãtes, paulatimq; ipsius cutis expurgantes meatus. Nobis autem proposito iuueni, quum mediocri exercitio atq; etiam uictus ratione vtatur, non est opus interpositione id genus, quam ob contrarias caussas athletæ postulant. Ac de apotherapia quidem abundè nobis est dictum. Nũc de balneis agere tempestiuum videtur, ac primum quidẽ de aquis dulcibus calefactis. Earum igitur, si media tẽperie sint, vis calida & humida est: sin tepidiores, humida & frigida. Quòd si iusto calidiores reddantur, calida quidem, sed non perinde humida. Quippe horrere corpora, contrahiq; exiles eorum meatus cogunt, ita vt neq; madescere ab extrinsecus accedente humore possint, nec excrementi quod intus latet, quicq̃ emittere. Cæterùm ab iis incipiendum, quæ medium temperamentum obtinent, quæ per se semper calfaciunt, & humectant, licet interdum ex accidenti aut per halitum digerãt humores, aut superuacua fluxione corporis particulas impleant, aut molliãt, aut concoquãt, aut vires firment, aut soluant: ad hæc siquidem quantitas quoq; earum non minimum confert. Huius autẽ balnei iuueni à nobis descripto perexiguus est vsus, vt qui omnia iam ex mediocri exercitatione, & dicta apotherapia sit consequutus. Nihilo secius tñ si probè bal-

Materiæ impetus, contrarios edere affectus posse.

Spiritus cohibitionẽ interponẽdam esse exercitio uehementi.

balnea cal. 192

Aquam dulcẽ calfactã, pro intensione, ac remissione caloris quem suscipit, uarias facultates sortiri.

Aquæ modice calfactę, per se humectãt semp & calfaciũt: ex accidẽte uires alias sortitæ.

Balnei moderate calentis usus.

neum adhibeas, ipsum quoq; apotherapiæ pars aliqua sit. Siquidem duras tensasq; partes emollit: excrementum, liquamentúq;, si quod intus ad cutim hæret, euocat. Verùm neutrius horum eget talis adolescentulus. Quare elui sibi in balneo sudorẽ & puluerem, si quãdo hoc vtitur, magis postulat, q̃ calefieri. Ergo transire tantùm ad solium vsq;, non in balneo morari is debet. Sed nec immorari huic in piscina est opus: imò lotus quatenus dictũ est, festinet confestim ad mediocriter frigidã.

balnea frig.

Frigida lauandum nõ est optimũ corpus, quãdiu augescit.

Siquidem optimũ corpus quoad augescit, frigida lauandum non est, ne eius incrementum moretur. Vbi verò iam abundè est auctũ, iam frigidę quoq; assuefaciendũ, vt quæ & illud roboret, & cutem durã atq; densam efficiat.

Frigidæ lauationis usus.

Frigidæ lauationi tẽpus, & gymnasteriũ aptum.

Tempus aũt ad id percõmodum est æstatis initium, ut ante hyemẽ tutò interposito tempore, cõsuetudo minimè spernẽda inducatur. Esto præterea dies, quo auspicabimur, q̃maximè tranquillus, & quoad id tempus feret, calidissimus: cuius etiã calidissima pars eligenda est: sicuti & gymnasteriũ mediocriter temperatum.

Frigida lauatione usurus, medium quarti septennii attingat.

Qui verò frigida utetur, in quarti maximè septenii medio consistat, pristinã salubritatẽ ad unguem seruans: sitq; is quum animo hilari, tum minimè abiecto: ac primùm quidẽ linteis durioribus fricetur, q̃ antea, uehementius. Dein oleo prout assueuit fricetur: ac postmodum exercitet̃, exercitationibus multitudine paribus, sed citatioribus q̃ antea. Ab his in frigidam, eamq; nec tepidam, nec glacialem, totus simul insiliat.

Aqua glacialis ferit insuetos, atq; impẽse refrigerat.

Altera nanq; repercussum caloris nõ facit: altera ferit insuetos, atq; impensè refrigerat. Quanq̃ hac procedẽte tempore utetur, si necessitas exigat.

Frigidæ lauationis commoda.

Exeũti uerò ab aqua fricari oleo, idq; à pluribus expedit, quoad cutis ipsa incalescat. Post hæc cibum plus q̃ consuetum, potionẽ intra consuetudinẽ capiat: quæ ultro ipsæ facturus est, mõ sint omnia ritè peracta. Nam à frigida lauatione & plus appetunt, & melius cõcoquunt, ac minus

sentiunt, ueniuntq; ad exercitatiões postridie planè meliori habitu: corporis quidẽ mole, pari ei quæ ante, cæterùm cõpacta & musculosiore, ac vegetiore: cute verò duriore ac densiore. In hoc ergo secundo præterea die, similiter omnia sunt peragenda, etiã tertiò & quartò. Postea verò, procedẽte tempore, ad eundẽ modum frigidam iterum ĩgredi iubebimus, uidelicet post eam quæ priori ingressui successit frictionem: verùm tertiò eam ingredi, minimè laudo. Nam & secundò id fecisse est abundè, præsertim quum pro arbitrio nostro remorari, ac detinere illic hominẽ liceat. Cæterùm si egressus frigidã, coloratior ex frictione cito reddat̃, id mediocriter moratum fuisse indicat. Sin & tardius ei calor redeat, & decolor diutius maneat, plus æquo moratũ docet. Quare ex notis quæ in cute sunt, disces moræ mensurã.

Mensurã moræ futuræ ĩ frigidæ balneo, ex notis q̃ in cute uisuntur sumi. *lassitudo*

Quia verò fieri non põt, quin iuuenis exercitationib⁹ deditus, aut sui ipsius, aut etiã gymnastæ errore aliqñ in lassitudinem incidat, nõnihil de ipsa dicendum est.

Lassitudinis differentiæ in uniuersum sũt octo.

Porrò lassitudinis in uniuersum octo sunt differentiæ: quatuor simplices, totidẽq; compositæ. Nam q̃ incendi, tendiq; corpus videat̃, & q̃ mouenti se vel vlceris, vel phlegmonis sensus oboriat̃, affectiones non sunt, sed symptomata.

Lassitudo ulcerosa unde pficiscatur. 1

Simplicium igit̃ lassitudinis differentiarum, prima est vlcerosa, quæ orit̃ ab excremẽtorum copia tenuiũ simul & acriũ, adeò pungentiũ ac veluti vulnerantiũ tum cutem, tum carnẽ inter exercitandum, ut etiã horror ac ceu cõcussio uniuersi corporis interim oboriat̃.

Lassitudo tensiua quãdo accidat. 2

Secunda est lassitudo tẽnsiua, citra vllũ ulceris sensum. Accidit nãq; in vehementi tẽsione omnes musculorũ fibras tendi, eas tũ imprimis lassari, quæ per longitudinẽ tensionis porrigũtur. Quippe ubi tensæ fuerunt ĩmoderatius, tendi adhuc vident̃, etiam si nulla iam tensione vrgeantur.

Lassitudo concussoria qualis, & qũ sentiatur. 3

Tertia differentia dicitur concussoria, qua nimirum ceu contusas aut phlegmone obsessas partes sentimus: eaq; tum solet maxi-

mè incidere, quum muſculi nimium excalfacti attraxerunt quippiam ex circũfuſis ſibi excrementis. Quòd ſi etiam tum tendonibus, tum neruis idem affectus incidat, ὀστόκοπον quaſi oſſium laborem, ob penitiorem ſenſum, eum uocant. At differentia quarta, quæ impropriè dicitur laſſitudo, tum incidit, quũ muſculi ſupra iuſtum ſiccãtur, ſic vt ſqualens contractũq; corpus videatur, atq; ad motum quodãmodo pigrũ: citra tamen vllum nunc deſcriptorum ſymptomatũ. Harum autem quatuor differẽtiarum ſingulis, ſua remedia ſunt. Cæterùm laſſitudo vlceroſa, maximè in ea incidit corpora, quæ & mali ſucci ſunt, & excremẽtis abundãt. Succedit verò recẽtibus cruditatibus, quũ aut exercitantur immoderatius, aut in ſole ſunt morati. Nihil tamen obſtat, quominus in corpore boni ſucci & citra cruditatem proueniat, utiq; ob exercitationis exceſſum. Remedium autem huius eſt redundantis euaporatio, quæ fiet frictione tum multa, tum molli, cum oleo adhibita, à quo omnis aſtringendi uis abſit: quod genus maximè ſabinum eſt. Aduerſiſſimũ verò huic affectioni eſt, quod ὀμοτριβὲς ex Hiſpania & Iberia portatur: quodq; etiam fit circa Aulonem. Vtendum itaq; eſt dulciſſimo oleo & copioſo, primo quidem die, quo ſuſpecta laſſitudo omnino non ſit futura. Secundo verò, vt ſi qua incidit, diſcutiatur. Diſcutit porrò eam apotherapia, in qua ſcilicet motus adhibeas quãtitate mediocres: qualitate tardiores: idq; cũ frequenti interpoſita his quiete, qua vtiq; fricare hominem oportet, pluribus cõtrectantibus, quo nec frigeſcat pars vlla, & excrementa ocyſſimè digerantur. Porrò frictionum plus adhibebitur iis qui in cute & ſub cute excrementorum collectam vim habent. Motuum verò, quos ipſimet edãt, in altera laſſitudine, in qua plus eſt in ipſis congeſtum muſculis. At laſſitudo tenſiua, pro remedio relaxationem poſtulat. Ea nanq;

Ὀστόκοπος.

Laſſitudo ſqualida.

Laſſitudo ulceroſa q̃ potiſſimum corpora infeſtet.

Laſſitudinis ulceroſæ remedia.

Oleũ Sabinũ.

Laſſitudie affecti ulceroſa, quibus motibus, ac frictionibus ſint tractandi.

Laſſitudinis tẽſiuę curatio.

tenſioni contraria eſt, quemadmodum & duritati mollities. Hac autem laſſitudine affecti relaxabuntur pauca molliq; ex oleo dulci, egelidoq;, frictione: tum intermiſſione omnino, aut quiete, aut lauatione medii temperamẽti, atq; in calida pluſcula mora: quòd ſi bis ter'ue laueris, plus proderis. Hi verò & poſt balneũ ungi deſyderant, prius q̃ veſtiantur. Quin etiam poſtero die, quum è cubili ſurgunt, ungi his expedit, nunquam tamen oleo extremè frigido, nec dura frictione. Tertia laſſitudo quæ ex uehentiſſimis naſcitur motibus, atq; eos maximè inuadit, qui exercitationibus aſſueti non ſunt, vacuationem ſuperuacanei, extenti requiẽ, & inflammationis refrigerationem deſyderat. Ergo et oleum copioſum & tepidum cum frictiõe molliſſima, & longiſſima in medii temperamenti aquis mora, huiuſmodi laſſitudines corrigit. Quòd ſi paulo tepidior aqua ſit, præſtiterit. Ad eundem modum & multa qes, & vnctio aſſidua, breuiterq; omnia quæ id quod laſſatum eſt, quiete, lenimentoq; recreant, ac quod ſuperuacuum eſt per habitum digerant. Differentia autem quarta, quæ gracilitatem tantùm, atq; ariditatem inducit, primo quidem die nihil diuerſum poſtulat, ab iis quæ iam dicta ſunt, præter calidiorem aquam, quæ ſenſim contrahat, calefaciat, & roboret cutem. Secundo die apotherapiæ exercitationem, quæ tum motu, tum frictione, & pauca, & mollis, & tarda ſit. Præterea ſolium ſimiliter calidum: verùm protinus inſiliant in frigidam, quo videlicet ipſis robur in cute vnà cũ calore conſtet. Nam & minus ſic difflabuntur, & facilè in carnem & cutem nutrimẽtum reſument. Poſtulat autem id corpus nutriri ſimul & madefieri, id quod ſimul vtrũq; præſtat humidum nutrimentũ. Cæterùm laſſitudo vlceroſa poſt legitimam apotherapiam, conſuetum nutrimentum deſyderat, aut etiam parcius, prætereа humidius. At quæ tenſionem laſſitudo præfert,

Laſſitudinis quaſſantis remedia.

Laſſitudinis aridę remedia.

Victus rõ ſingulis laſſitudinũ generibus congruens.

ea etiam magis quàm vlcerosa, parcè nutriri postulat. Quæ verò phlegmones sensum affert, ea supra reliquas omnes, tum humidissimum, tum minimum, tum verò quod refrigerans quippiam habeat, requirit. Boni succi tamen nutrimẽtum omnes qui lassitudine grauantur, iuxta postulant. Cauendus tamẽ in vlcerosa & ea, quæ phlegmones sensum exhibet, glutinosus cibus est, ceu qui excrementorũ digestionem moretur. At in tensionis lassitudine, etiam exhibendum eiusmodi nutrimentum est, sed minuto eius modo. Lassitudo autẽ interdum lassitudine soluitur, quum videlicet hesternis exercitationibus, pares postridie adhibendas videtur expediens. Sicuti & lassitudinis interdum medela est quies, partim in iis quæ ex congestis excrementis lassitudines consistunt: partim in iis, quæ tensionis & phlegmones emphasin præbent: parcius tñ nutriendi sunt in hac lassitudine quæ phlegmones sensum præfert: in vlcerosa verò, pro consuetudine, ubi rectè apotherapia sunt vsi. Sicuti & vberius cibandũ, in ementita illa quarta lassitudinis differentia. Simili rõne, & medii temperamenti aquis lauandũ in iis tantùm differentiis lassitudinis est, quæ ex redundantia superuacuorum sunt natæ. Porrò humidũ nutrimentum siccitati medetur: ipsum tamen nec remedium nec cautio lassitudinũ est. Sed quum membra sicciora sunt facta, nulla tamẽ nec tensio subest, nec tenue acreq́; excrementũ, nec phlegmonæ affectus similis, reficere nutrimento humectãre expedit, quæ exhausto humore sunt siccata: alioq̃ gracilius & aridius q̃ fuerat, postero die cernetur corpus. Porrigitur autem interdum minus q̃ pro cõsuetudine, aut propterea ꝙ pari opus non est, aut ꝙ concoqui id non possit. Iam uerò, in eo quidem affectu qui ex neruosarum partiũ tensione consistit, calidiori q̃ ex cõsuetudine lauari non cõuenit: simili rõne neq; in iis quos excrementa excitarunt. In gracilitate autem quæ ci-

Lassitudo interdum lassitudine soluitur.

Lassitudo ĩ q̃bus soluẽda sit quiete.

quale balneum conveniat lassitudinem (?)

tra hæc cõsistit, expedit calidiore aqua, q̃ quæ mediocriter se habeat, lauari. Siquidem sic affectoꝝ refectio, in appositione eius quod est detractũ, consistit: id quod nequit accidere cuti existente laxa. Cogere ergo hanc prius astringereq́; atq; densare oportet, si qua plenioris nutrimenti expectanda est utilitas. Sanè cogit, clauditq́; tum frigida, tum feruens aqua. Verùm à frigidæ usu lædi hominem metus est, utpote qui iam ex multa exercitatione & laxior, & vacuus est redditus. Ex feruenti, ut noxa certè nulla, ita secura in cute dẽsitas paritur, ipso qui in ea derelinquitur calore nonnihil conferente. Vnde nec immorari in frigida nimiũ debet qui ita est lauatus, ut quæ feruentis lauationis cõmoda frustretur. Cæterùm his dũtaxat corporibus quæ bona habitudine sunt, quarta illa impropria lassitudinis differentia incidit: cuiusmodi sunt athletarũ qui bene sunt nutriti: nec non propositi nunc in disputatione iuuenis. Sunt itaq; tres propriæ ac simplices lassitudinis differentiæ, illæ primæ de quibus iam egimus. Post has ex binis copulatis aliæ fiunt tres. Ab iis verò septima est, vbi in vnum coeunt tres notæ. Remedii verò cõmune in omnibus complicatis cõsilium est, vt ei quod superat, sis intentus: nec tamen quod reliquũ est, planè contẽnas: proprium verò, ab iis membratim affectib⁹ accipiendum est. Sicuti verò lassitudines ipsæ numero tres, si inuicem illas coniungas, quatuor cõiugationes efficiunt: ita sanè si his quartum affectum addas, multo plures existẽt. Quod dicimus, ex descriptione licet clarius intelligas. In ea primum locum vlcerosus habeto. Secundum in quo tensio est molesta. Tertiũ, qui phlegmonæ similis est. Quartum, in quo corpus gracilius est redditum. Ex his igitur, aut primus cum secundo coniungetur, aut cum tertio, aut cum quarto: aut rursus, secundus cum tertio, vel quarto: aut deniq; tertius cum quarto: ita nimirum vt ex binis coniun-

Calidiore aq̃, q̃ quæ mediocriter se habeat, in quo sit affectu utẽdũ. 203

Cutim cogi, claudiq; ab aqua tũ frigida, tũ feruenti.

Frigidæ lauatio ubi periculosior sit, q̃ q̃ administratur per calidam.

coniugationes lassitudinum

Lassitudinis tres alias differentias oriri ex tribus primis, dum bine inter se copulantur: ac septimã deniq; dũ in unum simul oẽs tres coeũt.

Complicatorũ affectuũ illi eẽ intenti debemus, qui superat: interim nõ negligentes alterum.

ctis affectibus, sex in vniuersum complexiones oriantur. Rursus, quum tres vnà miscueris, quatuor aliæ fiunt. Nam aut primum iunxeris cum secundo & tertio, aut cum secundo & quarto, aut cum tertio & quarto: aut rursus secundum cum tertio & quarto. Postrema omnium complexionũ erit, ubi quatuor simul coierint, ita vt vndecim numero in totũ fiant. Erant verò & simplices quatuor: efficiunt itaq; in vniuersum quidecim.

Lassitudinum coniugationes quindecim.

Simplices affectus.

Vlcerosus A. Tensionis B. In quo phlegmones sensus est, C. Gracilitatis, D.

Compositi.

AB. AC. AD. BC. BD. CD. ABC. ABD. ACD. BCD. ABCD.

Quòd si præterea occlusæ cutis aut aliorum symptomatum differentias, tum secum, tum cum his quindecim complicueris, innumeras alias complexiones ueneris. Vnusquisq; igitur horũ affectuum, si quidem per se cõsistat, simplex remedium exiget. Sin alteri sit coniunctus, illi p. æcipua medendi ratio adhibenda est, qui dignitate & virib⁹ antecellit. Ac dignitate quidem & virib⁹ maior lassitudo est, quæ phlegmones sensum præfert, quàm excrementosa. Est affectus iã dictis proximus, & ipsa meatuum cutis angustia, quæ obstructis illis aut densatis contingit. Ac obstructio quidẽ ex lentis, crassisq; excrementis oritur: densitas, tũ ab iis quæ astringunt, tum quæ refrigerant. Verùm obstrui propositi nobis corporis cutis, si ad præscriptam rationem rite agatur, non potest: densari certè aliquãdo potest, tum ex valido frigore, tũ aluminoso balneo. Fieri autẽ potest, vt & post balneũ, sudorem ue, prius laxata cute, auræ flatus incidens, obstructionem quampiã densationemq; efficiat. Cui remediũ est calfactio: ac proinde valentiore exercitatione, ac balneo calidiore utendum,

Affectus simplices, simplex remedium postulant.

Obstructio unde oriatur.

Dẽsitas unde.

dum. Magis autem ad rem pertinebit, si in prima domo pinguiter oleo aliquo antiquo, relaxanteq; (quale Sabinũ est) uolutetur. Mora verò in frigido solio diuturna ne sit, sed neq; aqua frigida. Inducẽdi autem, ungantur aliquo, quod mediocriter calefaciat. Oleis quidem, ex iis quæ in Aegypto habẽtur, cicino & rhaphanino: in reliquo orbe, dulci, tenui, ac modicè antiquo. Vnguentis verò, susino, gleucino, irino, amaricino, & commagino. Ex quibus sanè gleucinum, prorsus acopum est, ac relaxans. Paulo hoc calidius, magisq; relaxans susinum est. Irinum uerò & amaricinum, & commaginum, etiam susino calefacere potentiora, iis affectibus, qui propriè frigiditates dicuntur, sunt idonea. Cutis tamen densitati sanandæ, etiam anethinum est satis, maximè si ex viridi anetho fiat. Facit & ad tales affectus acopum quod ex abietis semine conficitur. In vniuersum autem, quũ in idem varii affectus coierint, hi, si vnam medendi rationem indicent, vtiq; intendi magis eam rationem conueniet, quàm si singuli seorsum consisterent. Sin contrarii sint, is qui vincit affectus prius est corrigendus, ita tamen ne reliquum omnino negligas. At qui vel propter ætatem, vel etiam alia ratione imbecilles, concubuere, in his virium infirmitas necesse est superet. Qui verò firmiores & iuuenes, veluti qui nũc est propositus: horum habitus corporis in raritatem magis, q̃ vires in imbecillitatẽ, mutatur. Itaq; etiam corriguntur hi per ea quæ cogũt & contrahunt, qualis præparatoria existit. Quòd si etiam ex venere & refrigeratio sentiatur, tum præcipuè præparatoria exercitatione est vtendum: quandoquidem ea non solùm calorem excitat, sed habitum etiam cogit, atq; constringit. Si verò anni tempus non dissuadeat, neq; à frigido balneo abstinendum censeo. Sit autem cibus & humidior, & parcior, medioq; temperamento, vel calidiore. Nam quum corpus à venere &

Olea calida et relaxantia.

Vnguenta relaxantia.

Anethinũ unguentũ esse aptum cuti dẽsæ laxandæ.

Affectus uarii si in unũ conspirẽt, qd agẽdum.

Venereo ex usu imbecilliores redditi, aut exoluti, aut refrigerati, qua ratiõe corrigi debeant.

Venus reddit corpus laxius, frigidius, ibecillius & siccius.

laxius, & frigidius, & imbecillius, & siccius sit redditū, debent planè quæ densent, & calefaciant, & vires reparent adhiberi, atq; ad hæc studium omne impēdi. Post vigiliam autem, vel tristitiam, vel ambas, quæ apotherapia dicitur exercitatio idonea est: si tamen cruditas absit. Nam si qua subsit, omnino exercitandum nō est.

Apotherapia quādo sit utilis.

Exercendū nō esse si subsit cruditas.

Quum autem à vigiliis & tristitia magisq; aridi, ac minus dicto audientes planè cernantur, siccius existimandum est his redditum esse corpus. Quare tales affectus, partim molli frictione ex multo oleo, partim temperato balneo sanantur: partim tarda & modica agitatiōe, quæq; subinde interponat quietem. Is verò apotherapeutici exercitii erat modus. Ad eundem modū ea quæ ab ira, vel potionis penuria siccitates fiunt, corrigēdæ sunt.

Siccitates a uigiliis & animi affectibus ortæ, quō corrigendæ.

Contraria prorsus à iam dictis rōne humiditates emendare cōueniet, quacūq; ex occasione proueniāt. Quippe studium in his ad siccationem dirigitur. Cæterùm si ex longiori desidia, & humectantis alimenti immodico intēpestiuoq; vsu contracta humiditas est, longiori remedio est opus: sin ex liberaliori potione quæ pridie sit hausta, citra ullum capitis, aut oris ventriculi affectū constiterit, eā vel vnico die persanare licebit, si sicca frictione largius, & exercitatione veloci, & parciori potione, & sicciori cibo vtere.

Humiditatū curationes diuersæ, secundū uarietatem causarum.

Porrò si lassitudinis sensus vllus à somno appareat ī proposito iuuene, atq; is siccior iusto cernatur, vngendus dulci oleo est, fricādusq; ut omnino parcissimè, ita neq; duriter, nec molliter est, idq; matutino tempore. Quòd si etiam cutis densitatē corrigere studes, vtiq; ei quæ ex duris tū frictione, tū contrectatione, præterea vehementi excitatione orta est, mollis frictio cum copioso, & dulci oleo medetur. Quæ verò contracta ex frigore est, eam primùm frictione sicca ac celeri, deinde cum oleo adhibito calefacientes, naturæ suæ restituemus. Laxitatem verò quæ frequens balneum & mollem frictionem, &

Cutis densa quo relaxāda.

Laxitas cutis qua ratione sananda.

veneris vsum consequuta est, paucula frictione, primū quidem sicca, deinde cum oleo quopiam eorum quæ astringant sanaueris. Humiditatem quæ nimiæ potioni successit, sicca frictio cum linteo administrata, vel cū manica, interdum etiam solis manibus, corrigit. At vespertina frictio iis vtilis est, quos vel lassitudo valida premit, vel siccitas malè habet, vel atrophia macerat.

Frictio uespertina quib' utilis.

Igitur in natura proposita, quum valida lassitudo, vel immodica siccitas corpus afficit, prandium minus esto, tum ab eo ad cœnā longius interponatur tempus. Præterea plurimum quiescat: modicum tamē inambulet, quo cibus per erectam agitationem cōcussus subsidat. Vtilius etiam fit, si & aluum exonerare possit. His etenim probè peractis, securus oleo dulci frices, idq; uentre prorsus intacto. Quòd si in musculis ei vicinis vel lassitudinis sensus aliquis, vel siccitas appareat maior, vngi debebunt mediocriter, & blandè, & suspensa manu.

Prandium quādo esse debet minus.

GALENI PERGAMENI DE SANITATE tuenda. Liber IIII.

NVNC AVTEM PRIMO de morbosis symptomatis disserere est animus, prout citra exercitationē incidunt. Secundo loco de illis quæ similitudinem quandam cum his habēt. Ac quæ īmodicas quidē exercitatiōes lassitudo excipit, sanorū symptoma est: quæ verò sine his cōsistit, morbosum. Itaq; & ab Hippocrate cōmodissimè dictū esse videt̄, lassitudines spōte natas nunciare morbos. Atq; vlcerosus quidē sensus symptoma lassitudinis est. Causa verò vnde ea nascit̄, affectus lassitudinis est. Huius rursus ipsius causa, bifariam scinditur.

Lassitudines sponte natæ morbos prænunciant.

Causa antecedens q̃dicat.

Aut enim intra ipsum animalis continetur corpus, diciturq; antecedens, internaq;: aut omnino non inest,

Causa procatarctica quæ.

ac procatarctica nominatur, siue primitiua, siue etiam externa. Itaq; tria in vniuersum genera sunt, de quibus habendus sermo est: ipsius lassitudinis symptoma: affectus vnde hoc oritur: & affectus ipsius causa. Cuiusq; igitur horum species quædam differentes sunt. Causarum, externa & interna: affectus, is qui vlceris: & qui tensionis: & qui phlegmones sensum ĩuehit: symptomatis verò, ipsi tres sensus. Qui igitur vlceris sensum facit, is affectus motis quidem grauem excitat sensum, ceu corpus vlceretur. idq; vel circa cutim tãtũ, vtiq; quum est moderatior: vel circa subiectam illi carnem, quum est valentior: vel circa vtranq;, quũ adhuc est atrocior. Atq; sensus ipse est symptoma.

Vlcerosus sensus triplex.

Vlcerosus sensus unde proueniat.

Affectio uerò ex qua id nascitur, acrimonia est tenuis & calidi humoris, qui corpus erodit & pungit. Oritur hæc aliquãdo ex immodico motu: aliquando ex uitioso succo. Ac tales lassitudines spõtaneas appellat Hippocrates.

Lassitudo tensiua solet superuenire plethoricis.

Tensiuæ lassitudinis genus plethoris solet superuenire.

Lassitudo phlegmonosa unde contrahatur.

At tertium lassitudinis genus quod phlegmones sensum affert, ex ambobus oritur, tum nimia boni succi abundantia: tum prædicto vitioso succo. Solus aũt rodens & acris succus lassitudinẽ vlcerosam inducit, idq; dum à venis ad carnes atq; cutem transfertur.

Lassitudinem ulcerosam a neutra plenitudine, neq; secundum uasa, neq; ad uires oriri.

Qui verò ex abundantia nasci hanc lassitudinem putant, falluntur. Nam neq; ex ea copia quam plethoram dicimus, neq; ex ea quę vires prægrauat, vlceris sensus procedit, sed grauitas, vel ad motiones segnitia, vel vitia quædã in pulsibus. Porrò vbi erodentibus succis corpus ipsum scatet, minimus quidẽ motus, lassitudinis dũtaxat sensum inducit: vehemẽtior, rigorem excitat: medius inter vtrũq; horrorem parit.

Rigor unde.

Horror unde.

Potest enim tum horror, tum rigor à calida causa excitari. Impellitur autẽ ipse acris humor, interdum à sensibili corpore, quod repel-

lendi alieni vim possidet: interdum à vehemẽtiori motione, id quod tum ab exercitando, tum frictione, tum balneo conquirit. Quòd si calida & putria excrementa sint, vbi vehementius mouentur, non horrorem modò, rigorem'ue, sed etiam febrim accẽdunt.

Febris quãdo accendatur.

At quæ frigida sunt & ex partibus tenuibus constant, ea horrorem quidem rigoremq; inducunt, nõ tamen febrẽ. Porrò vim quãdam vtriusq; congestam esse oportet, si hæc fuerint. Oportet igitur excrementum, siue calidum id sit, siue frigidum, ipsum aut expellas, aut certè alteres. Cæterũm quod prorsus alienum est, id ægrè alterari à natura potest: ac proinde educere id quãprimum tentandum est: æquè certè vt quæ in vẽtre corrupta prorsus sunt, ea vel vomitione, uel deiectiõe expelli profectò est optimum. Non tamen perinde promptum est in carne, atq; aliis corporibus imbibitum vitiosum succum educere.

Excrementorum uitiis qui occurrit, uacuationem & alterationẽ scopos communes habet.

Cõmunes igitur scopos, quibus quis omnium excrementorum vitiis medeat, iam diximus vacuationem & alterationem esse: proprios verò vtriusq; generis adiiciamus. Neq; enim vna tantũm ratione educendum alterandum'ue est: sed explorata, quæ ei quod affligit, magis accõmodata sit, ei est insistendum. Ea autem ex cuiusq; contrario debet administrari. Quoniã igit lassitudo vlcerosa, vitio acriũ excrementorum oritur, ante omnia consyderandum est, in solidis'ne tantũ corporibus, an intra venarũ sinus, malus succus contineatur. De iis verò quæ intra venas sunt, nullum planè nec manifestum, nec euidens signum habemus, præter solam vrinam.

Vrinã solã indicare naturã humorũ delitescẽtiũ in uenis.

Coniicere tũ licebit ex natura, consuetudineq;, ac breuiter ex vniuersa uictus & exercitii ratione, corporis ea lassitudine affecti, qualis ipsius mali succi sit modus. Nec minus profectò ex vniuersis affectibus cutis, quibus aliquãdo tentari est solitũ: ac deniq; ex euacuationibus aut retentis, aut intermissis. Vbi igitur omnino exiguus, & ad cu-

tim tantùm collectus ipse vitiosus est humor, mediocrius remedium postulat: valentius autem, si multus & in profundo. Porrò si à nobis ille boni succi antea propositus iuuenis, nunc necessitate quapiam vrgente, longi temporis iter cõfecerit, in quo praua victus & exercitii ratione vsus fuerit, nihil tamẽ in modo assumptorum deliquerit, ac proinde neq; in cruditatem inciderit, talis certè multum mali succi congessisse non potuit: quare sola apotherapia curatur: huc omni reuocato consilio, vt excrementa quæ circa cutem sunt, educantur, propterea q affectus in hac vnà consistit. Quòd si præter alia etiam in cruditates inciderit, sentiatq; nõ cute tenus modò, verùm in alto corpore vlcerationis sensum, sic ut totum id malis succis refertum suspicere, huic nec exercitationem, neq; vllum omnino iniungemus motũ, sed quiescere ac dormire iussum, in abstinentia totum diem exigere cogemus. Dein uesperi pinguiter vncto, & tẽperato balneo mediocriter lauato, pro cibo dabimus sorbitionẽ aliquam boni succi, sed planè quãminimam. Nec tamen à vino eum abstinebimus. Concoquit enim id semicrudos humores, tũ sudorem, vrinamq; promouet, ac somnum conciliat. Quod igitur mali succi iam planè corruptum est, nec concoqui potest, id sudore, vrinaq; expellatur: quod semicoctum adhuc est, concoquatur, atq; utile reddatur. Id autem quies & somnus optimè præstant. Si ergo his peractis malum constiterit, ad consuetudinem rursus reducendus homo est. Sin in posterum etiam diem duret, de valentiore iam remedio est cogitandum: maximè si per noctem vel lassitudo magis quàm antea, vel fastidium infestet, vel peruigilet, vel somnos turbatos, & imaginationibus inqetos habeat. His siquidẽ si vires nõ dissuadẽt, aut sanguis mittẽdus est, aut purgatio exhibenda. Nã si vires ĩbecilliores dehortant, sanguis mittendus nõ est, sed deiectione mediocri vtendũ. At con-

(handwritten margin:) lassitudinis ex cruditate remedia

Apotherapia sola qñ sit lassitudinis ulcerosæ sufficiens remedium

Lassitudinis ulcerosæ, cõiũctæ cruditati, curatio.

170 Balneorũ usus in cruditatib⁹.

Vini opera.

Corrupta uacuanda esse.

Cruda esse coquenda.

Cruda concoqui a quiete et somno.

Sanguis quando mittendus.

Deiectione qñ est utendum.

stante robore viriũ, si lassitudo adhuc ĩfestet, ac vitiosus quidẽ humor qui ipsam gignit, cũ sanguinis copia cõsistat, vena tũdenda est, aut aliquid quod tantũdem valeat agendum. Sanè tantũdem potest, hæmorrhoidum, menstruorumq; prouocatio, quibus suppressa sunt. Quibus autem horum est nihil, malleolorum incisio cum scalpello. Post hæc aluus eo medicamento deiicienda est, quod malo succo maximè accommodatum sit. Quòd si vitiosi tantùm succi, citra sanguinis copiam subsint, purgatio petenda est, quæ infestanti excremento sit etiam commoda. Hinc autem mali succi notæ sumentur. Qui in otio degunt, hi pituitosum succum solent accumulare. Quos multus labor exercet, hi biliosum, vel melancholicum, illum æstate, hunc autumno gignunt. Quanto autem diuturniores labores fuerint, tanto sunt ad atrã generandam bilem magis procliues. Præterea qui cum multo sudore obeuntur, hi crassius excremẽtum faciunt: qui sine sudore peragũtur, magis tenue, veluti qui hyeme, & frigido aeris statu colliguntur. Ad hæc etiam, non solùm vrinæ multitudo & qualitas, sed ipsius etiam, sudoris cõsyderanda est. Cuius in eo qualitatis dignotio nõ modo ex gustu & olfactu, sed ex colore etiã facilis est. Pallidus quippe cernit sudor, pro eiusmodi bilis rõne. Sæpe tñ post validissimos labores & vehementẽ æstũ, planè flauus conspicitur: aliqñ medius, atq; ex ambobus mixtus. Ad eundem modum & ipse bilis humor se habet. Qualiscunq; verò is in corpore habetur, tale necesse est eius appareat serum. Ac sudor quidem succorum qui in vniuerso corpore abundant, nota est: vrina eorum tantùm qui vasis continentur. Itaq; tum consistentiam, tum colorem vrinæ, necnon quæ in ea pendent, aut sidunt, perpendere oportet, ut quæ ostendant qualis nam sanguis sit qui in vasis habetur. Quando si is biliosus sit, serum quoq; eius biliosum es-

Malleolorũ incisio quando molienda.

Cacochymiæ notæ unde sumendæ sint.

Humores crassiores gigni, p labores qui cũ sudore obeuntur: tenuiores aũt in illis, qui absq; sudore fiunt.

(handwritten margin:) Sudor et vrina

Sudorẽ esse notam succorum qui in uniuerso corpore abundant. 177

Vrina indicat tantũ quæ cõtinentur in uasis. 165

ſe neceſſe eſt. Simili mõ pituitoſum, ſi pituitoſus. At
Vrina aquoſa & tenuis, quid indicet.
vbi crudus planè is eſt, vtiq; tenuis aquoſaq́; vrina cer
nitur: nihil nec quod ſidat, nec quod pendeat in ſe ha-
bens. Vbi autem concoctus, hæc in vrina apparent, de
ſuperq́; tenues quędam nubeculæ. Quòd ſi turbida ſit,
Turbulẽta urina q̃d indicet.
qualis veterinoꝝ uiſitur, crudis ſuccis refertas uenas i-
dicat, non tamen ceſſare naturã, ſed eos valenter con
coquere. Si verò celeris ſeparatio craſſi à liquido in ea
cernitur, ſitq́; quod ſubſidet album, lęue, & æquale, iã
iam ſuperaturã ipſos omnes ſuccos naturam, indicat.
Sin quum emingitur, pura ſit, protinus uerò turbetur,
Vrinæ permutatiõis ſpecies uariæ.
iam crudi ſucci cõcoctionem aggredi naturam docet.
At ſi interpoſito tempore turbetur, non protinus, ſed
poſt aggreſſuram inſinuat. Similiter ſi protinus ſepara
tio fiat, & id quod ſubſidet, ſit albũ, læue, & ęquale, ſu-
periorem longè naturam ſuccis quos concoquit, indi-
cat. Sin bonum ſit quod ſubſidet, ſed longiori tempo-
re colligatur, etiam naturam temporis ſpatio ſupera-
turam ſuccos declarat. Si verò vel omnino nulla ſepa-
ratio, vel id quod ſubſidet malum ſit, imbecillitas natu
ræ ſignificatur, egetq́; ope aliqua ad ſuccos percoquen
dos. Sicuti verò vrina ſuccorum qui in vaſis ſunt con-
Sudor quid indicet.
ſtitutionẽ prodit: ita ſudor, & alia quæ per vniuerſum
animalis habitum conſpiciuntur, eorum qui illic ſunt
affectus demonſtrant. Quippe ſuperantibus in eo cali-
dis ſuccis, ĩſolitus caloris ſenſus percipitur: frigoris ue
rò, quum frigidi dominantur. Iam albiores pituita do
Color a ſucco proficiſcit̃, non a ſolidis aĩalis partibus.
minante: pallidiores, bili abundante, cernuntur. Siqui-
dem color à ſucco prouenit, non à ſolidis animalis par
tibus, vtiq; quum ſe ſucci in altum non receperũt. Ac-
cidit verò id illis propter frigora, rigores, vel animi af
Succi a q̃bus cauſis ĩtrõ pellantur.
fectus: veluti timorem, uel ingentem triſtitiam, uel in-
cipientem uerecundiam: quorum ſi adſit nullum, nun-
quam ſe in altum recipiunt ſucci. Aequè neq; in cutem
violentius irruentes, hanc adurent vnquã, niſi animus

aliquo modo affectus ſit, aut æſtu ĩmodico animal ex-
trinſecus obſeſſum. Ergo ſi neq; ambientis violentia,
Color corporis q̃n ſit exq̃ſita nota eorũ, q̃ ſubſunt humorum.
neq; vllus animi affectus ſubſit, certiſſima ſucci anima
lis cognitio ex colore datur. Quare ſi ad rubicundius q̃
pro natura mutatum ſit corpus, ſanguinis abundantiã
ſubeſſe ſignificat: ſi ad nigrius, nigram ſupereſſe bilem
Color plũbeus quid indicet.
oſtendit. Porrò color plumbeus, quiq; mixtus ex albo
& liuido eſt, crudos & pituitoſos dominari ſuccos indi
cant, minus tamen humidos q̃ ſit pituita communiter
dicta: cui ſi adſit lentor, vitreus ſuccus dicitur à Praxa-
Vitreus ſuccus.
gora. Generaliter igitur eiuſmodi ſucci omnes albi cru
diq́; ſunt: nomenclaturam verò alius aliam ſortitur.
Ipſorum autem & bilioſorum ſanguis in medio eſt. Hi
ſiquidem ex eo ſupra iuſtum percocto fiunt: illi autem,
ex nondum perfecto. Ac ſingulorũ quidem variæ ſunt
differentiæ. Cæterùm in corpore laſſitudine affecto,
Sanguis mittẽdus q̃n in laſſitudine ſit.
vbi paululum vel citra ſanguinem reſtitum, vel vltra
proceſſum eſt ſuccis, audacter mittẽdus eſt ſanguis: ubi
plus, conſyderatius agendum: vbi plurimũ, in hoc nul
lus omnino mittendus. Inſpicere verò & quantitatem
cõueniet, vt verbi gratia, ſi bonus ſanguis exiguus ſit,
reliquus verò ſuccus plurimus, vtiq; in his abſtinẽdum
à detractione ſanguinis eſt. Sin is quidem exiguus, ſan-
guis verò copioſus, audacter incidenda vena eſt. Dein
deiicere aluum oportet, ratione habita de abundantis
ſucci copia & ſpecie. Quòd ſi quis detrahi ſibi ſanguinẽ
Aluũ eſſe largius uacuãdã iis qui per laſſitudinẽ ulceroſam detrahi ſibi ſanguinem nolunt.
nolit, huic deiicienda largius eſt aluus: aut ſi id quoq; ſu
ſpectum habeat, aliã ratione educendum eſt ſuperua-
cuum. Iam verò, ſi in venoſo vaſorũ genere copia ſe-
mi crudorum humorum ſubſit, in reliquo autem cor-
pore multitudo horum mordacium, quum duo hi no-
bis ſcopi ſint, nempe ſemicoctorũ percoctio, atq; acriũ
& mordacium eductio, abſtinere eos conuenit ab om-
ni valido motu, quos laſſitudo ſequuta fuerit. Blandè
tamen vnctos atq; oleo perfrictos, perquàm ſuaui la-

Somnũ a balneo concoquere, ac malos succos discutere, potẽtius omni alio præsidio.

Balneũ conducere ad somnum.

uare balneo expedit: inde in otio abstinétiaq; habere, atq; etiã somno, si id fieri possit. Nihil enim æquè cõcoquit, aut malos succos discutit, vt somnus à balneo. Conducit autem ad somnum non in postremis etiam & balneum ipsum. Quòd si secunda die & tertia, similiter grauatum sentiamus hominem, iterum atq; iterum vtemur eadem medendi ratione. Sitq; tibi somnus & causa & signum speratæ vtilitatis percommodum: sicuti è diuerso, non posse à balneo dormire, nec causa, nec signum est commodum. Sed ex somno vigiliisq; plerũq; redundantis succi indicia sumuntur. Frigidi nanq; succi, * soporem & longiores somnos inducunt: calidi & mordaces, vigilias. Sicuti autem in primo, ita in secundo die, ex simplici cremore ptisanæ, aut ex alica, cui pauxillum aceti ad incidendum permistum sit, si cruditatis suspitio subsit, sorbitionem minimã eis exhibebimus. Quippe vt largior nutritio nocet, sic abstinentia omnimoda, nauseam inducit, ventriculum lædit, resoluit vires, ac prauum succum accumulat. At boni quidem succi est alica. Cæterum nisi lentor ipsius corrigatur, adiectis aceti & porri modico, non solùm obstruet, sed etiam nutriet plenius q̃ propositis sit ex vsu. Hac itaq; ex causa ptisanæ cremor in hoc casu tutior est: vt qui tum modicè nutriat, tum facilè per angusta permeet, dissecetq; & dissoluat quicquid in crudis habetur succis. Horum ipsorum gratia & mulsa his idonea est, & oxymeli, & apomeli, & piper, & zingiber, atq; omnia breuiter, quæ citra vitiosi generationem succi, humorem crassum dissecant, soluuntq;. Frugum itaq; maximè apta est ptisana: olerum sola lactuca: piscium, qui dicuntur saxatiles: panis qui in clibano coctus, & fermentatus, & modicè purus est: aues monticolæ: potio, oxymeli, mulsa, vinum tenue, & album. Quæ verò vrinam cient, hoc casu non probo: maximè quæ præualentia ex his sunt,

Frigidos quidem succos, sopore: calidos autem, uigilias gignere.

Cruditati quæ sorbitio commoda.

Abstinẽtia omnimoda inducit nauseã, ac prauum succũ accumulat.

Alicæ lentor corrigẽdus aceto & porro.

Ptisanæ cremor cruditatibus cõmodissimus.

Cruditatibus q cibi, potusq; congruant.

Diuretica præualentia nõ eẽ cruditati utilia.

& sanguinem calefaciunt, & liquant. Quippe quod concoquendum probè est, huic tanta vexatio nõ conuenit. Hæc itaq; omnia secundo die ita facienda sunt, atq; etiam tertio, quartoq;. Quòd si tum lassitudinis sensus leuetur, cum cætera pro naturæ ordine appareant, fricare quidem liberalius, exercere verò parcè hominem audebis. His ita peractis, si nullus lassitudinis sensus præterea supersit, ad consuetas statim exercitationes reduces ipsum. Sin quicquam appareat priorum, aut symptomatum, aut notarum, rursus tu quoq; in id intentus, mutare tentabis ea quæ particulatim non rectè habent. At si in eodem lassato corpore, reliqua eadem habeantur, sanguis autem bonus exiguus sit, crudiq; humores plurimi, huic nec sanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneum adhibendum: sed seruandus in omni quiete is est, dandaq; ipsi cibus, potio, medicamentaq; sunt singula eius generis, quæ attenuent, dissecent, & conficiant succorum crassitudinem, idq; citra manifestum calorem. Ergo nutries hos maximè oxymelite, aliquando etiam ptisanæ & mulsi exiguo quopiam. Sustinent enim hi victum, si modo alii vlli, tenuem, ipsa nimirum crudorum humorum copia, quos paulatim concoquunt, ad corporis alimentum abutentes. Quoniam autem præcordia istiusmodi omnibus turgida, inflataq; sunt, & facilè quicquid assumpserint, in flatum vertitur, non inutile fuerit & longi piperis, aut albi, aut nigri aliquid cum cibo dare. Sed album quidem supra reliqua duo genera aluum roborat. Nigrum id eligendum est, quod præcellit pondere. Vtilius tamen sit & Diospolitico medicamento vti, cuius duplex est compositio. Nam aliàs ex paribus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitroq; id conficitur: ac potest sic magis ventrem soluere: aliàs cum reliquorum pari pondere

Lassato corpori, cui sanguis quidem bonus exiguus sit, crudi aũt humores plurimi, q̃ medendi ratio adhibenda.

Crudis succis referti cur tenuissimam uictus rationem perferant.

Piper cũ cibo exhibendũ per cruditates eẽ.

Diospolitici medicamenti compositio duplex, utraq; cruditatibus apta

miſcetur nitri dimidium. Præſtiterit autem cuminum
eſſe quod Aethiopicum vocant, piper verò vel lon-
gum vel album. Macerabitur cuminum in aceto maxi
mè acri: dein continuò id tunditur, aut etiam prius mo
dicè frigitur in vaſe fictili, quod coctum in camino q̃-
optimè ſit. Sunto verò & rutæ folia modicè exiccata.
Sumitur & per ſe medicamentum hoc: & cum ptiſanæ
cremore, & ante, & poſt cibum. Porrò ad eum vſum

Diatrion pepereon ſimplex, cruditatibus eſſe medicamen appoſitiſſimum.

maximè commendatur, quod mel optimũ, optimeq́;
deſpumatum admixtum habet. Appoſitum ſanè reme
dium ſic affectis eſt, & quod ex tribus piperibus cõſtat,
vtiq; quum non admodum medicamentoſum ſit, atq;
ex variis confectum, quale eſt illud quo vtimur in iis
fluxionibus quæ à capite deſcendunt ad pectus. Expe-

Diatrion pepereon ſimplicis, compoſitio.

dit autem præparatum habere vtrũq; ad manũ. Sim-
plex igitur illud, quo ad cruditatem quæ in primis eſt
venis vtimur, huiuſmodi eſt. Ad cuiuſq; trium piperũ
drachmas quinquaginta, abundè addũtur aniſi, & thy-
mi, & zingiberis, ſingulorum drachmæ octo. Hoc ma
gis ſimplex eſt, à quo detractum ſit zingiber. Alterum
verò eſt, quod ex iiſdem conficitur, verùm ad cuiuſq;
trium piperum drachmas quinquaginta, reliquorũ cu
iuſq; ſexdecim drachmarum iniicitur pondus. Debet
autem, ſi haberi poteſt, aniſum Cretenſe eſſe. Thymũ
aut Atticum, aut ex editis locis & ſiccis: cuius quicquid
lignoſum eſt circũciſo, coma ipſa vnà cũ floribus inii-
cietur. Eſto verò & piper, quod longum quidẽ eſt, inte
grum, minimeq́; foratũ: ęquè verò & zingiber. Quod
autem piperis qualitatem retinet, ac nec maceratũ re-

Piper longum quale ſit eligẽdum.

ſoluitur, nec etiam pertuſum eſt, piper id longũ vt ma
ximè idoneum eſt, ſic minimè fuerit adulterinum. Ni-

Piperis nigri, albiq; electic.

grum verò nec exile, nec rugoſum, nec craſſi corticis
eſto, ſed maximum, pleniſſimumq́;, quæ duæ notæ al-
bum etiam piper cõmendant. Deinde omnibus ſimul
tuſis, & per tenue cribrum tranſmiſſis, mel optimũ, cu

rioſeq́; deſpumatum miſcetur: id quod debet eſſe odo
ratum, flauum, acerrimum, dulciſſimumq́;, atq; craſ-

Mellis optimi, notæ.

ſitudine quadam mediocri, & quæ ſuam cõtinuitatem
tueatur. Hoc igitur medicamẽ & ante cibum, & poſt,

Diatrion pepereon quis offerẽdus modus.

& euntibus cubitum rectè datur, cochlearii pleni men
ſura, atq; huius quidẽ, vt paruis parui, & maximis ma
ximi, ita mediis ad portionem: præterea etiam zingi-
ber, quod ex barbaris affertur, aceto maceratum. Eſt
id virentis herbæ radix, à collectu, ſtatim in acetũ inie

Zingiber qd. Piperatorũ calorẽ circa primas uenas extingui.

cta. Extinguitur enim eiuſmodi medicamentorum ca-
lor circa ipſas primas venas: neq; in totum perfertur
corpus, veluti aliorum quorũdam, cuiuſmodi eſt quod
diacalaminthẽ appellant. Idcirco etiam oxymeli his
vtiliſſimum eſt, cuius talis eſt compoſitio. Quum mel-

Oxymelitos compoſitio.

li optimo ſuper carbones ſpumam abſtuleris, cõiicies
in ipſum aceti tantum, vnde guſtanti nec acidum ni-
mis, nec dulce videbitur, ac denuo ſup prunas coques,
quoad planè vnitæ amborum qualitates ſint. Hinc ab
igni depones, quumq́; vti voles, aquam ei miſcebis, ita
nimirum temperans vt vinum. Quo autem pluribus
id conueniat, vni aceti parti, mellis à quo detracta ſpu
ma ſit, duplum eſt miſcendum. Pro vniuſcuiuſq; tum
guſtu, aut natura plus aut aceti, aut mellis nos adiicere
conuenit, id eſſe ſumentis naturæ conuenientiſſimum
oxymeli ratos, quod illi vtiq; iucundiſſimum eſt. Cum
aqua verò ita facies oxymeli. Quadruplũ optimę aquę

Oxymelitos aquati faciẽdi modus.

miſcebis melli: dein coques modico igni, donec ſpuma
re deſinat. Ac malum quidem mel multam egerit ſpu-

Mel uitioſum multum ſpumæ egerit. Optimum uero, minimum: breuiſſimoq; coquitur tẽpore.

mam: quo etiam diutius concoqui debebit. Optimum
verò, vt breuiſſimo coquitur tempore, ita minimum
ſpumæ euomit. Poſt verò dimidio aceti adiecto, rurſus
coquendum, donec qualitatum omnino ſit vnitas, nec
acetum crudum ſentiatur. Conficitur ſanè oxymeli,
etiam tribus ſtatim à prĩcipio mixtis, ad hunc modũ.
Aceti vni parti, additur mellis duplum, & aquæ qua-

druplum:atq; hæc ad tertiam vel etiam quartam par-
tem coquuntur, ſpuma interim detenta. Quòd ſi va-
lentius id facere ſtudes, tantũdem iniicies aceti, quan-

Apomeli refrigerat.

tum mellis. Apomeli optimum aqua conficitur, bibi-
turq; tota æſtate refrigerantis vice. Poteſt verò cui id
libet, & ad quam propoſuimus affectionem eo cõmo-
dè vti, potiſſimum vbi coacuit: id quod ſæpe cõtingit
ei, aliàs magis, aliàs minus, vtpote ex aqua confecto
non pluuia, ſicut mulſa, ſed qualibet. Quãquam poteſt

Mulſã ex pluuia aqua confici,
Pluuiam aquã non pbat Galenus.

qui volet, & ex aqua pluuia id conficere, ipſeq; ſi plu-
uiam aquam probarem, id ſuaderem: verùm neq; ip-
ſam probo, & nihilò eſt deterius ſi aceſcit, potiſſimum
ad ea quæ nunc ſunt propoſita. Quinimo mediocriter
etiam acet, quod non omnino incurioſè eſt confectũ.
Sanè cura cõficiendi in eo eſt, vt nec fauus admodum
ſit uitioſus, coquaturq; bene in fontana aqua, quæ &

Apomelitos compoſitio.

pura ſit, & dulcis. Oportet enim expreſſo à fauis mel-
le, eatenus ĩ aqua coquere, quoad nulla inde ſpuma exi-

Vina quæ aceſcunt leuiter, eſſe cruditatibus cõmoda.
Capparis ex oxymelite facit ad cruditates.

ſtat. Ergo tum hac vtendũ potione eſt, tum verò è vi-
nis, iis quæ leuiter aceſcunt. Nutriendum prætereà ci-
bis eſt, qui citra calorem extenuent, cuiuſmodi cappa-
ris eſt, ſi ex oxymelite uel oleo ſumat. Quòd ſi crudos
iam ſuccos ſatis attenuatos ſperas, vinum dabis, quod
& ſubſtãtia ſit tenue, & colore fuluum albumue. Hoc
enim ad ſucci bonitatem, & concoctionem facit: illud
vrinam mouet. Sunt verò in Italia, prioris generis Fa-

Vinorũ genera uaria
Vina cruditati aduerſantia.

lernum, & Surrentinum: Poſterioris Sabinum & Alba-
num, & Adrianũ. In Aſia verò, prioris generis Lesbiũ,
& Ariuſium: Secundi Titacazenum, & Arſyinum. At
craſſa & nigra vina ſunt reiicienda. Quòd ſi his adhibi-
tis melius habere ſe ſenſerit, etiam lauare tum hominẽ
debebis, vngereq;, ac molliter fricare. Vt verò primũ
in urina hypoſtaſis cernitur, tum frictiones augere, tũ
ad conſuetas exercitationes paulatim reducere. Hoc
tempore unguentis iis quoq; vtendum, quæ per halitũ

Vomitu cur nõ utendũ per cruditates laſſitudini copulatas.

euocent. Vomitu autem minimè in affectibus id genus
vtaris: ne ſucci reuellantur intrò mordaces, qui uideli-
cet carni inhærent. Quemadmodum autẽ exercitatio,
frictio, balneum, fomẽta calida, vnctio calefaciẽs, ira-

Humores reuocantia ab alto.

cundiaq; humores ab alto reuocãt, ita quæ refrigerãt 168
aſtringũtq; cutim, ad hæc triſtitia, horrorq; à quacũq;
cauſſa calida frigida'ue procedẽs, necnon omnia quæ
introrſum impetum faciunt, ea inquã à cute ipſa motũ

Humores ĩtro pellentia.

humorum ad interna concitant. Hæc itaq; omnia de-
uitanda tum ſunt, quum idem homo pariter & laſſitu
dinem ſentit, & venas habet crudis ſuccis refertas. Nã
nec qui extra ſunt, rectè intrò reuocantur: nec qui in-
tus, foras. Imò qui foris ſunt, leuiter educendi per hali
tum ſunt. Ergo quibus intus crudi ſucci copia eſt, & fo
tis laſſitudinis ſenſus, iis hyſſopum in mulſo coquens,
non ſtatim nec primo die, ſed in ſequentibus dabis: vo
mitu uerò abſtinebis, niſi ubi crudos citra laſſitudinem

Vomitu quando utendum.
Vlceroſo ſenſu pſente: crudiſq; humoribus ab alto in corporis habitum diſtributis, qua utendũ ſit ratiõe medendi.

ſuccos euacuare cõtendis. At verò ſi unà cum ſenſu vl-
ceroſo, etiam crudorum copia aut à calore, aut ab im-
modico motu in corporis habitum ſit tranſmiſſa, quæ
quidem iam non in uenis, ſed in ſolidis animalis parti-
bus hæreat, tunc ſanè ea exhibenda ſunt, quę vel ad cu
tim vſq; ſuum calorem transfundant: fricandũq; lar-
giter oleo quod relaxandi vim habeat, ac potiſſimum
mane, quum ſurgunt à ſomno. Nam ea frictio conco-
quit crudum ſuccum, ſimulq; corpoream molem ani-
mantis nutrit. Quieſcendum verò diu poſt hæc eſt. Ce 203.
det aũt negotium fœlicius, ſi homo exiguum cibũ pri
die ſumpſerit, nec aliud à cœna biberit, q̃ tenue vinũ,
fuluumq;. Poſt ipſam autem quietem diuturnam, mo-
dicè inambulandum eſt: ac dein tum denuo multa fri-
ctione, tum balneo modicè calido, & alimẽtis quæ bo-
ni ſint ſucci, utendum. Quin etiam medicamen eis dia- 173·187
calaminthen audacter dabis: cuius talis eſt compoſitio.

Diacalaminthes cõfectio.

Accipe calaminthes, pulegii, petroſelini, ſeſeleos, cu-

iuſcꝫ vnc. ii. ſeminis apii, cacuminum thymi,ſingu-
lorum vnc.iiii. Lybiſtici, vnc. xvi. piperis vnc.xlviii.
Hæc omnia vbi electiſsima fuerint,ſimul tundenda cri
brandaq; ſunt,tenui cribro. Tenuia q̄ppe medicamen
ta in totum corporis habitum maximè digerunt:velu
ti è diuerſo,craſsiora in vētre hærent. Icirco Diospo
liticon medicamen craſsius facere ſoleo,quoties deii-
cere aluum per id ſtudeo. Miſcendum his ita præpara-
tis mel optimum eſt,curioſè deſpumatum. Porrò uſus
eius erit poſt matutinam frictionem,ante exercitatio
nem & balneum:poteſtq; etiam cum aliquo cibo mi-
xtum aſſumi. Poſt cibum autem nunq̄ nec hoc medi-
camen,nec aliud vllum quod ad diſtributionem vehe
mentiorem facit,ſumendum eſt. Licet & ſine admixto
melle ſiccum medicamentum reponere,eoq; ſalis vice
vti. Ad ipſorum autem concoctionem ciborum, præ-
ſtat ſanè aut medicamen diatrion pepereon ſimplex,
aut ipſum piper potioni inſperſum, aut etiam quod ex
ſucco mali cydonii conſtat medicamētum porrigere.
Verùm ad ea quæ nunc agimus,optimum omniū eſt,
quod conſtat ex calaminthe. Nam craſſa lentaq; atte-
nuat,& per halitum educit,& vrinas mouet,& mulie-
bria prouocat,eſtq; iucundiſsimum guſtui. Vbi igitur
circiter duos vel tres primos dies,ita præparatus ho-
mo eſt,exercitationibus conſuetis tradatur,animad-
uerſis prius vniuerſis quas iam diximus notis. Nam ſi
omnia commodè ſe habere videntur,plenè exercitan
dus eſt. Sin minus,etiam ante mediocritatem deſiſtet,
prius dicta victus & medendi ratione tractādus, donec
poſtridie circa exercitia omnibus ex ſentētia ſe haben
tibus,ad conſuetū victum reuocari iam poſtulet. Quia
verò,& acopo quod ex abiete fit,vti expedit iis qui in
carne & tota corporis mole ſuccos congeſſerunt, qui
aut concoqui deſyderent,aut per halitum digeri,appo
namus eius compoſitionem. Igitur abietis pulcherri-
contuſum

Tenuia facile digeri.
Craſsiora ī uētre hærere.
Purgantia medicamēta, debent craſsiora relinqui.
Diſtributioni conferens medicamen, nullū ſtatim ſa cibo dandum.
Cōcoctioni ciborum q̄ conferant.
Diacalaminthes medicaminis uſus.
Acopi ex abiete, cōpoſitio contra oēm laſſitudinem ualens.

mum ſemen,quale circa Septembrem colligitur,cōii-
cere oportet in oleū,quolibet anni tempore,ubi prius
contuſum fuerit. Poſtea verò quàm ſpatium dierū ad
minimum quadraginta in ipſo oleo relaxante (quale
ſabinum videtur eſſe)maduerit,ipſe liquor eſt percolā
dus. Coniicietur aūt in quinq; & viginti olei heminas,
eius ſeminis modius Italicus. Excolato oleo, quatuor
ceræ libras adiūgito:reſinæ verò abietinæ tertiā unius
libræ partem:iniicies etiā & pineæ reſinæ tantūdem.
Quòd ſi harum copia nō ſit, earum loco terebinthina
vtendum. Coques autem commodius hæc in uaſe du-
plici,aut certè igni lento. Medicamentum enim hoc
aptiſsimum ad omnem laſsitudinem eſt. Vtile etiā eſt,
& quod ex populi floribus fit. Eſt autem id tale. Ex illis
enim adhuc conniuētibus mediocriterq; contritis,mo
dius Italicus in quindecim aut viginti libras Sabini olei
aut alterius ſimilis,immittitur,quotidieq; ſub ſole fer
uido ſimul totum id dimouebitur,ſi id fieri liceat. Itaq;
poſt binos aut ternos menſes potes flore expreſſo ha-
bere oleum quod ſine ulla mordicatione,nihilo minus
quàm abietinum,per halitum digerat. Cui tantundem
ceræ & reſinæ licebit addere,quantum illi eſſe adiicien
dum diximus. Si quando verò humidū id quod expri-
mitur,craſſius videbitur, ſat fuerit vel quintam partē
ceræ adiici. Sunt qui in duplici vaſe eleganter id medi-
camentum conficiant. Qui verò celerius id præpara-
re cogitur,hunc neceſſe eſt aquæ vini'ue quartam aut
quintam partem,ne torreatur,iniicere. Atq; ad ea qui
dem de quibus nunc agitur,vtilior aqua eſt: vinum ve
rò ad articulares affectus. Ergo & hæc medicamēta ſuc
cos quicunq; non craſsi nec lenti in carne cuteq; reſi-
dent,euaporāt:necnon quod ex chamæmelo fit oleū,
tum ipſum ſolum,tum ceræ quarta,reſinæ duodecima
parte immixta. Poteſt etiam & anethinum oleum,aut
per ſe,aut cum cera & reſina,ſimiliter diſcutere in ha-

Medicaminis quod ex populi floribus fit, compoſitio.
Succos carni cutiq; hærētes, euaporantia.
Chamæmelinū oleum.
Anethinū oleū.

litum. Præparetur autem in duplici vase, fiatq; ex ane-
tho viridi, maturoq;. Iam sampsychinum oleum, hye-
me, & regione frigida, ac tẽpestate simili idoneũ medi-
camentum est. Simili ratione ros maris herba, aut be-
tæ albæ radix, aut agrestis cucumeris, aut altheæ, aut
vitis albæ, efficaciter etiam discutit, vbi suas vires in
oleo similis facultatis quæq; ipsarum dimiserit. Quòd
si eorum singulis, vel ceram solam, vel cum ea resinam
inieceris, non solùm pulcherrimum, sed etiam quod in
loco bene hæreat vnguentum facies. Abundè aũt om-
nino erit, si ceræ quartam partem ,, resinæ duodecimã
addas. Si verò abietinam simul & pineam resinam inii-
cias, aut cum his etiam terebinthinam, aut si hæ desint,
humidam pini resinam, aut resinã quæ in fictilibus est,
aut etiam quam frixam appellant, sic quoq; medica-
mentum feceris, quod euaporandi vim habet. Porrò
vbi præter vlcerosum sensum, etiam copia humorum
crudorum in toto corpore abundat, cõcoquenda qui-
dem ipsa cruditas primarum venarum est, concoquen-
daq; simul & discutienda quę extremas obsidet corpo-
ris partes: semper ipsius curationis studio in id propen-
so, quod affligere magis videtur. Nam si pari noxa ipsi
infestent affectus, respectu æquali curandi sunt: sed ita
tamen, vt inter initia potiores medendi partes ei præ-
stẽtur, qui in primis uenis consistit: in fine uerò, ei qui in
carne. Medio inter hæc tẽpore, ambæ rationes æqua-
biliter miscebuntur. At lassitudo tensiua, quum citra
exercitationem incidit, abundantiam indicat, quæ so-
lidas animalis partes distendit. Vbi igitur sanguinis re-
dundantia grauat, optimum est, vel venam tunde-
re, vel scarificare malleolum. Ex iis autem quæ in vl-
ceroso affectu retulimus, vbi vitioso succo miscetur,
licet ratiocinari & de alio quouis, quum solus consti-
terit. Iam verò lasitudo quæ phlegmones sensum in-
fert, si quidem sponte oriatur, subitò accendit vehe-

Sampsychinũ. oleum.

Discutiẽtia efficaciter quæ.

Resinarũ species uariæ.

Vlceroso sensui si sit cõiuncta cruditas, tã in primis uenis, q̃ in externo cõsistẽs corporis habitu, quid agendũ.

Lassitudinis tẽsiuæ, spõtaneæq; curatio.

mentissimam febrem, nisi missione sanguinis, malo
prius sit occursum. Itaq; nec cunctari, nec parum de-
trahere conuenit, sed (nisi quid obstet) ad animi usq;
defectum. Optimum verò fuerit, bis eodem die, si
fieri possit, detrahere: ac primùm quidem ita mitte-
re expedit, vt animi defectum homo non adeat: se-
cundò verò, ne defectus quidem ipse est formidan-
dus. Quippe, qui priore detractione resolutus est, se-
cundam sustinere haud poterit: in hac verò si quid
tale homini incidit, facilè reuocabitur. Qui verò sic
affecti sanguinem non miserint, hi si euaserint, vtiq;
fortunæ beneficio id acceptum ferent. Aestimare au-
tem diligenter oportet, qui sanguinem sunt missuri,
in thorace'ne, dorso, & lumbis tensio, pulsansq; do-
lor figatur: an in capite potius & collo. His nanq;
affectis, humeralem venam diuides: maximè si reple-
tum caput & calidum sentiunt: illis verò internam.
Si verò omnino æqualiter lassitudo occupat corpus,
ambarum mediam. Ac si ab incisa quidem vena fe-
brire cœperint, alterius est artis, nempe curatiũæ, his
prospicere. Sin autem tum non febricitent, primo
die post incisam venam, aut ptisanæ cremorem, aut
sorbitionem ex alica solùm dabis. Secũdo verò etiam
lauare licet cum copioso oleo, nutrire autem mode-
ratissimè, lactucæ, vel cucurbitæ, vel ptisanæ aliquid
offerens. Est & alica non inutilis. Si cucurbitæ copia
non sit, malua, betaq;, & lapatho, & atriplice vten-
dum. Quòd si carnem quoq; gustare velit, saxatiles
pisces, vel oniscos in albo iure (quod anetho, sale,
oleo, & porri exiguo in aquam coniectis conficitur)
benè elixos dabis. Vino autem utiliter etiam ipso se-
cundo die parcet. Tertio verò, si quidem aquæ po-
tionem facilè toleret, tunc quoq; vino abstinebit.
Si non ferat, potissimum quidem apomeli dabis.
Hoc si non sit, album & tenue vinum offeres, aliaq;

Lassitudinis q̃ phlegmones sẽsum infert, curatio, per sanguinis missionẽ usq; ad animi deliquium, administratur.

Sanguinis missio qũ sit eodẽ die repetẽda.

Humeralis uena qñ secãda.

Interna uena ĩ quibus tũdenda.

Media qñ aperienda uena.

Lassitudini phlegmonosæ uictus ratio cõueniens.

Albi iuris cõpositio.

pro ratione exhibebis, quæ ut boni ſint ſucci, ita minimè calefaciant. Cauendum tamen vel maximè eſt, ne properè & multum, non ſenſim, & paulatim renutrias. Alioqui minimè ipſe ventriculus poterit tantam ciborum colluuiem pro dignitate concoquere, ac proinde plurimum crudi ſucci rapietur in vniuerſum corporis habitum. Venter quippe ſua ipſius cauſa nutrimentum ſuſcipit, vt eo nimirum fruatur. Vbi autem expletus fuerit, quod reliquum ciborum eſt, exprimit, peſſumq́; ceu onus alienum deiicit, videlicet ad ipſa inteſtina. Ab his verò rurſus ad venas ſuggeritur, à quibus tandem in vniuerſas animalis partes diſſeminatur. Vbi alimentum ipſum nactum iam concoctionem tertiam, alendo corpori aſſimilatur. Vnde multi exinanito corporis habitu, niſi reficiantur lentè, plurimum excrementorum in toto eo congerunt, atq; ex iis non leuiter ægrotant. Quoniam autem per laſſitudinem quæ phlegmonem repræſentat, vis calidi ſanguinis congeſta in corporis mole eſt, venæ autem ſectio ſuccos è vaſis emittit, vtile eſt poſt priorem detractionem tantiſper intermittere, dum aliquid eorum qui in corpore ſunt humores, remigrare poſſit ad venas. Quod tamen quoniam committendum non eſt vt in iis maneat, vtpote ex dimidio corruptum, iccirco detractionem ſanguinis etiam ſecundo die iteramus: aliquando verò & in tertio, vbi videlicet & reuellere, & ex aliis in alia transferre viſum eſt conducere.

Ventriculus ſua ipſius cauſa nutrimentum ſuſcipit.

Nutritiõis modus.

Sanguinis detractiõi primę & ſecundę cur interponendũ ſit tempus.

Sanguinis detractio cur iteranda ſit.

GALENI PERGAMENI DE SANITATE tuenda. Lib. V.

QVVM HOMINVM NAturæ ſint numeroſæ, diuerſam victus & exercitii rationẽ poſtulant, quæ ex arte quæ valetudinem tuetur petenda eſt. Huius enim beneficio cõtingit, ut qui ab ipſo ortu imbecillũ corpus nõ ſunt ſortiti, ſenſibus illæſis, ab omniq́; prorſus morbo & dolore alieni, ad ſummam ſenectutem perueniant. Ego verò, tametſi nec ſalubrem corporis ſtatum ab ortu ipſo ſim nactus, nec uitam planè liberã egerim, hac tamen ipſa arte vſus, poſt octauum & viceſimũm annum ne minimo quidẽ laboraui morbo, niſi fortè diaria febri, ob laſſitudinem aliquando contracta: quum alioqui liceat non modo hanc, ſed bubõnẽ etiam effugere, ſi quis liberam uitam ſit nactus, vacetq́; ab utroq; genere excrementorum, & eo quod in quantitate, & eo quod in qualitate conſiſtit. Ergo corpus optimè conſtitutum, ad ſui cuſtodiam, tum in exercitationibus, tũ in potulentis & eſculẽtis, nec non in ſomno, vigiliis, balneis, atq; vniuerſis animi actionibus, medium utriuſq; exceſſus, idq́; in qualitate, quantitate, & facultate poſtulat. Quòd ſi in aliquo ſit erratum, corrigendus error eſt, per contrarii exceſſus vſurpationem. Vt autem corrigendo non erres, primũ corporis affectus ad unguẽ ſcire oportet. Deinde omnium eorum quæ priore die facta videris, meminiſſe. Nam affectus quidẽ, quod delictum ſit, docebunt: recordatio eorũ quæ pridie ſunt acta, quantum tibi à conſuetis ſit recedendum, iſinuat. Imò verò id quod peccatũ eſt, memoria factorũ oſtendet; & prout corrigetur, ex præſentiũ collatione doce

Hominũ naturæ diuerſæ.

Ars ſanitatis tuendæ quid præſtet.

Galenũ uixiſſe ſaniſſimum.

Corpus optime conſtitutũ, ad cuſtodiam ſui, deſyderare omnium exceſſuum mediũ.

Exceſſum corrigendũ eſſe ꝑ contrarii exceſſus uſurpationem.

Affectuũ cognitio quid iuuet.

Recordatio ꝑteritorũ quid conferat.

bit. Vt exempli gratia, ſi mollius quàm prius, poſtridie corpus videatur, primùm quidem frictionum meminiſſe conueniet, an molles, & cum pinguitudine & balneis leniter tepidis ſint adhibitę. Ab his reuocari ad memoriam debebit, an exercitationes tardæ & exiguæ præceſſerint. Dein an potio vberior fuerit. Mox an cibos plures, aut natura humidiores acceperit. Poſtremum, an multum dormierit.

Humidus affectus a molli, quo differat.

Proximus molli corporis affectui eſt humidus, hoc differens, ꝙ mollis, ipſorũ corporum propria qualitas eſt: humidus, qui in eo continentur, humorum. Diſcernuntur hi tactu: nam humidus affectus cũ madore cutis eſt: mollis ſine hoc: ꝗꝗ eſt profectò & molle corpus humidum ſuis ipſi⁹ partibus. Non tamẽ cum mollitie neceſſariò coniunctus eſt humidus affectus. Poteſt nanq; durata caro eſſe: & tamen mador, ſudor'ue è corpore emitti.

Siccus immodice affectus, quid indicet.

Ac ſiccus quidem immodicè affectus, habitum ſtatim durum efficit: indicat autem, aut cibi potionis'ue penuriam: aut vigilias, aut vitæ ſolicitudinem, aut multam frictionem, aut deniq; exercitationem immodicam. Hæc itaq; conſyderans, corrigere quotidie errorem poteris, prius quàm is inauctus, curatu difficilior euadat.

Exceſſus omnis cõtrario eſt corrigẽdus exceſſu.

Semper autem memineris exceſſum omnem contrario exceſſu emendandum eſſe. Cui præcepto ſi corporum dignoſcendorum peritiam adieceris, & ſingulorũ remediorum facultates adiunxeris, vniuerſæ iam artis quæ corpori hominis tuendo dicata eſt, peritus fueris: cuius ope licet præſentem ſanitatem tueri, & amiſſam recuperare.

Medicię uſus.

Deficere ab optima conſtitutione, tribus de cauſis contingit.

Atq; optimum quidem corpus cuiuſmodi ſit, dictum iam eſt. Quòd ab huius perfectione deficit, ſcire licet tribus id de cauſis defeciſſe: aut quòd ſtatim in vtero, vitioſo ſtatu fuit: aut ꝙ qualibet de cauſa in non naturalem affectum poſt cõceſſit: aut ætatis ratione. Omnia verò corrigenda per contrarium exceſſum ſunt. Nam ſenium, frigidum & ſiccũ quum ſit, per

Seniũ ſiccũ & frigidũ, humectantib⁹ ſimul & calfacientibus corrigendum eſſe.

ea quæ calefaciunt & humectãt, corrigitur. Talia ſunt balneum dulcis & calidę aquæ: vini potio: præterea ex cibis quicũq; humectare calefacereq; ſunt nati. Quòd pertinet ad exercitationem, frictionem, atq; omnem motum (qui cibum debet præcedere) ſcire licet poetam ex parte verum dixiſſe.

Vt lauit, ſumpſitq; cibum, det membra ſopori.
Namq; hæc iuſta ſeni.

Poſtulat autem ſenum, non ſecus quàm iuuenum, corpus, dimoueri aliquãdo. Imò corporum quæ in florenti ætate ſunt, non deſunt quæ quietẽ requirant.

Senũ nemo quietẽ ex toto poſtulat: ſed neq; exercitium uehemens.

Senum verò nemo quietẽ ex toto poſtulat: ſed neq; exercitiũ vehemens. Ceu enim ventulo quodam excitari, accendiq; calor eorum deſyderat: vehementiori autẽ motu deiicitur.

Senũ corpora plurimũ iuuari pingui frictione, poſt ſomnũ matutinũ adhĩbita.

Quum igitur ſenũ omne corpus ſit frigidũ, nec potens alimentũ ad ſeſe trahere, atq; id probè conficere, ex eoq; nutriri, plurimum frictione pingui adhibita poſt ſomnum matutinũ iuuatur: quippe quæ uitale robur excitet, ac modicè calefaciat, efficiatq; vt ſit diſtributio nutrimenti facilior, atq; nutritio prõptior.

Frictionis matutinę poſt ſomnum adhibitę utilitas.

Quare multos etiã laborantes atrophia, eiuſmodi frictione adhibita, facilè paucis diebus carne impleuim⁹. Frictio itaq; ex oleo adminiſtrata mane, veluti exercitatio quædã ſit ſenibus. Poſt hanc inambulatio, geſtatioq;, ex ſenis viribus coniectatæ.

Senibus qualis eſſe debet exercitatio.

Etenim exercitatio acuta corpus tenuat: cõtraria craſſi⁹ reddit: multa corpus ſiccat: mediocris obeſum præſtat.

Exercitatiõis formæ, quæ ſenib⁹ utiles ſũt, unde ſint coniectandæ.

Verùm exercitationis formæ quæ ſenibus utiles alienæ ue ſint, tũ ex corporis totius affectu, conſuetudineq;, tum uitiis ipſis quæ infeſtant, intelligent. Ex totius corporis affectu, nam optimi ſtatus corpus, ſicuti in iuuentute ad uehementiſſimos quoſq; labores maximè idoneũ eſt, ita in ſenecta ſe habet ad oẽs mediocres. Quòd verò a mediocritate recedit corpus, ad pleraſq; id exercitationũ ineptum eſt. Quippe vitioſæ figuræ thorax, in iis quæ

per uocem administrantur offenditur. Per ambulatio-
nem gracilia crura læduntur: de cæterisq; pari iudicio
censendum. Quicquid autem ex his parũm ritẽ ab ini-
tio conditum est, id exercitando imbecillum redditur.

Membra infœliciter ab initio formata, eẽ exercitãdo imbecillia.

Senibus verò quæ præcipua ad sanitatẽ exercitia sunt,
hæc per valentiores corporis partes sunt obeunda. Sed
habenda consuetudinis imprimis, est ratio. Nam quæ
consueta sunt, vt minimẽ lassantia quos exercent, etiã
delectant: sicuti ẽ diuerso, quæ insueta sunt, tum displi-
cent, tum verò lassant. Porrò quibus operib⁹ ãrte opus
est, ea ne attingere quidem senes debebunt. Senes igi-
tur consuetis laboribus exercendi sunt, sed tamen ve-
hementia eorum remissa. Tertium quò dirigit qui exer
citationis formam præscribit, ab affectione sumitur.

Consuetudinis exercitiorũ eẽ habendã rõnẽ.

Senes consuetis laboribus sunt exercẽdi.

Nã quos comitiales morbi, vertigines, grauis ophthal
mia, vel aurium dolores ex leui occasione malẽ habẽt,
iis inclinato capite, dorso'ue, aut humi volutatis exer-
citari non expedit: sed tum ambulatione sæpe, tũ cur-
su mediocri, tum gestatione in vehiculis citra fatigatio
nem vti. Simili modo quibus aut in fauces, aut in par-
tes eas quæ circa collum aut totum caput consistunt,
fluxiones procũbunt, minimẽ quæ caput impleat exer
citationem sustinent. Sed sunt his omnibus quæ ꝑ cru-
ra gerunt vtilia: sicuti ẽ diuerso qui imbecillis sunt cru
ribus, his superioribus partibus exercitari est satius. At
quorum mediæ crurum brachiorumq; partes oppor-
tunæ offensionibus sunt, iis quoduis exercitationũ ge-
nus idoneum fuerit: modo ne reliquarum considera-
tionum vlla prohibeat. Quæ tamen circa thoracẽ par-
tes sunt, magis inferiorum exercitatione iuuant: quæ
circa vesicam & renes, superiorum. Lienis, ventricu-
lus, iecur, & intestina, vt in medio superiorum & infe-
riorum sunt, ita se ad exercitationes habent. Frictiões
tamen partibus infirmis, quo tempore laborãt, admo
uere non conuenit. Vbi sanæ sunt, conuenit vel magis

Exerceri q̃ superioribus, & qui ĩfernis partibus debeant.

Infirmæ partes dum laborant, non sunt fricandæ.

quàm aliis, & potissimum siccas. Quinetiam, qui certa
periodo redeũt quibusdã partibus dolores, hi ne fiãt,
non exigua ex eiusmodi frictione cautio est, præci-
pueq; si duas vel tres horas ante accessionem adhibi-
ta sit. Firmantur enim eæ partes, & consuetas fluxio-
nes minus admittunt. Atq; hæc quidem omnibus æta
tibus communia existunt. Non exercitari verò imbe-
cillis parti bus, solis senibus suadeo: ex cæteris, quanto
quisq; remotior a senio fuerit, tanto illi magis exerci-
tanda pars debet. Cæterùm si crura gracilia sortiatur,
ea sanẽ picari, modiceq; fricari, & cursu vti potius q̃
alio exercitio conducet. Si igitur nec lassitudo, nec ca-
lor præter modum sentiatur, augeri ambulationem &
cursum oportet, necnon alternis diebus picari. Sin ali
quid eorum cernitur, crura sursum habita in lecto col
locare conueniet, & copiam exercitationis minuere,
atq; infernẽ sursum vti frictione. Vbi verò, his obitis,
cõsequuta fuerint naturalem habitum crura, ad eum
quem cœpisti remediorum vsum redibis: adhibitis &
rotũndis frictionibus, quæ durarum ac mollium sunt
mediæ. Aliquando etiã & pingui puluẽre prius insper
sis cruribus, oleum infundes, & mox fricabis. Si cui ue
rò crassiora quidem crura sunt, brachia verò, cubitiq;
gracilia, huic omnia quæ ꝑ manus fiunt exercitia, sunt
petenda: fugienda verò quæ cruribus obeuntur. Fri-
ctiones tamen & picationes simili modo fiant. Porrò q
ĩbecilliores sunt, hos gestatione potius q̃ inambulatiõe
dimouebis: validiores vtroq; gñe exercitabis, agesq;
ad secũndam frictionem vtrosq;, sed semper imbecil-
liorem citius. Nam vbi ĩbecillæ sunt vires, crebra exi-
guaq; frictione vtendũ: vbi validæ, rara multaq;. Sci-
re autem licet, senilis statum corporis, quoniam ex le-
ui momento in morbum incidit, simili ratione iis qui
ex morbo conualescunt, in victu esse curandum. Tu-
tius ergo est imbecillo seni exiguum dare ter die, sicuti

Frictio prohibet dolores ꝑ circuitũ uenientes, si duas uel tres horas, ante accessionẽ adhibita sit.

Crura gracilia picãda esse, & cursu exercenda. 203

149 et 147

Brachia gracilia, & picãda, & omni modo exercenda.

Gestatione in quibus utẽdũ.

Senibus eadẽ quæ conualescẽtibus expedit uictus rõ.

Senes crebrius & parcius cibandos esse.

Antiochus quamusus uictus rõne, sensibus & mẽbris oĩbus integris ad extremũ durarit.

Antiochus medicus solitus est se cibare: qui circa tertiam vel ad summum quartam horam, panem cũ attico melle sumebat. Post sextam autem, iam exercitatus & lotus, prandebat mediocriter: primùm iis sumptis quæ aluum deiiciunt: post hæc maximè piscibus, vel quos saxatiles vocant, vel qui in alto mari degunt. Rursus in cœna à piscium vsu abstinuit: sumpsit autẽ aut far cum mulso, aut auem ex iure simplici: qua quidem victus ratione sensibus & membris omnibus integris ad extremum durauit. Sciendum autem est, vt pueris vinum est aduersissimum, ita esse q̃aptissimum senibus. Esto autem id ex his quæ calidioris naturæ existunt, qualia sunt in Græcia quidem Ariusiũ & Lesbiũ, & Mysium. Ex Italicis verò Falernum & Surrentinũ. Proxima his sunt in Italia quidem Tiburtinum & Signinum, ambo vetera: quando nouella diu fluitant in ventre. Secundo ab his loco sunt Adrianum & Sabinũ, & Albanum, & Gabrianum, & Triphilinum: præterea omnia Aminæa quæ in Italia nascuntur, & circa Neapolim & in Tuscia. Ergo de his modicæ antiquitatis bibendum senibus est, vtiq; quibus valentius caput non est. Quibus autem est, his & Falernum, & Surrentinũ, & Ariusium, & Lesbium, & Mysium, & Tmolites, idonea sunt. Huc autem dirigi omne consilium debet, vt vinum ipsum sit substantia tenuissimũ, atq; fuluo colore, quãquã pallidum commodum etiam existit. Calidissimum autem vinum, si colorem spectes, est flauũ: minimè verò calidum, albũ. Quæ media inter hæc sunt, prout alterutri magis accedunt, ita vim eius exhibẽt. Vnum igitur illud maximum senibus commodum ex vino accedit, quòd omnia eorum membra calefacit: alterum, quòd per vrinas serum sanguinis expurgat. Quæ omnia præstat tenue simul & flauum vinũ. Quæ verò ex pallidis aut flauis vinis substãtiæ pinguis sunt, hæc & sanguinem augent, & corpus nutriunt: quo fit

193 et 90

Vinum, ut pueris est aduersissimum, ita q̃ aptissimum senibus.

Senibus qualia uina sint cõmoda.

Vinũ flauũ quidem, calidissimum esse: albũ vero, minime calidum.

Vinũ quæ cõmoda præstet senibus.

vt ea vtilia senibus interdum sint, vtiq; quo tempore nec serosam humiditatem in venis habent, & ali liberalius desyderant. Cæterùm quæ diu in ventre morantur, vt crassa simul & astringentia vina, eorum sanè nullum aptum est seni. Si quis ergo senum dulci vino vti à balneo velit, vbi mane comederit, huic optimum Faustianum Falernum fuerit, aut aliquod illi simile. Possunt etiam vinis iis vti senes, quæ melle condiuntur: maximè vbi suspicio est gignendi calculi in renibus, aut podagræ, articularis ue morbi impetus futuri. Verùm quia obstructio à cibis crassum atq; lentum succum gignentibus, difficilior curatu est ea quæ à vinis procedit, ideo cauendum senibus est, à multo alicæ, aut casei, aut ouorum, aut cochlearum, aut bulborum, aut lentis, aut suillæ carnis esu: multoq; magis ne anguillarum, aut ostrearum, aut chartilagineorum, aut thynnorum, aut cætariorum vsum frequentent. Sed neq; ex carnibus ceruina, caprina ue, aut bubula est vtilis, non modo senibus, sed neq; vlli ætati. Ouilla verò iuuenibus quidem non malus est cibus: Senibus tamen, nec ea est commoda: atq; hac etiam multò minus agnina. Hœdina verò seni non incommoda est: præterea aues eæ quæ extra paludes ac flumina, stagnaq; degunt. Salita autem omnia meliora recentibus sunt. Ergo ante omnia cauendum ab obstruentibus est. Quòd si res cogat aliquando copiosius iis vti, protinus sumendum medicamen Diacalaminthes est, aut etiam diatrion pepereon: aut piper album & redactum in pollinem, cum ipsis cibis ac potione est miscendum. Sed & cæpas esitare tunc expediet, alliũq;, si huic assueuerint. Quòd si post obstruẽtes cibos, ea quæ obstructiones aperiãt dederis, atq; ab iis ipsis soluta aluus sit, utilissimè postridie theriacẽ propinaueris, sicuti & Ambrosiam, & Athanasiã. Iam illud patere arbitror, panem quoq; his exhibẽdum, qui nec

Vina incõmoda senibus.

Senes a q̃bus cibis cauere debeant.

Carnes omni ætati inutiles, sunt ceruina, caprina, & bubula.

Seni salita esse meliora recentibus.

175 et 197

Senes q̃bus uti debeant præsidiis, ne in obstructiones incidant.

salem, nec fermentum, nec subactionem, nec iustā coctionem desyderet: non autem aut similaginem, aut quæ ex ea fiunt bellaria: quū nimirū viscera obstruāt. Quippe nisi placentis quę ex butyro & similagine fiūt, mel affatim admixtum esset, nullus cibus omnibus hominibus, nedum senibus, magis aduersus esset. Panis itaq; quo purior fuerit, eo magis seni aduersatur. Siquidem nisi multum fermenti & salis receperit, diligentissimeq; sit coctus, obstructiones in iecinore, liene, & renibus facit: maximè quibus in his visceribus vasorum exitus angustiores natura sunt: pro quorū sanè diuersitate contingit etiam, vt alii citra noxam diu lacte nutriantur: alii grauitatē in præcordiis ac maximū pondus, dum vtuntur illo, persentiant. Noui autem quendam cui ex lactis vsu dentes omnes perierunt: id quod ea de causa contigit multis aliis. Porrò lactis cōmoda sunt, vētris moderata deiectio, succi bonitas & nutritio: pascuis ipsis quoq; animalium, quorū lacte sumus vsuri, non parum ad hæc conferentibus. Nam si scammonia, aut tithymallorum quopiam vescantur, cōstat in lacte etiā laxandi vires inesse. Quare animaliū quorum veluti optimi succi lacte sis vsur⁹, neq; acria, neq; acuta, neq; admodum austera nutrimenta esse debent. Animal autem ipsum sit ætate florens oportet, habituq; īculpato corporis. Satiusq; fuerit alterum caprā, alterum asinam esse, earumq; lacte vicibus vti. Quippe asinæ lac tenue serosumq; est: capræ, mediocris substātiæ existit. Itaq; hoc nutriet magis: illud omnino tuti⁹ est. Nam & si quando solūm cum pane sumitur, tū citius subducitur, tum minimè est flatulentum, sed neq; in vētre cogitur, potissimū si prius salis aliquid & mellis immiseris. Lac tamen non omnibus exhibendum est, sed iis solis, qui id probè concoquant, nec ullum ex eo symptoma in dextra præcordiorum parte sentiāt. Vina autem quę calidiora sunt, & quæ ipsas vrinas mo-

Panis qualis exhibendus senibus.

Bellaria esse abigenda a senibus.

Melle corrigi prauitatē placentularum.

Panis quo purior fuerit, eo magis seni aduersatur.

Lac est aduersissimum dentibus.

Lactis cōmoda.

Pascua aīaliū conferre plurimum ad bonitatē lactis, malitiāue.

Asininum lac, quale.

Caprillum lac quale.

Lac asininum minime in uentre cogitur.

Lac quibus sit exhibendum

Vina senibus quæ conducāt.

uent, ea magis conducunt senibus. Quum autem senile corpus, quantum ad ipsas partes attinet, frigidū siccumq; sit, facilè autem serosis & pituitosis excrementis, ob virium infirmitatem, impleatur, hæc quidē purganda sunt, solidæ autem partes calefaciendæ simul & humectandæ. Iam q̄ moderato motu & somno senes indigeant, satis magna documēta sunt, quò victus eorum consilium dirigi debeat. Quare si quādo propter pituitam aut obstructiones cogimur aliquid ex iis quæ incidant ac dissecent petere, reuertendū sine mora ad humectantem victum est: atq; alica ex melle, cui aceti aliquid mistum sit, aut ex mulso, vino'ue Falerno exhibenda: aut lacte vtendum, aut ptisana bene cocta, quæ piperis pollinem acceperit. Ita verò & maturi fici, prę cæteris autūnalibus fructibus eligendi sunt: sicuti hyeme caricæ. Panis autem præparatus sic vti dixim⁹ exhibeatur. Sed vrinas quotidie moueri conuenit, non p̱ pharmaca, sed apio, & melle, vinisq; ad id facientibus: nec non aluum soluere, potissimum oleo ante cibum absorpto: atq; oleribus ex oleo garoq; ante cibum assumptis. Quin & ficis, prunis, aliisq; id genus quę æstate autumnoq; vigent, soluitur nonnullis aluus. Hyeme verò tum caricis, tū Damascenis prunis, aut elixis, aut in mulso cui plusculum insit Attici mellis maceratis. Longè autem ad deiiciendam aluum Damascenis Hispana præstant. Oliuas etiam ex muria præsumere aliquando licet. Aloem verò (quod multos senum, quib⁹ siccus vēter est, facere video) haudquaquam sumi suaserim, nisi maior aliqua necessitas vrgeat. Quòd si biduo astrictus venter tertio die non soluitur, sat eo tempore fuerit, Mercurialem herbam, & marinam brassicam, & cnicum in ptisana, dedisse. Similiter & terebinthi resinam, nucis ponticæ magnitudine: aliquādo duarum trium'ue. Quippe non modo aluum soluere citra noxam potest, sed etiam viscera omnia, iecur,

Senile corpus, partibus quidē solidis esse siccū & frigidū: colligere tamē in se pituitosa & serosa excrementa, q̄ sunt purganda.

Senibus uictus humectās congruit.

Ficos maturos congruere senibus.

Senibus urina & aluus qbus medicamentis atq; cibis mouenda.

Damascena pruna.

Oliuæ.

Aloes usum iprobat Galenus in senibus.

Ventrem soluentia tuto.

Terebinthinā soluere aluū, abstergereq; uiscera.

lienem, renes, pulmonesq́; abstergere. Vicatim autem prædicta exhibere oportet: tum verò id medicamentum, quod ex caricarum cniciq́;, à pelliculis exutorũ, tusorumq́;, pari mensura constat. Sumere uerò conuenit duarum trium'ue caricarum magnitudinis mo dum. Cæterùm nullum eorum quæ dicta sunt exhiberi admodum copiosè debebit. Siquidem nonnulli in præsens gaudent, si copiosius desederint: verùm quanto magis suntvacuati, tanto his venter sequentibus diebus magis astringitur. Quo fit vt ipse, si qui sunt quibus in diuturnis morbis uenter sistitur (contingit enim id post longum morbum in conualescentia) iis aluũ ducam non acribus per inferna infusis, sed tantùm oleo: id quod sanis similiter vtile est. Omnis porrò affectionis corporalis prouidentia, in duobus consistit: nempe propria eius internoscenda essentia, & materiæ præsidiorum viribus. Vt statim in proposito nũc senio, qui scienter pernouit senectutem esse siccum & frigidum corporis temperamentum, annorum multitudinis ratione prouenieus, si quidem quæ humectent pariter & calfaciant præsidiorum materias norit, is idoneus senum medicus fuerit. Quadruplex verò materiæ genus quum sit, quæ sumuntur, quæ geruntur, quæ educuntur, quæ foris admouent: utiq; ex singulis eligere oportet, quæ calefacere humectareq́; possint. Quod autem ad exercitia pertinet, vt iuuenibus ea mutare quæ nocent, tentandum est, etiam si à pueris his maximè insueuerint, sic vtilius est senibus consueto opere exercitari, vel si modicè noxium sit. Sicuti uerò senum ipsorum inter se non parua differentia est, ita & eorum qui natura sicciore frigidioreq́; sunt, si ad mediocrem statum compares, non paruum intemperiei discrimẽ inuenias. Atq; humectare quidem hos calefacereq́; conueniet: audacius tamen eos, qui per ætatẽ maiori exercitio ferundo sunt. Conducit autem ad certiorem af-

Medicamẽ ex caricis & cnico, aluo soluendæ cõmodũ.

Ventrẽ tanto magis astringi sequenti tẽpore, quo magis fuerit uacuatus.

Clysmos ex solo oleo ad deiiciendã aluũ cõmodissimos cẽ.

Affectuũ corporis prouidẽtia, ĩ ꝓpria eius ĩternoscẽda essentiæ, & uiribus præsidiorum consistit.

Senium quid.

Materię remediorũ quadruplex genus.

Senibus deligenda quæ humectent, & calfaciant.

Senes exercendi cõsueto opere, uel si modice noxium sit.

fectuum notitiam, quum ætatis consuetudinisq́;, tum causarum quas procatarcticas vocant, consyderatio. Qui verò affectum exactè norit, facilè adinueniet remedia, quum contraria contrariis auxilio sint. Male itaq; affecto corpori, semper contraria: optimè se habenti, viribus similia exhibeantur. Quin etiam intemperies ipsas, quæcũq; adhuc intra sanitatis fines subsistunt, si corrigere studebis, contraria quodãmodo victus ratione curabis: quod tamen per multum fit otiũ. Nam si in negotio sint, similibus vteris, potissimũ quũ ita fuerint corpora assueta. Atq; hactenus malè affecto corpori contraria exhibebimus, quoad pristinum statum sit consequutum. Cæterùm ea victus ratio quæ intemperies corrigit, longius pleruncq; procedit, propterea quòd similibus maiori ex parte morbis tentamur. Facilius itaq; quicquid intemperatũ est, ad propriam naturam redit, quàm ad optimum temperamẽtum accedat. Quippe id quum in medio omnis intemperantiæ sit, quisquis conueniente naturæ suæ morbo laborat, ab eo longius abest: qui dissimili, minus. Ergo nec assuetudines ipsæ, tametsi paruæ sint, displicentibus adhuc sibi corporibus, sunt mutandæ. Quum autẽ contrarii inter se multorum hominum corporis status sint, certè mirandum non est, nõnullos vtilitatem ex contrariis percipere. Ac proinde sicuti fieri nõ potest vt vnum calopodiũ ad omnes homines sutor accommodet, ita nec medicus vnam omnibus vitæ speciem quę conducat, potest accommodare. Nonnullos siquidem noui, qui si triduo se ab exercitatione abstinerent, protinus ægrotabant: alios in perpetua quiete degentes, tamen secundam tueri valetudinem: atq; horum ipsorũ alios minimè lauare: alios nisi lauissent, illico febricitare: sicuti Premigenem Mitylenæum, cui nimirum ob excrementa fumida, sub cute collecta, cohibitaq́;, febris excitabatur. Quare naturis eiusmodi

Affecto cognito, facile inueniri remedia.

Contraria contrariis auxilia esse.

Sana esse conseruanda similibus.

Intemperies q̃ intra sanitatis fines consistũt, per otium quidem, contraria postulãt: per labores autẽ, similia.

Similibus maiori ex ꝑte morbis tentamur.

Intemperatũ quoduis facilius ad ꝓpriam naturã redit: q̃ ad tẽperamentum optimũ.

Assuetudines mutandas non esse.

Speciem uitæ unam, nõ posse omnibus accommodari.

balneum est vtilissimum, non modo q fumidum euocet: sed etiam q humectet, idq; dulci humore. Facillimè igitur id quod quæritur ratiocinatio inuenit: fidem verò eius experientia cõprobat. Porrò vbi Hippocrates ait, labores debere ipsos cibos præcedere: illic agit de ordine exercitationis & cibi, nequaquam illud affirmans, quòd omnibus hominibus hęc ambo conducat: sed q iis quibus exercitari expedit, præcedere exercitatio ipsos cibos debeat: quum nimirũ in lib. de Morbis vulgo grassantibus, calidis naturis quiescendũ esse suadeat: hoc est, à vehementi motione cauendũ: quandoquidem ex ipsa in totum desidia, nemo vnquã adiutus est. Quibus itaq; mordax calor à natura est, adeò vt fumida gignat excrementa, iis balneum salubre est, tum motus qui exiguus & lentus sit: multus autem & celer aduersissimus est. Quare istis nõn semel modo, verum etiam bis lauari die conducit, potissimum æstate. Esse quoq; boni succi nutrimentũ, in quo nihil sit acre. In sole autem versari, & irasci, & multum cogitare, his inimica sunt. Qui diuersæ ab his naturæ sunt (hi autem sunt frigido & humido tẽperamento) valentiores motus desyderant, ac victum in quo superet quod tenuem succum faciat. Hi verò, nec si in sole exercites, læduntur: nec etiam si balneo abstineant. Porrò senescunt celeriter, quæ corpora frigida & sicca sunt. At humidum & calidum temperamentum est fluxionum vitiis obnoxium. Iam verò omnes intemperatas naturas corrigere quidem contrariis oportet, dũ planè in otio sunt: seruare autem similibus, dum per negotia vacare sibi non possunt. Cæterùm plus laborandum est propter humiditatem corporis: præceleri motu nõ vtendum, propter calorem. Ad hæc quum ex segniore vitæ ratione ad exercitationes & balnea se transferunt, illico fluxionum tentantur morbis, nisi prius sint vacuati, quàm exercitationes adeant. Quare anteuertere per

veris

Balneũ quibus sit utilissimũ.

Ratio inuenit Experiẽtia fidem inuentorum comprobat.

Labor in quibus debeat cibos præcedere.

Calidis naturis quiescendũ esse.

Desidia nemini iuuit unq.

Balneum qbus salubre.

Calore mordaci præditis, q̃ aduersentur.

Naturis frigidis atq; humidis, quæ conueniant.

Senescẽtia celeriter corpora, quæ.

Intẽperatæ naturæ dũ sunt in otio, corrigẽdę cõtrariis: ut seruandæ similibus, dũ sibi uacare non p̃nt.

veris initium sanguinis detractiõe oportet, aut per incisam venam, aut scarificatis malleolis. Quòd si ita inaniti recusent, purgandi medicamento sunt, non simplicis facultatis, sed quod trahere flauam bilem, & pituitam, & serosa excrementa possit. Vinum autem frigidis & siccis naturis vtilissimum esse prius dictum est: circũcidendum verò iis est, qui summè calidi propter intemperiem existunt. Nam qui media temperie sunt, vtiq; plurimus iis fuerit naturalis calor: ac tali quidem naturæ mediocre dandum est vinum, sicuti ipsa quoq; mediocris est. Sed quum triplex genere sit calidi temperamenti differentia, vna in qua reliqua contrarietas (nẽpe quæ in humido & sicco consistit) mediam temperiẽ seruat: altera in qua siccitas subsultat: & tertia in qua vnà cum calido etiam redundat humidum: ei quidem quam primo loco diximus, tantum albi, tenuis, atq; diluti vini offeremus, quantum ipsa à summa intemperie recessit. Reliquarum autem differentiarum neutri, quum summæ caliditates existant. At quod calidissimũ vinum est, id frigidissimis intemperantiis est vtile: reliquis autẽ quod portione respõdet. Hæc verò dicta mihi de iis sunt, qui mediam senectutis ætatem agunt.

Sanguinis detractione, aut purgatiõe, quibus nam prospiciẽdũ sit ineunte uere.

Vinũ frigidis & siccis naturis est utilissimum.

Vinũ mediocre mediocri naturæ dãdũ.

Calidi temperamenti differentia triplex.

Calido temperamẽto absq; excessu humoris & siccitatis, quantũ uini offerendum sit.

GALENI PERGAMENI DE SANITATE tuenda. Liber VI.

QVVM AVTEM ANTErioribus quinq; libris, quo pacto quis eum qui optimo corporis sit statu, ab omniq; ciuili negotio immunis, propriæ tantũ valetudini indulget, à prima ineunte ætate ad vltimam vsq; senectutem in sanitate custodiat, iam abundè docueri-

mus: nunc sanè ad eos veniemus, quibus per negotia esse, bibere, atq; exerceri debito tẽpore haud licet: præterea ad eos, qui statim ab ortu sunt ualetudinariũ corporis statum sortiti. Vitiosi autem corporum status, genere duplices sunt. Alii siquidẽ vniuersas similares particulas similiter habent intemperatas. Alii verò dissimiliter, inæqualiterq;. Quin etiam instrumentalium partium compositione, quædam æqualiter, quædam inæqualiter conditæ sunt. At primùm quidem dicã hic quoq;, qui status corporum sint maximè valetudinarii, sicuti & prius, qui maximè sanus esset, ostendi. Verùm is vnicus erat. Etenim in omnium rerum genere, quod optimum est, id vnum est. Vitiosa verò plurima sunt. Eorum autem quæ per omnes partes similem habent intemperantiam, maximè improbanda sunt, quæ validas habent ipsas intemperantias: ac potissimum frigidas simul & siccas. At eorum quibus inæqualiter se habent corporis partes, illa quidem maximè morbis patent, quorũ principes maximè partes contrariis tẽperamẽtis affectæ sunt. Minus obnoxiæ valetudini sunt, quibus ignobiliores partes ita se habẽt. Afficiuntur autem interdum partes per consensum aliarum, atq; communis sortii lege. Primùm ergo de iis verba faciã, qui æquali sunt intemperie, idq; ab iis qui præcalidi sunt, auspicatus. Dictum autem alibi à nobis est, non posse diu intemperiem unam solam per se durare: quando ipsa sibi ipsi alteram ex necessitate asciscit. Sciendum etiam est, temperiem optimam corpori in adolescẽtia accedere: reliquas autem ætates, hac deteriores existere: necnõ corporales quidem actiones, præcipuas adesse pueris: animales autem, ei ætati, quæ à pueritia ad remissionem vsq; succedit. Nec tamen est has ætates annorum numero circũscribere, nisi fortè in latitudine quadã. Pubescere quippe incipiunt aliqui, vbi expleuerunt quartumdecimum annum. Quidam uno post anno: aut etiã

Vitiosos stat⁹ corporum esse duplices gñe.

Vnũ ubiq; esse, quod optimum est. Vitiosa eẽ plurima.

Intemperiem unã per se diu durare nõ posse.

Temperiẽ optimã soli adolescentiæ accedere.

Actiones corporeas, adesse præcipuas pueris: ut aĩales, ꝑ uectiorib⁹, usq; ad declinationem.

amplius. Initium præterea remissionis nonnulli habent statim à trigesimo anno: nonnulli post quintum & trigesimum. Ac robur quidem omnibus minuitur, post ipsam summi vigoris ætatem: non tamen hi sanitatem amittunt, tametsi minus hanc quàm antea laudabilem habeant. Nam quum latitudo sanitatis sit ampla, non solùm vsq; ad initium senectutis, verùm etiã in ipsa senectute tota (quæ quibusdam naturalis esse morbus videtur) sani dicuntur homines, sanitate senectuti congruente: quæ tamen, sanitas absolutè non est, quum actiones in senibus non sint perinde validæ, & firmæ, ut in iis qui ætate florescunt. Quare horum sanitas, propter ipsam actionum virtutẽ, integra est, & de qua quæri non possit: senum sanitas, querimoniis non vacat. Quamuis enim omnes actiones habet, nullam tamen validam possidet. Porrò corpora quæ à prima statim genitura pronum ad morbos statũ sortita sunt, ea sanè ad senectutem nunquam perueniunt: aut si quando peruenerint, vno saltem diutino morbo penitus laborant. Qui autem salubrem viuendi rationem ignorant, credibile etiam est, hos citius quàm pro naturæ ratione interire. Sed iam ad illos conuertamus sermonem, qui æqualiter per omnes partes, calidius sunt sortiti temperamentum: cæterùm in humiditate & siccitate se habent modicè. Ac talis quidem corporis natura, ab initio statim magis apparet sana, quàm quæ in vtraq; oppositione est uitiosa. Citius quippe edet dentes, & citius articulatam vocem, ingredieturq;, citius, & singulis annis ad portionem increscet. Postea verò quàm adolescentiæ annos compleuerit, exinde ad remissionem vsq;, manifestè apparebit calidior, ita vt tum morbis, tum symptomatis quæ à bile oriuntur, facilè sit obnoxia. Multus nanq; calor dum humorem absumit, siccius reddit temperamentum. At quum florens iam ætas item

Aetates circũscribi numero annorum non posse.

Robur iminui omnibus post uigentem ętatem.

Sanitatis latitudo est ãpla.

Sanitas senum non est sanitas absolute.

Corpa ab initio pessime cõstituta, nõ peruenire ad senectam: aut aliquo semp morbo teneri.

Calidiori, absq; excessu humiditatis aut siccitatis, tẽperamento, quæ adsint.

calida sit, nimirum composita eorum temperies, calida simul & sicca erit. In talibus autem temperamentis bilis abundare tum pallida, tum flaua solet. Sunt verò, qui hac natura sunt, ad ætatem vsque adolescentiæ, similiter educandi iis, qui optime sunt naturę. Si igitur bilis ipsa ventrem superiorem petat, per vomitum expellenda est, post exercitationes aqua tepida propinata: nam vino tunc vtendum non est, nisi difficulter vomant ex aqua. Quippe eiusmodi quædam naturæ sunt, quibus vtiq; vinum dulce, vbi aquam præbiberint, est concedendum. Præterea etiam magis, vbi temperamentum eorũ ab initio calidius sicciusq; fuit, vomitio petenda est. Quin & exercitari his utilius est, non acutis exercitationibus & præuegetis, sed potius tardis, & mollib⁹. Sunt enim omnes qui hoc statu sunt, graciliores. Acutæ autem exercitationes extenuãt: lentæ implent corpus. Sunt verò ex iis qui impensè calido temperamento sunt, & qui exercitari prorsus non debeant. Sed abundè his satisfaciant inambulatio, balneum, & mollis ex oleo frictio. Quos etiam iuuat à cibis balneum, nisi in dextra præcordiorum parte dolorem, tensionem'ue aut grauitatem sentiant. Etenim quidam eorum incredibile est, quàm etiam obesi sint redditi ex tali victus ratione. Antiquum autem uinum inimicum iis est: album verò & tenue, idoneum. At si quando eorum quæ dixi aliquod circa dextra præcordia sentiatur, illico dandum aliquid est eorum quæ iecur obstructum liberent, abstinẽdumq; ab iis cibis, qui crassum efficiunt succum: idq; donec affectus sese remiserit. Vtile sanè fuerit & liquorem in quo macerata sit absinthii coma, offerre: præterea quod tum ex ea, tum ex aniso & amaris amygdalis conficitur: quod etiam bibere ex oxymelite præstat in eo tempore, quod inter surgendum à somno, lauandumq; interuenit. Non inutile est & medicamentum diacalaminthes, ex oxyme-

Bilẽ abundare ĩ calidis & siccis temperamentis.

Bilis purgatio quomodo sit molienda.

Calido & sicco tẽperamẽto præditi, tardis mollibusq; exercitiis sunt exercendi.

Macilẽti quali uictus ratione pinguescere soleant.

Obstructioni uiscerũ opitulari absinthiũ, anisum, amaras amygdalas, & medicamen diacalaminthes.

lite: cuius tamen assiduum vsum cauere oportet in biliosis temperamentis. Porrò alimenti species, si quis horum temperamentum vertere in melius studet, cõtraria esse intemperantiæ debet. Cæterùm qui uersatur in rebus ciuilibus, & multis negotiis distringitur, huic tutius est, vt nec tentet suum temperamentum mutare, sed similia sibi nutrimenta assumat. Nutritio siquidem fit, quum is qui nutrit cibus, corpori quod alit, assimilatur. Citius autem assimilantur sicca siccis, & humida humidis. Quibus verò æquale temperamentum est, iis quantò iucundius fuerit quod edunt, tanto vtiq; fit magis nutriẽs. At qui inæqualẽ temperiem sortiti sunt, iis diuersum est, qđ assumptu iucundum est, ab eo quod cuiq; est particulæ idoneum. Duplex autem est, id ipsum quod cuiq; cõueniens dicitur. Aliud quippe secundum simplices qualitates: aliud secundum totam substantiam esse conueniens dicitur. Atq; illo quidem vtimur, dum aut mutare intemperiem per otiũ uolumus, aut seruare, propter negotia. Hoc autẽ, quod tota substantia maximè idoneum est, sola experientia discernitur, habetq; vim non vulgarem, ad mutationem alimentorum in substantiã animalis nutriẽdi, totius substantiæ conuenientia. Fiunt autem & qualitatibus conuenientiæ, vtiq; si seruare temperamentum studes: humidis naturis humectante cibo maximè quadrãte: siccis verò eo qui siccet: sin alterare placet, contrariis. In eo verò qui est in calido frigido'ue ad intemperantiam lapsu, contraria dare semper expedit: quum efficaciores quàm quæ ex siccitate & humiditate cõsistunt, eius modi intemperies sint, facileq; similibus nutrimẽtis in morbosam intemperantiam abeant. At si siccius quoduis membrum efficias, nihil manifestè lædes. Pari modo nec si humidiori suam serues humiditatem. Euidenti verò argumento tibi ætates sint. Quæ enim à prima genitura, adolescentiam vsq; habentur, humidis-

Occupati negotiis nõ debent temperamentum mutare.

Nutritio fit, quum nutriẽs cib⁹ alẽdo corpori assimilat.

Conueniẽs cuiq; dupľr dici: aut secundum qualitates: aut secundum totam substãtiã.

Temperamenta esse seruanda similib⁹: ut alteranda contrariis.

Calidis, frigidisue intemperãtiis, cur semper contraria exhibenda.

Seniles partes eſſe admodũ ſiccas: licet mediæ capacitates ſupflua humiditate redũdent.

ſima iis caro eſt. At ſenili ætati, tum caro, tum cæteræ partes admodum ſiccæ ſunt, licet mediæ capacitates ſuperflua humiditate impleantur. Corpus itaq; iuſto calidius, ſi quidem in prima conſtitutione medium ſiccitatis, humiditatisq; habitum obtinuerit, omnino id in incrementi ſtatu ſiccius efficitur, idq; tum magis, tum celerius, ſi etiam natura erat ſiccius. Sed & ſeneſcet idem citius, quanto vtiq; ad ſummum incrementum peruenit citius. Hi ergo in præcipui vigoris ætate potiſſimum humidam victus rationem poſtulant: quæ humectantibus cibis & balneis, tum exercitationum, quæ præualidæ & multæ ſint, abſtinentia, perficit. Prodeſt his & frigidæ potio. At venus ſiccis temperamentis inimiciſſima eſt. Vitandæ quãmaximè his ſunt exuſtiones, & laſſitudines, & ſolicitudines, & vigiliæ, & motus omnis celer. Iracundia verò, quum bilioſas naturas maximè accendat, acutas febres parit. Eatenus autem intendere, remittere'ue ſpeciem victus oportet, quatenus ſupra naturalem habitum aucta diminuta'ue ſunt temperamenti elementa. Ac mutatur quidem temperamentum contraria victus ratione. Cuſtoditur ſimili. Sanè calidiores humidioresq; naturæ in puerili ætate, fluxionum, putredinis, & redundantiæ morbis tentantur maximè. Quo magis & pluribus exercitationibus, & exacta ventris concoctione indigent. Itaq; & ante cibum bis terq; hi ſi lauent, & calidis ſponte ortis vtantur, maximum inde commodum ſentient. Quippe huc dirigitur in his conſilium, vt ipſas animalis particulas ſeruemus humidas. Quæ res omnis temperamenti communis eſt, ſi modo contraria ratio omnium animantium corpora citius ad ſenectutem perducit, ipſaq; eſt, cuius culpa omne genitum corpus mortale ſit. Nam quum non liceat corpori effugere progreſſum ad ſiccitatem, iccirco ſeneſcere nobis, corrumpiq; eſt neceſſe. Erit tamen

Calido & ſicco tẽperamento, qualis uictꝰ rõ conueniat.

Venus ſiccis tẽperamẽtis inimiciſſima eſt.

Iracũdiæ uis.

Calidiores humidioresq; naturæ in puerili ætate, fluxionum, putredinisq; morbis tentantur.

Corruptionis neceſſitas, unde accidat nobis.

id maximè diuturnum, quicquid erit minimè ſiccatum. Ac proinde qui maximè humidi ſunt, ii maximè ſunt longæui, & ſanitate, vbi corpus ad robur peruenit, plus cæteris fruuntur: & reliquis qui parem ætatem agunt, valentiores ad extremum vſq; ſenium perſiſtunt. Nam tametſi humidum temperamentum in principio deterius ſit, tempore tamen reliquis præſtantius euadit. Quo magis qui tuendæ huius corporis ſanitati præficitur, excretioni omnium recrementorum oportet maximam operam nauet, tum balneis ante cibum plurimis, tum exercitatione, tũ apophlegmatiſmis & purgationibus: ſed ante omnia cibis boni ſucci, necnon vini potione, quod vrinas promoueat. At frigidorum temperamentorum tres ſummæ differentiæ exiſtunt. Nam aut modicè ſe habent in altera oppoſitione: aut altera qualitas in his exuperat, vtiq; vel ſiccitas, vel humiditas. Peſſima tamen meritò ſicca temperatura eſt: quippe: quod temporis ſpatio ſeneſcentibus accidit, id iis ſtatim à principio contingit. Ergo iſtos humectare calefacereq; oportebit. Quod fiet exercitatione modica, & nutrimento humectante, & calido: præterea calidi vini potione, & ſomno liberaliore: illud interim prouidentibus nobis, vt quotidie excrementa omnia expellantur. Venerem autem aduerſiſſimam eſſe temperamẽtis ſiccis, iam diximus. Quare aduerſari eam iis qui præter ſiccitatem ſunt quoq; frigidi, etiam veriſimile eſt. Nam innoxia venus iis tantùm eſt, qui calidi ſunt & humidi, tum verò qui genitura naturaliter abundant. Malum verò & illud frigidum temperamentum eſt, quod cum humiditate coniungitur: maximeq; eſt id fluxionum morbis obiectum. Succurritur huic & balnei abſtinentia, & exercitio & tenuiori victu, & vnctionibus quæ modicè calefaciant. At qui frigidi natura ſunt, cæterùm in ſicci humidiq; temperatura ſe modicè ha-

Lõgæuos maxime eſſe, qui maxime humidi exiſtunt.

Humidũ tẽperamentum in principio deterius eſſe: poſtea uero, reliquis meliꝰ euadere.

Frigidorũ temperamentorũ differẽtię tres.

Sicca tẽperies cur peſſima exiſtat.

Sicco frigidoq; tẽperamento prędíti, qua rõne calfaciẽdi ſimul & humectandi.

Venus aduerſatur temperamentis ſiccis & frigidis.

Venus quibus innoxia.

Humido & frigido tempera mento, qua ſit occurrendum uictus rõne.

habent, minus ii vel ad ſanitatem, vel ad corporis robur ſunt inepti, quàm qui ſunt in illis intemperati. Horum igitur excitare, firmareq; calorem expedit: in humiditatis verò ſiccitatisq; ſpecie, tota victus ratio ſit media. Nunc autem de iis dicamus, quibus corporis ſtatus eſt inculpatus, viuunt tamen vitã ſeruilem, aut negotiis implicitam: ſed ita, vt ad extremum diei liberè poſſint ſibi vacare. Salubris & inculpatus corporis ſtatus, in latitudine intelligi debet, ſicuti & ipſa ſanitas. Quum autem ad extremum diei dico, diſtinguendum eſt: circa'ne ſolſtitium æſtiuum, hybernum'ue, an circa æquinoctia, dies ipſa ſit æſtimanda. Romæ ſi quidẽ maximi dies ac noctes paulo maiores quindecim æquinoctialibus horis ſunt: contrà, minimi, paulo intra nouẽ. In magna verò Alexandria, maximus dies quatuordecim horarum eſt: minimus decem. Ergo qui in breuiſſimis diebus & longisſimis noctibus à miniſterio ſole occidente redit, huic fricari per otium, & lauari, & modicè dormire licet. Nemo autem tam infelici eſt ſorte, qui in maximis, & etiam in minimis diebus, non poſſit aliquid mediocriter agere. Cæterùm qui exercitationi non aſſueuerunt, ſed citra frictionem protinus perfuſi oleo conſueuerunt lauari, ſatis per ſe tranſpirablies, ita ut neq; aſſiduè, nec longo tempore ęgrotent, ii ad aliã conſuetudinem transferendi non ſunt: ſicuti neq; vlli alii, niſi qui iam longo tempore ægrotant. Aegrotare autem ſolent, aut redundantia, aut ſucci vitio. At ſi quidem redundantiæ vitiis ægrotent, ſucci ad conuenientem modum ſunt reuocandi. Sin ſuccorum vitio, ad meliorem frugem ii reducãtur oportet. Vbi igit quod exhalat à corpore, minus eſt iis quæ accepit, redũdantiæ oriri morbi ſolent. Quare proſpiciendũ eſt, vt eorum quæ eduntur & bibũtur, reſpectu eorum quæ expelluntur, ſeruetur conueniens mediocritas. Seruabitur ſanè is modus, ſi põderetur à nobis in vtriſq; quã-

Salubris corporis conſtitutio, ut ſanitas, etiam latitudinem habet.

Dies maximi & mĩmi quot ſint horarũ Romæ, & in magna Alexandria.

Redundantiæ morbi qñ ſoleant oriri.

titas. Detrahimus porrò de nutrimenti vel quantitate, vel qualitate, vel etiam vtraq;. Ac quemadmodum de quantitate dematur, notum eſt. De qualitate demitur, quum vnius maximè alentis cibi loco, alius exigui nutrimenti apponitur. Qui igitur celeriter notabilem abundantiam aceruant, iis de utraq;: qui nõ celeriter, aut non notabilem, iis de altera demptum eſſe ſat fuerit, vtra videlicet homo ipſe potius voluerit. Qui verò vitioſos congerunt ſuccos, ii non perinde ut qui redũdantiam cogunt, vni tantùm rei ſunt intenti: quandoquidem neq; vnica eſt vitioſi ſucci ſpecies. Cuiq; tamẽ horum ab iis cibis potionibusq; abſtinendum eſt, qui eum quem ipſi congeſſerunt vitioſum ſuccum facilè gignant. Ac ſanè omnibus his commune auxiliũ eſt alui deiectio, ſicuti & veneris conueniens mediocritas. Nã quibus inculpata corporis conſtitutio eſt, non debẽt ii, veluti ſiccis ſupra præceptũ eſt, à venere omnino abſtinere. An verò ſemel in die, an bis, ſit iis qui eiuſmodi vitam agunt, comediſſe ex vſu, quum ex corporis ipſorum natura, tum ex conſuetudine, atq; adeò tolerantia ad ipſius conſuetudinis mutationẽ, indicationes petendæ ſunt. Et eorum quidẽ quibus bilioſus uenter eſt, primi ſemper ciborũ ac potionum ſint, qui aluũ deiiciant. Nempe ex vinis dulcia, & quæ mollire ventrem poſſint. Ex cibis olera cum oleo & garo. Vitanda uerò ex vinis ſunt auſtera: ex cibis, qui aſtringunt, niſi ſi firmandi oris ventris gratia, poſt totam comeſtionẽ exhibeantur. Siquidem aſtringentium vſus in iis qui imbecillius os ventris obtinent, non ſolùm aluum non cõprimit, ſed etiam ad deiiciendam illam conducit. Quicunq; verò palæſtræ exercitiis ante balneum ſunt vſi, prius quàm diſtrictæ negotiis vitæ ſe addicerent, iis ut ab ipſis abſtinuiſſe eſt incommodiſſimum, ita vt ſimiliter vtantur, præter incommodum, etiam fieri nõ poteſt. Ergo apotherapia iſtis vtendum cẽſeo: & ſimul de

Nutrimẽti qñ minuẽda quantitas, aut mutanda qualitas, aut utrũq; faciendũ ſit.

Alui deiectio quibus ſit auxilium cõe.

Nutrimẽta uẽtrem ſoluẽtia, qbus añ alios cibos ſint ingerenda.

Aſtringẽtium uſus in iis qui os uentriculi imbecillũ poſſident, ad aluũ deiiciendã cõducit.

Apotherapiæ uſus quib' conueniat.

suillæ carnis modo nonnihil demẽdum. Quibus autem
ante balneũm aliquid esitasse est melius, si quidem in
die (gratia exempli) tredecim horarum æquinoctia-
lium, circa horam decimam curaturi sint corpus, ii ho
ra quarta solùm panem assumant, id quod ipse sum so
litus facere. Modus autem eius sit is, qui decima hora
possit esse concoctus. Sed nec post assumptum ipsum
bibendum est. Eorum porrò qui repleti cibo se exer-
cent, nonnullis caput repletur vaporibus, & in iecino-
re aut ponderis, aut distentionis, aut vtriusq; sensus p-
cipitur. Si igitur caput repletum sit, succurrendum am
bulationibus est, sed potissimum ante cibum. Nihil ta-
men vetat, quin & post cibum. Cæterùm has quãmaxi
mè lentas esse oportet: illas his celeriores. Si iecur ob-
structum sit, iis quæ in viis eius hærentia, expediant. At
quæ obstructos hepatis meatus aperiunt, eadem tardi-
tati concoctionis conducunt. Horum optima sunt oxy
meli, & diatrion pepereon, quod nihil nõ familiare re-
ceperit: ad hæc extenuatorius victus. Vbi verò corru-
ptio ciborum in ventre accidit, quibus id quod corrũ-
pitur, per aluum descendit, iis maximum id compen-
dium ad sanitatem est. Quibus autem non descendit,
ii prouocandi iis sunt, quæ deiiciunt leuiter: cuiusmo-
di sunt diospoliticon, vtiq; quum pari cũ reliquis pon-
dere nitrum immixtum habet: & quod ex ficis & cni-
co componitur, aliaq; quæ ex cnico vel epithymo con
ficiuntur. Porrò iis qui sic sunt affecti, etiam vomitus
ante cibum ex vini dulcis potione conducit: nec non
alui subductio, ex conuenienti interuallo, medicamine
dialoes (quod amarum vocant) exhibito. Nam si lon-
go tempore uitiosum succum augeri sinas, grauis quis-
piam ipsis incidet morbus. Consulendum verò his est,
ne quid fumidum, aut malè olens, aut facilè corrupti-
bile nutrimentum accipiant, sed qui boni succi sunt
potius eligant. Ars quippe quæ sanitatem tuetur, iis

Exercitia post crapulam, quę mala soleãt, pducere.

Capiti pleno succurrendum ambulationibus.

Obstructionis remedia etiã ad cõcoctionẽ facere.

Oxymeli.

Diatriõ pepereon.

Deiicere aluũ leuiter Diospoliticũ medicamen & quę ex ficis, & cnico, & epithymo constant.

Vomitus ante cibum quibus conducat.

Dialoes.

qui sibi paruerint, firmissimam sanitatem promittit:
qui verò aut voluptate, aut ambitione victi, parere re-
cusant, iis perinde est, ac si omnino non esset. Iam
verò, iis qui nimis graciles sunt (solet enim accidere
nonnullis gracilitas ob frigidam & siccam intemperan-
tiam: nonnullis propter digerentis in corpus, vel nu-
trientis, vel ambarum facultatum naturalem imbecil-
litatem) illitio ex pice conducit maximè. Dein vnguẽ
tum illud quod dropax dicitur. Prodest tamen si ante
balneũ manu mediocriter molli corpus perfrices, quo
ad ruborem contrahat: deinde dura frictione, nõ mul-
ta, cutem cogens, densam eã duramq; efficias. Ab his,
si mediocri exercitatione vsum, ac lotum, citra lõgam
tamen in solio moram, hominẽ abstergas, moxq; un-
gas oleo exiguo, & cibum offeras. Quippe studium in
his est, vbi bonum sanguinem in corporis molem at-
traxeris, vt tum nutricem vim firmes, tũ ne quod at-
tractum est exhalet, prospicias. Ac firmatur quidem nu
triendi vis excitato in carnibus calore. Non exhala-
bit qui in has sanguis attractus est, si oleo vnxeris: utpo
te quod emplastici medicamenti vim habet. Quòd si
ætas non reclamet, etiam si frigida lauatione vnà cum
prædictis vtatur, magno fruetur cõmodo. Contra ve
rò in iis qui ĩmodicè sunt obesi, minuenda digestio est,
augenda verò corporis exhalatio. Minuetur porrò di-
gestio, assidua ventris deiectione. Corporis aũt exhala
tio inaugebit celeri exercitatione, cuius generis cursus
est: præterea vnguentis iis quę euaporandi vim habẽt,
fricando q̃plurimũ. Frictio tñ ipsa esse mollis debet, ac
quæ laxum corpus efficiat. Qua rõne prępinguẽ quen-
dam paruo tempore ad mediocritatem carnis reduxi.
Sed & alias quæ totum occupãt corpus intemperãtias
simili methodo corrigere cõuenit: primùm eorũ quæ
agi expediet, inuento scopo: mox materiis q̃ ipsa præ-
stare queãt. At iã ad inæquales corporis status a ccigor.

Ars sanitatis tuendę iis qui sibi paruerĩt, firmissimã sanitatem promittit.

Gracilitas unde.

Gracilitatis remedia.

Nutriendi uis qua rõne firmetur.

Olei inunctio prohibet exhalationẽ succorum.

Obesis esse cibi digestionẽ minuendã: augendam autẽ exhalationẽ.

Exhalationẽ molientia.

Inæquales status trifariam fieri.

Cõstitutio corporis triplex.

Sanè inæquales statꝰ trifariã fiunt, prout cõpositio corporis nři est triplex. Vna ex primis elementis, ex qbus cõstant similares particulæ. Secũda ex iis ipsis similaribus, ex qbus instrumentaliũ cõpositio consistit. Tertia ab his, compositio totius corporis ex ipsis instrumentalibus. Ac facillima quidem, tum ad discernendũ, tum ad curandum, tertia est. Difficilior secunda. Maximè lubrica est prima. Commodius ergo à tertia incipitur. Quare exordiamur disputationem à capite, quod intẽperatæ naturæ sit, adeò vt multa excrementa gignat, vnde lædi subiecta membra contingat, in quodcunq; excrementa decubuerit. Ac promptissimè quidem in os & nares excrementa impetũ faciunt. Decidunt verò & in oculos: nonnullis etiam in aures. Sed excrementi in os decursum, tum gula excipit, tum aspera arteria, cuius summa pars ori coniuncta, quæ larynx dicit, instrumentum est vocis. Ergo is larynx ab iis quæ capite decidunt madefactus, principio quidem raucã vocem facit: procedente verò tempore, paruam. Si verò longius etiam procedit malum, totam adimit. Quippe cum larynge, arteria quoq; ipsa vnà humectať. Quod si acris fluxio sit, non solùm ad vocem ineptæ prædictæ partes fiunt, sed etiam grauissima eis erosio accedit: qua & pulmo simul exulceratur, qui morbus tabes dicitur. At si in gulam & ventrem feratur fluxio, quæ quidem frigida est, in frigidam intemperiem corpora mutat: quæ calida, in calidam. Hæc verò etiam spatio exulcerat. Verùm inter initia appetentiã & cõcoctionem prosternit. At frigida quidem fluxio tarditatem concoctionis & cruditatẽ, & acidos ructus creat. Quòd si etiam corrupta sit, alimentum quoq; vertit in corruptelam. Si verò inferius se noxa recipiat, & ieiunum, & colon intestinum affligit, tangitq́; vasa quæ in mesenterio sunt, per quæ fit in iecur cibi digestio. Ac nõnullos quidem fastidium ciborum excipit: alios appe-

Capitis excrementa in quas partes soleant decumbere.

Larynx instrumentũ est uocis: qui si recipiat fluxionẽ, illam põt adimere.

Tabes unde gignatur.

Calida in uentriculũ fluxio, quid moliat.

Frigida in uentriculũ fluxio, quid faciat.

tentia canina, aut etiam vitiosi cibi cupiditas, qualis est citta affectus in grauidis. Nec latet vuam quoq;, & paristhmia, & parulides, & antiades, & erosiones dentiũ, & vlcera, & in ore putredines, hanc saniem, quæ à capite in ipsa decidit, consequi. Satius autem in his omnibus est, ipsum mali ceu fontem prius tollere, caput firmando, quàm ad eorum curationem nos conuertamus. Aut si id præ magnitudine naturalis intemperantiæ non licet, saltem illi prospicere, ab ipsa scilicet uitii specie, prouidentiæ indicatione semper accepta. Quibus igitur ex calida intemperie caput malè habet, hos frequenti balneo dulcis aquæ fouere expedit. Calidarum autem quæ sponte nascuntur, noxius his vsus est. Siquidem quæ ex iis sulfureæ bituminosæ'ue sunt, eæ propterea ꝙ calefaciunt, inimicissimæ calido naturaliter capiti sunt: aluminosæ verò, quoniã angustos meatus claudunt. Solis autẽ iis sponte natis quæ dulces sunt (si tamen ipsis vtendum sit) vti citra noxam poterũt. Nam quod vtile etiam aliqd ipsæ præstare possint, hoc dicere non perinde tutum est: quando nec calidæ fortasse forent, si omnis calefacientis medicamẽtosæ virtutis essent expertes. Quibus verò caput vehementer calidum, æstuansq́; est, iis præstat æstatis tempore rosaceo perungi, quod ex rosis in oleum omphacinum salis expers iniectis, componitur. Sunt capita quæ propter arteriarum temperamentum in vertigines & capitis dolores incidũt: in quibus etiam incidere arterias solemus. Sed hoc genus propositæ artis limites egreditur. Quæ autem ex nimis acuto neruorũ sensu (qui à capite orti iter alia, os etiã vẽtriculi texũt) freqũter dolent, his sanè mederi, propositæ artis officiũ est. Potius tamen consilium est id agere, quo minus hæc ullo modo incidant, curandó ne aut biliosus humor in ventrem prorsus confluat, aut quãcelerrimè inde expellatur. Atq; vt ne prorsus quidem confluat consulueris,

Citta.

Capiti prospiciendum esse, prius ꝙ ad curãdos morbos a defluxu humoris ex ipso, ortos, nos conuertamus.

Capiti, laborãti intẽperie calida, frequenti balneo dulcis aquæ medendum esse.

Caput uehementer æstuãs, rosaceo recreãdum esse.

Arteriæ quando secandæ in capite.

Bilem nõ confluere in uentriculum, si cibũ citiꝰ exhibeas.

ſi citius cibum exhibeas. Vbi enim totius corporis biliosius temperamentū eſt, necnon imbecillus venter, niſi is corroboreť cibo, defluunt in eū quas corpus accumulat ſuperfluæ ſanies: ex quarū vapore dolores capitis, ſuffuſiones, atq; morbi comitiales gignunť. Horū itaq; omniū uniuerſa victus rō ad frigidius potius, humidiusq́; mutanda eſt. Quod aūt in uentrem confluit, id vomitione ac ventris ſolutione expellendū. Stomachus uerò cibis quidē quotidie prius q̄ bilem contrahat firmandus. Purgetur etiā medicamentis ex maiori interuallo, abſinthii coma, & cōpoſitione ex aloe, quā picrā nominant. Quippe hæc quod altius in tunicas biliosi ventris ſe recipit, expurgat: abſinthio parū id præſtare valente: ut cui vis inſit tantùm detergendi aſtringendiq́;, ac talis, quæ ſordes tunicarū uētris detergeat: nō ſi quid altius in eo imbibitū eſt, foras extrahat, expellatq́; ſicut aloe. Quæ uerò poſt hanc vētri extrinſecus admouentur unctiones, eæ modicè aſtringētes ſunto: ut melinum, maſtichinū, & nardinū. Ac æſtate quidem potius melinū, hyeme nardinū, Vere maſtichinū ſumendū. Eſt aūt opulentis mulieribus & quod præſtantius nardino unguentū ſit, nēpe foliatū: præterea quæ ſpicata vocanť, quæ ventrem & roborare pn̄t, & calefacere. Si uerò non modò caput calidā ſaniem trāſmittit uentri, ſed etiam uenter ipſe calidam intemperiē habeat, utiq; refrigerante, tum potione, tum cibo, ſemper vti conueniet: atq; eam qualitatem in his pro temporū anni ratione intendere variè, ac remittere: nuſq̄ tamē ad contrariā peruenire. Ad eundem modum ſi utraq; pars ſit frigida intemperie affecta, illis calefacientibus eſt utendum: variè tamen ea pro rōne temporum intēdenda remittendaq́; ſunt. Porrò difficilis connexio eſt, quoties vel in calidum uentrem frigida & pituitoſa ſanies defluit, vel in frigidū calida. Atq; harū duarum alteram ſemper expertus ſum magis ad curandū rebel-

Ventriculū imbecillum, niſi corroboreť cibo, recipere totius excremēta corporis

Picrā ex aloe expurgare humores altius ībibitos in ipſius uentriculi tunicis.

Abſinthii uires.

Vnctiones roborantes uentriculum.

Foliata unguē ta.

Spicata unguenta.

Frigidæ intemperantiæ capitis & uentriculi qūo ſuccurrendum.

lem: nempe in qua frigidi pituitoſiq́; ſucci in calidū decidunt ventrē. Peſſimus uerò is ſtatus eſt, ſi præter id, homo etiam ea natura ſit, vt neq; aluum facilè ſolubilem habeat, nec uomere ex facili poſſit. Si uerò pituitoſus ſuccus à capite in frigidū natura ventrem decurrat, facilè his ſuccurritur, ſi mane aliquid medicaminis diatrion pepereon ſumpſerint. Sed & piper ſolum, præcipuè quod album eſt, cōminutū, atq; aquæ immixtū, bibere iis licet. At potio abſinthii his aduerſiſſima eſt: vt quæ pituitoſum ſuccū ipſorum uentri affigat. Sed neq; aloe valde his conducit, quū ei bilioſi trahendi humoris facultas ſit: eoq́; excogitata ſalubriter eſt cōpoſitio quā picram dicunt: quæ acrimonia caloreq́; eorum quæ in ſe habet, craſſos & lētos ſuccos diſſecat, ac deterget. Verùm aſſiduè uti hoc medicamēto nō licet, ſicuti diatrion pepereon, aut diacalamīthes. In totū ergo ad aloes drachmas centū, reliquoꝝ cuiuſq; coniiciunť ſex drachmæ, quæ ipſa quoq; ſex ſunt Atq; hæc eſt picra quā Romæ oēs præparant. Ego uerò etiā alias duas cōpono: atq; in altera, eoꝝ quæ calefaciūt, plus: in altera, minus coniicio. Vtrūq; aūt fiet, ſi aloes ſolius ponderi nunc præſcripto, aut addamus, aut detrahamus vigiti drachmas. Cæterùm ſi cinnamomi copia nō ſit, ponendum pro eo eſt optimæ caſiæ duplū. At in q̄bus quidē venter aut frigidus eſt, aut etiā temperatus, ad frigus tamen propenſior, iis aptū dioſpoliticon eſt, quod dupliciter cōfici aſſueuit: iis nēpe qui aluo ſunt aſtricta, nitro, quod Berenicariū vocant, cū cumino, ruta, & pipere, pari pondere admixto: iis uerò qui ſunt ſoluta, dimidio. Grauis aūt nec facilè tractabilis cōplexio eſt uentris, qui intemperanter calidus ſit, cum frigido capite. Quippe os ventris ab iis quæ calorem accēdunt, offenditur. Ergo in iis qui ſic ſunt affecti, id agendum, ut pituitā diſſeces, detergeasq́; iis quæ minimè calefaciunt, quod genus oxymeli eſſe nouimus. Iam lubrica atq;

Status uentriculi peſſimus quis.

Diatriō pepereon, piperq; ex aqua ſuccurrere uentriculo frigido, ī quem pituita deſcendit a capite; abſinthiū aūt illi eſſe aduerſiſſimū: neq; aloē ualde utilem

Picræ uſus, atq; cōpoſitiones diuerſæ.

Dioſpolitici compoſitio duplex.

Ventriculi intemperie calida coeunte cū capitis frigida, quid agendum.

Oxymeli.

ad curationem difficilis cõnexio est, ubi tales partium affectus coierint, in quibus os ventris imbecillum ac nauseosum est, sistitur autem venter. Iis igitur conuenit primo loco olera cum oleo & garo, aliaq; quę ventrem mollire solent, sumere. Post iustum autẽ cibi modum, aliquid eorum quę stomachũ roborent, accipere. Ea sunt mala, & pira, & punica. Ipse autem qui affligitur, oĩbus seorsum vsu exploratis, quod minimè noxium, iucundissimumq; inuenerit, eo in quãtitate mediocri, vtatur. Atq; in totum magis qui ita sunt affecti deiiciunt, si quid astringens post cibum sumpserint, quã si eo caruerint. Siquidem eorum usu roboratus uẽtriculus, natantes succos pellit ad intestina, quos ea etiam cõtinuata expulsione propellunt: quẽadmodum è conuerso, vbi humor aliquis mordax, ad expulsionem sui circa sedem nos irritat, quem tamen cohibere propter ciuilia negotia coacti, neq; ab his expediti eũ expellimus, signum est illum ipsum humorem, cõuersione facta, ab intestinis pulsum esse versus superna: vnde sæpe numero capitis dolore tentamur. At vbi renes calculos aut tophos gignunt, totus verò habitus gracilis est (quæ inæqualis connexio cæteris malignitate non cedit) hi medicamenta & victũ quæ extenuare possint, requirunt: ea tamẽ gracili corpori inimicissima sunt. Cæterùm quum interrogaret me quispiam, qui ob tales renum affectus, siccissimi victus ratione vsus, in maximam siccitatem inciderat, quo vtiq; victu, citra renum noxam, mederi quis posset siccitati illi suæ, ptisanæ cremorem excogitaui, & pisces tum saxatiles, tum qui in alto mari degunt. Simili ratione & ex volatilibus quæcunq; similem carnem habent. Porrò multæ ex montanis volucribus tali sunt tẽperamento. Quas nanq; in vrbibus cõclusas humido nutrimento impinguant caupones, aduersissimæ his sunt. Optima verò sic affectis caro est, ut ex auibus, perdicũ: proxima attagenarum,

Ore uentriculi nauseabũdo existente, cum astrictiõe alui, quid agendũ.

renes calc.

Renes si gignãt calculos, totum aũt corpus fit gracile, qua utendum uictus rõne.

genarum,

genarum, & sturnorum, & merularum, & turdorum. Quòd si montanarum auium copia non est, de iis quæ in agro victitant, & gregalibus columbis, passeribusq;, qui in turribus nidificant, sumere licebit. Sunto autẽ in editis locis huiuscemodi turres. Ita nanq; & gallinis, & gallinaceis qui in corte aluntur, vti licet. Ex lactibus autem, solum asininum est cõcedendum, propterea quod cæteris omnibus est tenuius. Ac breuiter, media inter extenuantem impinguantemq; sit eorum uictus ratio. At si obesus sit quẽ calculus infestat, audacter huic tenuem victum iniungito. Eadem & iis qui articulorum vitiis laborant, conuenire præcepta censebis. Scire tñ licet, podagrica antidota multum distare à nephriticis, non tantùm quod crassos glutinososq; succos attenuent, sed quod etiam calefaciant & siccent. Nam calculosis quæ valde calefaciunt, dare nullo modo conuenit. Iam verò, partes quæ læsæ sunt ob defluxionem à capite, non omnes corroborandæ veniunt, sed eæ tantùm, quarũ permagnus est vsus: vt oculus, atq; auris. Iccirco decidentibus in has partes excrementis à capite, deriuatio per uicinas partes molienda est, ac ad nasum potissimũ trahenda, quæ in illa decumbunt, idq; per ea quæ sternutamenta mouent, atq; eius obstructiones aperiunt. Si ad nasum non sequuntur, in os ipsum apophlegmatismis sunt deducẽda. Oculis uerò ipsis robur adiicies, si sicco collyrio quod ex phrygio lapide constat, vtare: ac sic palpebris specillo inducas, ne oculi membranam intus contingas. Ita nanq; mulieres quotidie faciunt, quum stibio oculis gratiam conciliant. Ad aurium verò robur adhibeas vel glaucium solum super cote tritum cum aceto, ac mox tepidum: aut collyrium quod diaglauciu vocatur, aut diarhodon, aut crocodes, aut nardinum, aut quod δι᾽ οἴνου dicitur, aut deniq; foliata & spicata vnguẽta. Cæterùm vbi satis firmatæ sunt, ita ut nihil iam in has confluat, assiduè aliquid instillan-

Lac asininum solum esse utile renibus calculosis, cum totius corporis siccitate.

articulorum vitia

Podagrica remedia differre a nephriticis.

Calculosis nullo modo dãda ualde calfaciẽtia.

Deriuatio per uicinas partes molienda est.

Collyrium siccum ex phrygio lapide, oculis robur addere.

Auribus auxiliantia remedia.

dum est optimi vnguenti nardini. Porrò aurium vlce-
ri, Andronis medicamento, similibusq́; medeberis. In
terim tamen auertere materiam ad nasum & os opor
tet. Vt autem ex iis quæ à capite defluunt, læduntur non
nulla eorum quę illi subiecta sunt, sic ex iecinore & re-
nibus, & liene, in alias partes quæ ipsis sunt imbecillio-
res, morbi incidunt: nimirum semper ipso excremen-

Excrementa semper a fortioribus ad imbecilliores partes defluere.

to à fortiori ad imbecilliorem partem demisso, donec
ad imbecillimam omnium deuentum sit. Atq; ad hunc
modum, quorum nulla sui cura est, alius alia parte assi
duè vexatur. Qui verò nihil colligunt superuacui, nec
qualitate, nec quantitate, his manent imbecillæ partes
semper in tuto. Iam quod redundat, aut per totum col

Plethora qd.

ligitur corpus, diciturq́; affectus plethora: aut in parte
aliqua principe, sed quæ alioqui natura sit imbecillior.
Ante omnia tamen est definiendum, proprió ne affectu
laboret membrũ, an propter aliud quod prius ipso sit
affectum. Sed extrinsecus etiam imbecillæ parti noxa
potest accidere: plurimum tamen ex vitiosa victus ra-
tione. Attendere itaq; magnitudini naturalis infirmi-
tatis membri conueniet, ac tenuiorem quidem uictum
quàm antea, exhibere homini: tum idoneam exercita
tionem iniungere, cauendo ne quid ab externis caussis
noxæ ĩcidat. Postea si ab his neq; ipse gracilis fiat, neq;
imbecilla eius pars affligatur, insistẽdum eidem victus
rationi est. Sin autem, aut omnibus membris fiat gra-
cilis, aut malè afficiatur quod vitioso est habitu, muta-
re talem victus rationem debebis: vtiq; si affligitur,

purgatio

aut victum hominis in tenuiorem mutabis, aut certo
anni tempore purgatione vteris. Ac aliis quidem vna
quotannis purgatio vere incipiente satisfacit: aliis alte
ra quoq; post hanc, autumno est opus. At si sanguinis
quidem abundantiam corpus accumulauit, mittendus
is est. Sin vitiosum succum, vacuandus proprio ad id
medicamento fuerit. Quòd si ex tenui victu pars affli-

cta leuatur, sed corpus emaciatur, picatione vtendum.

Picatione quã est utendum.

Porrò status corporis eorum etiã est pessimus, qui ge-
nitale semen copiosum calidumq́; gignunt, quod eos
ad expulsionem sui proritat: post quam & ventris os il
lis resoluitur, & ipsi toto corpore non solùm relaxan-
tur, imbecilliq́; fiunt, sed etiam sicci, graciles, pallidi, ca
uisq́; oculis cõspiciuntur. Quòd si propterea quòd ex
concubitu sic vexantur, ab hoc se retrahant, non mo-
dò capitis molestiam, sed stomachi offensionem, fasti-
diaq́; sentiunt, nec ex continentia magnopere iuuan-
tur. Accidunt enim ipsis per nocturnas imagines non
minora incommoda iis, quæ à concubitu senserunt. Su

Semen calidũ copiosumq; gignẽtib⁹, adeo ut ipsos ad expulsionem sui pritet, qualis uictus ac medendi rõ conueniat.

mere igitur ii debent non cibos modo, verùm etiã me
dicamenta quæ semen extinguant: tum verò exercita
tionibus vti, quæ supernas tantùm partes exerceant:
ac deniq; à balneo lumbos totos vngere vnctione ali
qua refrigerãte, qualis ex omphacino oleo, & rosaceo,
& melino conficitur. Ipsis autem oleis, ne defluant, ce-
ram adiicere poteris. Vbi uerò ceratum id in mortario
subegeris, cum eo succum aliquem refrigerantem mi-
scebis accuratissimè: videlicet semperuiui, aut sola-
ni, aut vmbilici veneris, aut psylii, aut polygoni, aut tri

Semen cohibentia.

buli, aut portulacę, aut lactucæ. Portulaca tamen succũ
suum non remittit, nisi dum in mortario tunditur, af-
fusum sit humoris quippiam tenuis aquosæq́; substãtię,

Lini semẽ in aqua coctũ, refrigerantẽ cremorem efficere.

qualis vuæ immaturæ est, & rosarum. Quin etiam lini
semen si in aqua coquas, refrigerantem cremorem effi
cit. Ego verò quum è plebe cuidam consulerẽ, ut plum
bi laminam renibus superponeret, quo nocturnis ca-

Plumbeã laminam ♂ lũbis hærentem, facere contra ueneris nocturnas imagines.

reret Veneris imaginibus, tali præsidio adiectus po-
stea mihi egit gratias. Alter autem qui plumbi duri-
tiam non tulit, ex dictarum herbarum, cum eisq́;
mollium amerinæ & rutæ foliorum appositione, nec
non ex assiduo esu seminis ipsius amerinæ, singula-
re præsidium sensit. At quæcunq; ex papauere man

Vnctiones ex papauere, mãdragoraue fugiendæ.

dragora'ue vnctiones fiunt, omnino fugiendæ ſunt, Sed neq; vt prædictis, ita his quoq; ſubſtratis utendum eſt, quum in vigore conſiſtunt. Quin roſas experiri cuidam ſuaſi, ſenſitq; ex iis ſubſtratis leuamen citra ullam renum noxam. Alios autẽ, qui ubi cibis boni ſucci modicè ſe impleuerunt in cœna, poſtea concubuere dormientes, poſtero die quum ſatis dormierint, ac ſurrexerint, iubeo linteo fricari, quoad rubor per cutem appareat: mox aliqua ex oleo frictione modicè uti: tum exiguo interpoſito tempore panis aliquid fermentati & in clibano cocti, & puri, ex vino mixto, illis guſtandum porrigo: atq; ita ad conſuetum opus dimitto, magnam hinc vtilitatem expertos. Non diſſimilem roborandi per cibum ſtomachi rationem, & Grammatico cuidam, quẽ aſſiduè morbus comitialis vrgebat, ſuaſi: ac mirificè contulit. Maximè uerò in fiduciam veni hominis iuuandi, ubi didici tum ſpaſmos incidere, quum diutius à cibo abſtinuiſſet, magiſq; ſi dolor interim, ira'ue interueniſſet. Quin etiam habitum eius intuebar gracilem, ſciſcitantiq; mihi de hac ipſa re, ſtomachum aſſiduè bili vrgeri eſt faſſus. Nonnulli itaq; immodicè veneris vſu læduntur. Alii citra noxam vſu eius ad ſenium vſq; ſufficiunt. Verùm hæc ambo genera rara. Totum uerò quod in medio eſt, id cum maioris minoriſq; diſcrimine, ad magnum hominum numerum ſe extendit. Ac de his hactenus. Huic autem commentario iam colophonem imponam, vbi medicamen illud deſcripſero, quod ex malorum ſucco conficitur, tum ad appetendi vim excitandam, tum ad iuuãdam facultatem coctricem, roburq; conciliandum ventriculo, maximè conferens. Accipies igitur ſucci malorum cotoneorum, quæ dulciora, maioraq; ſint, ſextarios Romanos duos, quibus mellis optimi tantundem miſcebis, aceti ſextarium vnum & ſemiſſem. Hæc quum ſimul per prunas modicè coxeris, & ſpumam detraxeris, im

Medicaminis ex cydoniorũ ſucco & uſus, & compoſitio.

mittes zingiberis vncias. iii. piperis albi vnc. ii. Dein rurſus in ſimili igni recoques, donec mellis craſſitudo conſiſtat. Qua vtiq; craſſitudine ſtomachica medicamenta parari ſolent. Hoc porrò pharmacum, etiam iis quibus inualidum iecur eſt, ſalutare imprimis exiſtit. Illud verò latere non debet, ieiunis id maximè dãdum eſſe, mediocris cochlearis modo. Quãquam nec ſi à cibo ſit ſumptum, quicquam lædit. Commodè quoq; dabitur, etiam ſi prius pranſus quiſpiam, ante cœnam id ſumpſerit. Maximè tamen tempeſtiuè id duabus horis aut tribus ante cibum obtuleris. Quòd ſi id aſtringere magis uoles, ex ſucco acerborum cotoneorum conficies ipſum. Licebit autem piperis zingiberiſq; portioni addere, ſicuti etiam detrahere, atq; omnino nihil illorũ miſcere, prout is qui tali eſt medicamine uſurus, aut calidum bilioſumq; ventrẽ ſortitur: aut contrà, frigidum atq; refertum pituita: aut deniq; in medio conſtitutum temperamento.

GALENI PERGAMENI DE VSV RESPIRATIONIS, Liber vnus.

MINIME SANE' VVLGAREM eſſe reſpirationis uſum, hinc liquet, ꝙ ea priuati, ne momentũ quidem poſſimus viuere. Ex quo manifeſtum eſt, reſpirationem ipſam, ad nullam particularem actionem, ſed ad ſolam vitam * conferre. Quum igitur actio animæ, vita ſit, quæ plurimum à reſpiratione iuuatur, tandiu certè vtilitatis modum nos ignorare oportet, quãdiu animæ ſubſtãtiam (quæ nobis incognita eſt) ignorauerimus. Coarguitur autẽ facilè Eraſiſtrati opinio, dicen-

Reſpiratione priuati, ne momentum quidẽ poſſumus uiuere.

Vita eſt actio animæ.

Animæ ſubſtãtia eſt nobis incognita.

tis impossibile esse vt cor ex pulmone aerem transsu-
mat, circa respirationis cohibitionem. Nam si millies
quis inspirationem faciat, plurimumq; vndiq; premat
thoracem, & nihil rursus expiret, apparebit certè ni-
hilominus in ipso cor pulsans, hoc est, tum attrahens,
tum expellens: suffocatur tamen interim homo, idq;
eo magis & citius, quo plus inspirauerit: quòd nimirũ
tunc non substantia, sed qualitate spiritus, cor opus ha-
beat. Quare huius suffocationis medela, vnica expira-

Suffocationis medela, expiratio.

tio existit: quæ quidem si confertim & cũ magno stre
pitu fiat, validè compresso thorace, & reserato asperæ

Efflatio quid.

arteriæ orificio efflatio appellatur. Si igitur ipsum cor
substantia tantùm egeret spiritus (quod nimirum Era-
sistratus existimabat) magis vtiq; ex penuria ipsius,
quàm ex abundantia oborirẽtur læsiones: id quod mi-
nimè apparet, quum tũc præcipuè affligatur, dum ma
ximè illius copia redundat. Similiter confutatur illo-
rum etiam opinio, qui solius nutricationis ipsius anima-
lis spiritus gratia, nos respirare cõtendunt: quum suf-
focatio, respiratione cohibita, non propter inopiã nu-
trimenti animalis spiritus accidat. Adest siquidem lar-
gus tunc in pulmone spiritus: longiusq; requiritur tẽ-
pus, ad hoc vt animal propter inopiam nutrientis spi-
ritus pereat. Etenim substantia animæ, etiam si non

Animæ substã tiam ad multũ tẽpus durare. Suffocari aĩalia ob qualitatis penuriã, dũ respiratio cohibetur.

una sit, per omnem tamen vitam, ad multum tempus
durat. Ergo si non ob substantiæ, relinquitur quòd ob
qualitatis penuriam, animalia in respirationis cohibi-
tione extinguantur. Quæ igitur ista qualitas sit, inqui-
rendum venit. Porrò quandoquidem vbi amplior q̃
secundum naturam caliditas in locis circa cor & tho-
racem fuerit collecta, statim, & amplius solito, re-
spirare appetimus: videri vtiq; possit refrigerationis
gratia, respiratio fieri. Rursus, si perfrigeratis iisdem
organis (quemadmodum in magna fame, & vbi quis
in magno frigore sit versatus, contingit) non solùm

non refrigerare eam quæ in nobis est caliditatẽ opor-
tet, sed etiam calfacere, refrigerationis gratia respi-
ratio minimè fieri apparet. Nonnulli tamen huic ob-
iectioni occurrentes, insitum calorem semper egere
refrigeratione contendunt: verùm quum auctus is sit,
ampliori: pauciori verò, quum imbecillior est red-
ditus. Hanc autem controuersiam diluemus flammæ
exemplo proposito. Quæ quidem (vt animalia) ae-

Flammæ quot modis extigui possint.

re priuata extinguitur: quemadmodum indicant cu-
curbitæ medicinales, vndiq; circumpositæ. Nec ve-
rò tantùm si quis cauum quid circumponat flammis,
sed in balneis etiam, & Solis ardoribus, & frigoribus
excellentibus, & vehementer ventilatæ, & materiæ
multitudine obrutæ, sicuti & inopia alimenti, simi-
liter extingui videntur. Augentur autem ac robo-

Flammæ a q̃bus augeant. Flammarũ motus duplex.

rantur à moderato frigore, & si moderatè ventiles,
& commoderato alimento nutritæ. Omnes autem
flammæ duplici moueri motu videntur: altero ă ma-
teria ex qua accenduntur, per quem maximĕ sursum
feruntur, & vndequaq; disperguntur: altero huic con
trario, ad sui ipsarum principium, ac veluti radices
vergente: per quem considunt & contrahuntur. Ete-
nim si facis quammaximè supernam extremitatem
accenderis, confestim ad infernam perueniet ignis.
Siquidem quum omnis flamma celerrimè corrum-
patur, ob id necessarium est, velocissimam eius esse
generationem. Atqui generatio uniuscuiusq; flam-

Motũ se inuicem consequẽtium, alterũ sine altero seruari, nõ est possibile.

mæ est ex subiecta materia accendi. Corrumpi igi-
tur omnem flammam est necessarium, si aut mate-
ria, aut altero motu priuetur. Quippe ex contra-
riis motibus, quorum alter alterum mutuo excipit,
& consequitur, alterum sine altero conseruari impos-
sibile est. Ob id igitur moderatè frigido ambiente aere

Flammam omnẽ egere moderate frigido aere.

omnis flamma opus habet. Qui enim excellenter cali-
dus est, motum alterum ipsius immodicè extra exten-

dendo: frigidus verò alterum immoderatè intra protrudendo extinguit. Vterque autem * modicè ventilatus, flammam materiæ applicat, vt frigidus aer temperatè: supra modum verò moueri flammam dispergit, veluti etiam calidus vehementer ambiens. At uerò moderatio, omnium cōseruatrix flammarum existit.

Caliditatis animantiū materia, est sanguis.

Eodem igitur modo caliditas animantibus insita, materiam vnde accenditur, sanguinem habet: necnon à natura insitum principium motus in utranque partem, ita vt altero priuata, etiam reliquo ex necessitate destituatur: & ob id ipsum, siue à respiratione prohibeas, siue à sanguine, statim corrumpitur: nam & lucernæ flāmam tolles suffocando, aut omnino oleo priuando. Simile itaque ponito cor funiculo: oleo sanguinem: alicui organo cauo pulmonem: nam circūsitus est cordi forinsecus, ad cucurbitæ similitudinem.

Pulmonem eē medicæ cucurbitulæ similē.

Verùm quo tempore expirat animal, assimilaueris potius ipsum cucurbitæ & foratæ: vbi verò respiratio cohibetur, imperforatæ & vndique occlusæ. Quemadmodum itaque cucurbita perforata intra se non potest flammam extinguere, respirantem per ipsum foramen: quæ verò è vestigio est cōclusa, eam per suffocationem extinguit: ad eundē modum pulmo arctus & densus, qualis est in respiratione cohibita, extinguit: perforatus autem & rarus (talis enim existit circa respirationem) insitam caliditatem conseruat.

Expirationē cōferre ad sanguinis expellendam fuliginem.

Iam expiratio ipsa, ad euacuādum id quod veluti fuligo sanguinis est, mirè conducit. Fauilla quippe & fumus & fuligo, & omnis eiusmodi vstæ materiæ superfluitas, non secus q̃ aqua, consueuit ignem extinguere. Ex omnibus itaque sunt recipiendi ii, qui dicunt insiti caloris gratia respirare animalia.

Respirationē fieri tuendi caloris insiti gratia.

Nam & moderatà illum, tum ventilari, tum refrigerari expedit: moratumq; aliquem præfici fuliginoso excremento, quod nascitur ex vstione sanguinis, explodendo. Itaque ex ventilatione principii caloris insiti, & ex moderata refrige-

ratione, & ex eius quod in ipso veluti fumosum est, defluxione, vnum coaceruatur caput & summa, conseruatio videlicet naturalis caloris.

Balnea diutina, cur nos exoluāt, mortique tradant.

Quare in balneis diutius versantes exoluimur, ac tandē morimur: idq; non ob euacuatum ex toto corpore spiritum, sed q̃ perspiratio tam quæ per vniuersum corpus, q̃ quæ per os fit, offendatur, calidum spiritum attrahens.

Torpedinis uires.

Nam quū torpedini talis vis insit, vt vel per infixum ipsi tridentem piscatores maximè stupefaciat, certè mirum esse non debet, si aer etiam ambiens, sn̄a nobis, qualiscunque illa sit, qualitatem communicet.

Respiratio magna & parua qñ accidat.

Porrò per vehementes exercitationes, perq; ardentissimas febres, amplius & frequentius respirare solemus: minus autem, & rarius, vbi loci circa cor & pulmonem refrigerati sunt. Valde nanq; & crebro ventilare paruam caliditatem non conuenit. Siquidem maior flamma ampliori aere: minor pauciori habet opus: omnis tamen flamma eo indiget: ac proinde & calor omnis aliquam ventilationē desyderat.

Calor oīs eget uentulo.

Pueri q̃ puberes, cur plus & crebrius respirent.

Iam verò pueri, q̃ puberes, plus & crebrius respirant, ob id forte q̃ plurimum habent calidi innati (necessariò enim sequitur ad magnitudinem caliditatis magnitudo & frequentia respirationis) aut q̃ eorum spiritus, si quidē à respiratione nutritur, ampliorem aerem desyderet: quem dum conficiunt, plurimū fuliginis procreant. Vbi enim amplius alimentum elaboratur, ibi amplior superfluitas gignitur.

Senibus respiratio est pexigua, & rara.

At senibus, quum pueris adolescentibusq; frigidiores existāt, respiratio adest minor, & rara. In calidis præterea regionibusq;, & naturis, semper editur respiratio maior, & densior: frigidis verò minor, & rarior.

Respiratio parua, frequensque in quibus dispositionibus adsit.

Parum etiam & frequenter respirant, qui cibum acceperunt & potum, ob septi transuersi coarctationem: sic & prægnantes. In aqua etiam inter cutem, & in hepatis, ventrisq; & splenis inflammationibus, similiter respirant eadem de causa. Iam verò quandoquidem

vbi ventriculi animalis spiritus iuxta cerebrum vulnerantur, statim immobiles ac sensus expertes nos reddunt, oportet vtiq; omnino hunc ipsum spiritum, aut substantiam animæ existere, aut primum ipsius instrumentum. Qui sanè spiritus quum necessariò nutriri debeat, certè rationi est consonum, partim ab aere per inspirationem attracto, partim à sanguinis euaporatione, illi nutritionem accedere. Nam si arteriæ carotides circa collum vinculis constringantur, nihil offenditur animal, quod pertinet ad respirationem, nec non ad motum & sensum. Vnde liquet cerebrum spiritu per eas à corde allato, non valde habere opus. Reliquum itaq; est, aut euaporationem ex sanguine ipsi sufficientem existere, aut per nares inspirationem. Atqui nec euaporationem largam contingere verisimile est, si arteriæ laqueo excipiantur: quare necessum est ex inspiratione per nares potissimam alimenti partem animali spiritui accedere: id quod sensit Hippocrates dicens: Principium alimenti spiritus, os, nares, guttur, pulmo, & cætera respiratio. Ex omnibus enim his nutritur nullatenus impeditus. At si quod ex iis impediatur, per reliqua tamen ei alimentum suggeritur: Est itaq; maximè & vtilis & necessaria animalibus moderata caliditas, præsertim animali spiritui, & principalissimis organis: imò verò etiam vniuerso corpori. Iure igitur principium naturalis caliditatis, ipsum videlicet cor, respiratione in tantum egens habemus, quantum etiã ipsi moderata caliditate indigemus. Siquidem citra respirationem impossibile est saluam esse caliditatem: proinde totum corpus est transpirabile. Cæterùm respiratio moderata omnibus aliis membris per arterias contingit. Cerebro verò & cordi duo præcipua adiacent respirationis organa, illi nares, huic pulmo. Verùm vt moueatur pulmo, thorace opus habuit. Quòd si etiam sanguinis eua-

Spiritum animalẽ esse aut substantiã aĩe, aut primũ ipsius instrumentum.

Spũitus aĩalis unde nutriat.

Spiritum animalẽ, pręcipue nutriri ex inspiratione quę fit per nares.

Caliditatẽ moderatã uniuerso corpori eẽ maxime necessariam.

Caliditas absq; respiratiõe salua esse non potest.

Respirationis organa.

poratione ad nutricationem animalis spiritus indiget, id quod credibile est, maximum habuerint sanè animalia & hoc à moderata caliditate commodum. * Etenim ubi sanguis melancholicus aut etiam biliosus est, in vitiosos vapores soluitur: atq; alter ad atram bilem: alter ad animi alienationem perducit: propterea q; in æstuosis febribus ægri ipsi delirant. Confert moderata caliditas ad vniuscuiusq; membri conseruandam propriam constitutionem, actionemq; similiter: quæ à nulla re promptius læditur, quàm à calore immodico: quemadmodum & constitutio ipsa quæ in debita temperatura quatuor qualitatum consistit. Atq; in aliis quidem organis actionum offensa parui momenti est. In his verò quæ ad vitam pertinent, magni refert. Postremò in his quæ non solùm ad vitam conducunt, sed ad alia etiam rationem principii habent, maximi. Talia autem sunt cor & cerebrum: quorum constitutionis læsio vitæ damnum infert. Nequit autem constitutio ipsorum aliter breui offendi, quàm per caliditatem immoderatam. Nec ob aliam causam in spiritus cohibitionibus defungimur vita, quàm ob immoderatam caliditatem. Prima itaq; respirationis vtilitas, per inspirationem & expirationem completur, alteram nimirum refrigerantem & ventilantem: alteram expellentem fuliginosa. Secunda verò, quæ est nutritio animalis spiritus, per inspirõnem dũtaxat accidit. Quòd verò quũ cor à pulmone aerem partim quidem ad se attrahat, partim vicinis arteriis transmittat, ipse aer qui expiratur nihilo parcior appareat eo, qui per inspirationem attractus est, in causa esse videtur, q; vapor quidam omnino expiratur, par copia portioni spiritus in cor & arterias transsumptæ.

Deliriũ in æstuosis febrib⁹ cur accidat.

Actionẽ mẽbri promptissime a calore immodico lædi.

Cõstitutio mẽbri in quo cõsistat.

Respirationis prima utilitas.

Respirationis secunda utilitas.

Expiratus aer cur sit par inspirato.

GALENI PERGAMENI DE CAVSIS RESPIRATIONIS, Liber vnus.

QVI RESPIRATIONIS causam efficientem deprehenderit, is dæmum solus tum offensionis differẽtiam, tum curãdi modum cognoscet. Cęterùm quum tres sint in genere respirationis causæ, facultas voluntaria, instrumẽta voluntati seruientia, & ad hæc utilitas ipsa, ob quam etiam prioribus causis opus habemus: vtilitas sanè principem inter respirationis causas locũ obtinet: vtpote quæ innati caloris commoderationem cõseruat, & animalis spiritus substantiam alit. Volũtas verò, disponit, & veluti ad rhythmum coaptat respiratorias actiones. Verùm instrumentorum species multifida & multiformis existit. Quædam enim ad vecturam spiritus destinata sunt: quædam aerem susceptãt: quædam ea quæ mouentur mouent. Principium itaq; est aer, qui per os & nares attrahitur, materia existens vtilitatis respirandi, bifariã partitus: cuius altera quidem & minor pars, ad cerebrum per nares suggeritur: altera verò maior, per asperam arteriam ad pulmones illabitur. Atqui arteria ipsa organum vocis, uia est etiam respirationis. Pulmo autem, veluti profundus uentriculus, destinatus spiritui est: cuius dilatationẽ & contractionem thorax gubernat, qui musculis mouetur, & ossibus inarticulatur: præterea septum trãsuersum, respirationis similiter organũ. Circulare enim id est, in centro quidem neruosum, circũcirca verò carnosum. * Sic etiam in mediis costarum regionibus duo & viginti musculi numerantur, * præter duos alios primarum costarum, & totidem extremarũ. Vltra hos, tres

Respirationis causas essẽ in genere tres.

Vtilitatẽ respirationis, inter causas illi⁹, obtinere principem locum.

Voluntas.

Instrumentorũ respirationis, spẽs multiplices.

Aer est materia respirationis.

Aeris portionẽ unam ad cerebrum: aliã ad pulmonis illabi.

Arteriæ asperæ usus.

Pulmonis usus.

Thoracis usus.

Septum transuersum.

Intercostales musculi duo et uiginti.

alii ex collo vtrinq; prouenientes: deinde qui iuxta spinam porrecti, & cum ipsis, qui circa * abdomen consistunt, octo. At tot sanè sunt musculi inseruientes respirationi. Actiones autem singulatim, eorum quidẽ, qui in septo transuerso sunt, ut respirationem inuiolẽtam operentur. Eorum verò qui iuxtacostas consistunt, vt thoracem exactè dilatent, & contrahant. Qui quũ duplices sint, externi expirationem: interni inspirationẽ perficiunt. Et primorum quidem duorum actio est, vt supernam tantùm thoracis partem dilatent: infernorũ verò, vt infernam eius partẽ constringant. Qui ex collo descendunt, retrahũt simul & dilatant sublimes thoracis partes. Ex rectis etiam * iuxta ipsum collum musculis, hi qui ad clauiculas extenduntur, fines chartilaginum quæ illic sunt contrahunt: quemadmodũ etiam ii, qui ad costarum in spina radices pertinent. Musculi dæmum * abdominis, firmitudo existentes septi trãsuersi, thoracis contractionem adiuuant. Quũ itaq; duo genera respirationum sint, nẽpe facilis & violenta, habeatq; vtraq; ipsarum inspirationem & expirationẽ, fit vt in totum quatuor sint respirationis partes. Cæterùm singulis his quatuor partibus, propria quædã instrumentorum natura inest. Quippe facili inspirationi, septum transuersum subseruit: violentæ * tũ sima scapularum pars, tum interni musculi intercostales. At facili expirationi * musculi famulantur abdominis: violentæ autem * externi musculi intercostales. Atq; hoc quidem modo res musculorum se habet. Porrò nerui duo qui ad septũ pertingunt, ex cõnexione inter quartum & quintum colli vertibulum procedentes, in ipsam septi neruosam partẽ se inserunt. Qui verò ab spina dispergũtur in musculos intercostales, transuersim progrediuntur ad pectus. At qui in alios musculos respirationis opifices feruntur nerui, ferè omnes ex spinali medulla oriũtur. Volũtas igitur, similis equiti exi-

Musculi abdominis octo.

Musculorũ inseruientiũ respirationi, dinumeratio.

Musculorum thoracis actiones particulares.

Musculi intercostales duplices.

Musculi abdominis.

Respirationis partes sũt quatuor.

Spirationi Facili, uiolentæq; quę organa inseruiant.

Septi transuersi nerui.

Musculorũ inspirationi inseruientiũ nerui.

Voluntas est equiti similis.

stit, qui habenarum motu equos ipsos impellit. Habenis autem sunt nerui similes: queadmodum equis musculi. Sic verò & vtilitas extremũ est respirationis votum, perinde ac victoria artis aurigandi.

Nerui habenis sũt similes. Musculi sunt similes equis.

GALENI PERGAMENI DE DIFFICVLT.
respirationis. Liber Primus.

Dyspnœa est respirationis læsio. Vnũ esse qđ secundum naturam est. Variũ esse qđ præter naturã existit.

QVOD RESPIRANDI Difficultas respirationis quædam sit læsio, nomē apertè indicat. Quum igitur id quod secũdum naturam habet, vnum atq; idem sibiq; semper simile existat, veluti regula quædam: varium autem atq; dissimile, multiplicíq; errore inuolutum, ac proinde & infinitum numero, & arte incomprehensibile, quod præter naturam: impossibile certè est, huius immensitatem certis terminis comprehendere, citra cognitionem eius quod habet secũdum naturam. Quum itaq; vnum sit hoc, & animali commodum, palam est, etiam id moderatum existere. Quare immoderatum fuerit, quod præter naturam habet. Quum igitur immoderatum omne duplex sit genere (aut enim deest quid ab eo quod secundum naturam habet, aut excedit) tot sanè in seipso particulares differentias sortietur, quot possibile est rem ipsam suscipere, circa moderati excessus defectusq;. Suscipit autem simplex duplices: compositum verò ex pluribus, duplicatas, iuxta numerum eorum ex quibus conflatur. At verò, quum duæ quidem sint primæ & principalissimæ totius respirationis partes, inspiratio videlicet, & expiratio, duæ uerò aliæ per accidens, nimirum quæ interueniunt cessationes: in quatuor sanè his vniuersa con-

Immoderatũ omne esse duplex.

Respirationis partes præcipuæ, duæ.

syderatio de respirandi difficultate consistit. Quare oportebit omnino vnam ex prædictis, aut plures, aut simul omnes vitiari, aut corrumpi, vt respirandi difficultati sit locus. Fuerit autem optimum, simplicem appellare respirandi difficultatem, quæ vnam tantùm respirationis partem occupat: compositam verò, qua plures læduntur. At quum posterius sit semper compositum simplicibus, à simplicibus auspicabimur respirandi difficultatibus. Quandoquidem igitur ex iis quas diximus partibus, duo motus sunt, inspiratio videlicet, expiratióq;: duæ verò hos cessationes distinguunt: ac generatio quidem motibus, composita est: cessationibus verò simplex: manifestum vtiq; fuerit, immoderationes illorum, plures: cessationum verò, binas tantùm produci. Hæ nanq; simplices existentes, iuxta temporis quantitatem solùm differentias sortiuntur: motus verò non solùm iuxta hanc, sed iuxta quantitatem etiam spatii localis, per quod instrumenta respirationis mouentur. Itaque duplices erunt immoderationes ipsorum, quemadmodum & cessationum, vtræq; iuxta temporis quantitatem diductæ, secundum quas aut veloces aut * tardi motus dicuntur: duæ verò adhuc aliæ, iuxta quantitatem distensionis instrumentorum distinctæ, qualium nimirum ratione, aut * magni, aut parui appellantur. Siquidem inseparabilia sunt ab omni circa locum motione, tum tempus, tum spatium per quod id quod agitur motu, mouetur. Quemadmodum autem motui propria sunt velocitas atq; tarditas, ita & quantitati cessationum, raritas & densitas. Præterea, quum & ipsa respiratio ex cõtrariis motibus per cessationes distinctis composita sit, densam ipsam reddet breuitas cessationum: raram verò longitudo. Atq; hæ sanè vniuersæ sunt simplices respirandi difficultates. Quum itaq; respiratio ex duobus contra-

Dyspnœa simplex quę sit dicenda: & quæ præterea composita.

Inseparabilia ab omni latione esse, tẽpus & spatium per quod mobile corpus mouetur.

Motui ꝓpria. Cessationum quãtitati propria.

Respiratio cõstat ex contrariis motibus intermissione distinctis.

riis motibus constet, inspiratione videlicet, & expiratione: nec non ex cessationibus binis: offensiones vtique circa motus cõtingent, in velocitatem & tarditatem, magnitudinemq́; & paruitatem: circa cessationes verò, in raritatem & densitatem: nec præter has, simplicē aliam difficultatis respirandi differentiā reperias. Porrò quum vnumquodq; ab iisdem peius aut melius reddatur, per quæ omnino produci solet, certè si sciuerimus à quibus causis respiratio producitur, sciemus etiā & respirandi difficultatis causas. Igitur animalis facultas thoracem mouet, cum quo simul pulmo mouetur ad distentionem cuius sequitur inspiratio: sicuti ad contractionem ipsa expiratio. Etenim principalissima respirationis vtilitas, est cõseruatio caloris insiti, animalisq́; spiritus nutricatio. Si ergo & facultas, & vsus, & vnumquodq; organorum optimè habuerint, iuxta naturæ legem animal respirabit: sin uerò ex eis fuerit quaquam vitiatum, iuxta illud etiam respirationem impediri est necesse. Inquirendum igitur iam, quæ nam causæ esse possint respiratiõis celeris. Enimuerò si illud est verum, eandem vtilitatem à respiratione quidē, ei qui circa cor est calori: à pulsibus verò, ei qui per totū animal est dispersus, contingere: ac velox quidem pulsus sicuti & omnis motus ab vtilitate vrgēte, facultate integra, & promptis organis perficiatur (quæ quidem à nobis alibi sunt demõstrata) eædem certè esse possint causæ velocis respirationis. Possibile tamen est utilitate sufficienter vrgente, etiam si facultas moderatè debilior sit, quandoq; motum fieri velocem. Si verò magis debilitetur, non amplius possibile est velocē actionem fieri, sed pro veloci densam. Omnis autem densitatis actionum vna causa assignatur, prioris videlicet actionis defectus. Siquidem illa vrgente coguntur festinare expeditius. * Porrò sermo à nobis habitus in commentariis de pulsibus, respirationi videtur fuisse communis.

Respirationis utilitas principalissima est cõseruatio caloris insiti, animalisq; spũs nutricatio.

Vsum eũdem esse respirationis & pulsus.

Pulsus uelox unde oriatur.

Respirationis uelocis pñt eē eædem causæ, quæ pulsus uelocis.

Densitatis actionum causa una, est prioris actionis defectus.

communis. Primùm quidem, nam de omni motu illic disseruimus in vniuersum. Deinde, quia parum abest, quin omnis respiratio pulsui proportione respondeat. Quippe similiter vt ille est composita ex contrariis motibus per cessationes distinctis: atq; eiusdem vtilitatis gratia contingit. Præterea, ex partibus eius, inspiratio quidem, consimilis existens pulsus dilatationi, insitam caliditatem refrigerat: Expiratio verò, veluti contractio pulsuum, fumidum sanguinis excrementū excernit. Quin & ad nutritionem animalis spũs ambas actiones conferre, & ex cessationibus, eam quidem quę post dilatationem fit, breuiorem esse: quę verò contractionem sequitur, longiorem: ambobus cõmunia existunt. Eundem autem causarum concursum magnitudo respirationis, quem velocitas, postulat: nempe vtilitatem vrgentem, facultatis robur, & promptitudinem organorum. At tarditas paruitasq́;, non omnino opus habent contrariis omnibus simul: sed vnum ex ipsis prorsus adesse oportet: plura non est necesse. Quemadmodum igitur si parum sit aucta caliditas, perspicuè maior, non tamen velocior: sin autem plurimum, & maxima & velox, & densa inspiratio redditur: eodem modo vbi caliditas secundum naturam imminuta fuerit, aliis causis immotis manentibus, necesse est paruā, tardam, & raram inspirationem fieri: sed paulo tamen q̄ secũdum naturam minorem: multò uerò tardiorem: plurimùm autem rariorem. Robusta enim existente facultate, non est possibile multò minorē fieri dilatationem. Sed si quæ ad vtilitatem pertinent, admodū exoluantur, plurimam cessationem fieri verisimile est: non tamen propterea omnino tarde moueri, modo facultas robusta sit. Porrò quæ in aucto calore, eædem & in animali spiritu ad nutritionem vrgente, species erunt respirationis difficultatis, eius videlicet quæ circa * inspirationes consistit. * Quemadmodum etiam immo-

Respiratio fere omnis pulsui proportione rñdet.

Inspirationis usus.

Expirationis usus.

Quietē q̄ post dilatationē fit, breuiorē: quæ post compressionem, longiorem esse in respiratiõe & in pulsibus.

Respirationis magnitudo, eãdem causarū cõcursum, quē uelocitas postulat.

Facultate robusta existēte, dilatationem thoracis non posse multo minorē fieri.

Fuliginis imo deratio, quas respirandi dif ficultates idu- cat.

Inspirationes ob caloris excessum,quales

Inspirationes ob immodicū frigus,quales.

Inspirationes ab exhausto spiritu.

Expirationis spēs pro causarum differētiis uariantur.

Augescētium & decrescētiū inspirationes.

deratio fuliginis easdē respirandi difficultates circa ex-
pirationem efficiet,quæ circa respirationē relatæ sunt.
Veloces quippe erunt, & magnæ, & densæ,ubi multa
eiusmodi superfluitas collecta fuerit:tardæ aũt,& par-
uæ,& raræ,circa affectiones cõtrarias. ✱ An igitur sic
ratio poscit,reluctatur autem aliquid eorum quæ eui-
denter apparēt ? Ego sanè omnia hæc circa ætates,re-
giones,vniuersas constitutiones aeris ambientis,exer-
citia deniq; & morbos,maximè cõsentientia reperio.
Vbi enim abundat caliditas,veloces,magnas, & densas
videre est inspirationes fieri:ubi rursus frigiditas,con-
trarias:nempe tardas,paruas,& raras. At uerò quibus
animalis spiritus euacuatur,& ob id cita renutritione
habent opus,hi non solùm ualde,sed & cito , & densè
inspirant:quibus nihil vacuatur,hi contrariam illis ha-
bent inspirationis speciem. Si uerò ambo concurrant,
& caloris augmentum,& spiritus consumptio, hi om-
nium maximam,& velocissimam, & densissimam in-
spirationem sortiuntur:& maximè si ambo fuerint au-
cta vehementer:quemadmodum vbi ambo fuerint ad
modum imminuta,minimæ, tardissimæ,& rarissimæ
fiunt inspirationes. Ipsa etiā expirationis spēs , si quidē
multæ fumosæ supfluitates collectæ sint,maxima, ue-
locissima,& densissima erit. Si verò paucissimæ penit⁹
fuerint supfluitates, minima , tardissima,rarissimaq;.
Etenim ex ætatibus oēs quæ in augmēto sunt, magnā,
velocem,& densam facere inspirationē cernimus:quæ
verò decrescunt,raram,paruam,& tardam:propterea
ꝙ illis caliditas amplior,his longè minor existit : & illis
quidem animalis spūs substantiam cum corpore coau-
geri est necesse:his uerò cõtabescere . Iam verò,quum
in ætatibus quidē crescentibus,ob insiti caloris robur,
atq; adeò ob ipsum augmentũ,maxima humorum co-
pia absumatur:in decrescentibus autem, quantum ne-
cesse est ad ipsam vitam dũtaxat,vtpote quæ neq; au-

Exercitiis improbis augeri quidem caliditatem: spiritū autem animalem absumi.

Balnea qualē reddant respirationem.

Expiratio in dormiētibus, cur magnitudine & uelocitate ipsam inspirationem excedat.

Febrieutiū respiratio qualis

Perfrigeratorum pulsus.

Vita manēte, nec pulsū, nec respirationem omnino perire posse.

Respiratio est uoluntarium opus.

Pulsus est naturalis actio.

gescunt amplius,& iam sunt perfrigeratæ:meritò sanè
illis uelox,magna,& densa:his vice uersa,per oīa con-
traria editur expiratio. Quēadmodum uerò secundum
ætates,ita & iuxta tēpora,& regiones,& oēs ambiētis
constitutiones,tum pulsus cum respirationibus,tũ re-
spirationes cum pulsibus proportionē habent:in cali-
dis quidē ad magnitudinem,velocitatē,& densitatem,
mutatæ:in frigidis verò,cõtrario modo. Quin etiā in
exercitiis improbis(ꝙ in eis augeaẗ quidē caliditas,ab-
sumatur aũt animalis spūs)valde,velociter,& dēsè re-
spirare solemus:quiescentes uerò,parũ,tardè, rareq;:
q̄nquidem sic marcescit caliditas,spūs autem neq;in to
tum,aut oīno modicè absumitur. Ex balneis etiā,cali-
da quidem,uelocem,magnam,& densam faciunt respi
rationem:frigida uerò,cõtrariā. Porrò in somnis,ma-
gnitudine & uelocitate motus , expiratio inspirationē
excellit,qñ ciborum consumptiones & ꝯcoctiones ma
ximè tum perficiunt: Vnde uerisimile est , coaceruari
in illis plurimũ fuliginosi excremēti. At per affectus fe-
briles,maximè ubi circa aliquod respiratiōis organũ,
aut circa cor,maxima caloris copia est collecta,oīs re-
spiratio magna,uelox,& densa reddiẗ. In q̄bus uerò ꝑ-
frigeratus est calor,contraria prorsus. Atq; his etiā,ut
in aliis oībus,pulsus & respiratio proportionē habere
videnẗ. Neutrum nāq; ipsorum in totũ perire est possi
bile,quādiu uixerit animal:etsi interdũ ob paruitatem
nõnullis periisse puteẗ. Hoc aũt discrimen est inter re-
spirationē & pulsum,ꝙ illam quidē,quum sit animale
opus,volũtas possit coercere,ac proinde in varias spēs
mutare,uel si utilitas bona sit,& facultas integra,& or
gana respirationis ad operandum prõptissima : pulsus
aũt,utpote existens opus uitale,nec supprimi,nec va-
riari possit,quādiu tres illæ causæ inculpabiles conspi-
rarint in unũ. Ob idq; circa inflāmatas partes dolor ve
hemens ob arteriarum motũ oritur,ꝙ in nostra manu

Reſpiratio inflammati thoracis.

non ſit motũ facere magnitudine minorẽ, aut uelocita
te tardiorẽ. Thorax itaq; vnũ ex reſpiratiõis organis,
q̃uquidẽ reſpiratio motus uoluntarius exiſtit, ad ſimili-
tudinem crurum mouebitur. Quam ob rem, ſi ſit inflã
matus, & ad motum cogatur, tardius multò q̃ oporte-
bit, dilatabitur, ac proinde cum reſpiratione difficili,
animal in diſcrimen ſuffocationis perducet. Cæterùm
ne ſuffocetur, denſiores actiones edit, non amplius tan
tum ceſſans, quantum ſolebat, quum ſecundum natu-
ram haberet. Quam ob rem tunc eſt neceſſe totã reſpi
rationem fieri paruam, tardam, & denſam, multoq́; ſa
nè minorem, q̃ par eſt, non autem ita multò tardiorẽ.
Dolor quippe non adeò grauiter vexat thoracem, ob
motus velocitatem, ſicuti ob magnitudinem dilatatio
nis. Quòd ſi ſolus dolor thoracis particulas affligat,
manente calore cordis intra naturæ terminos, tũc mo
tus thoracis manifeſtè tardior reddetur. Si verò ardor
quidam in ipſo corde oboriatur, velocitas quidem mi
nimè exoluitur, aufertur autẽ hic etiam multũ de ma-
gnitudine, pro qua dẽſitas generatur, ob vrgentẽ uti-
litatem. At quæ ob ſolum ardorem cõtingit dyſpnœa,

Dyſpnœa ob ſolum ardorẽ producta, qualis.

ea magnum & uelocem, & denſum ſpiritum efficit. Ob
idq́; magnitudine tantùm, & velocitate, ab ea quæ
propter dolorem ſolum orta eſt, diſtinguitur. Quæ ve
rò ex ambabus cauſis coeũtibus generatur, ab ea qui-
dem quæ ob ardorem fit, ſola paruitate differt: ab ea
autem quæ propter dolorẽ, ſola velocitate. Cæterùm
difficultas reſpirandi ob perfrigerationem naturalis ca
loris, paruũ, tardum, & rarum ſpiritum reddit: quum
aliarum nulli ſimul tarditas & raritas accidat. At quan
tum in defectibus & exceſſibus caliditatis, ipſa reſpira
tionis ſpecies à rhythmo naturæ excedit, tantum etiã
cum pulſibus communiter & eodem modo habet. Dif
fert autem ab illis, in eis quæ ob dolorificos organorũ
affectus accidunt. Nam reliquæ affectiones inſtrumen-

torum, quæ citra dolorem per obturationes, aut duri-
ties, aut cõpreſſiones, aut omnino coarctationes quaſ-
dam fiunt, cõſimiles variationes in vtriſq; actionibus,
animalibus & vitalibus faciunt. Quippe in id genus af-
fectibus, paruus & velox, & denſus ſpiritus reddit cir-
ca pulſus & reſpirationes, nec non inæqualis: quæ vel
præcipua earum affectionum eſt nota. Ac paruus qui-
dem tunc ſpiritus agitur, propterea q ob anguſtiã ſu-
ſceptoriorum inſtrumentorum, paucior q̃ oportet at-
trahitur: denſus autem, quia non expletur votum vti-
litatis: atq; ob eandem cauſam denſus. Vt autem quæ
reſpiratoriis inſtrumentis ſunt propria commemorẽ,
tumores præter naturam, qui circa uentrẽ, hepar, ſple
nem, colon, hiſq́; coniunctas partes conſiſtunt, ob ſe-
pti tranſuerſi coarctationem, paruum, & velocem, &
denſum faciunt ſpiritũ. Iuxta eundem modũ & aqua
inter cutem laborantibus, & gerentibus vterum, & iis
qui ſe ſupra modum cibo expleuerunt, & qui promi-
nentem ventrem habent, huiuſmodi fit reſpirationis
ſpecies. In orthopnœa etiam (quæ erecta ceruice ſpi-
ratio eſt, fitq́; collectis viſcidis & craſſis humoribus cir
ca aſperas pulmonis arterias) & ſimiliter vbi circa pul
monem aliquid induratur, aut tuberculum gignĩ pre-
mens atq; coarctans ipſam arteriã aſperã, paruus den-
ſus, veloxq́; ſpiritus redditur. Ad eundem modũ ſi in
thorace tuberculum tale conſtiterit, paruus & denſus
& velox ſpiritus generabitur: occupante nimirum tu-
more præter naturam, pulmonis regionem, in quã di-
latatus extendebatur. * Perinde autem eſt, ad hoc vt
compreſſus pulmo non poſſit ſufficientem aerẽ attra-
here, ſiue thorax totus anguſtus reddaĩ in affectu quo-
uis, ſiue media regio occupetur à quibuſdã præter na-
turam corpuſculis, ſiue ipſe etiam pulmo indureĩ, aut
obturetur, aut intumeſcat, veluti in peripneumonicis
vitiis contingit. Vna enim in iis omnibus cõiuncta eſt

Spũs inæqualitas, quarũ affectionum ſit nota.

Tumores præter naturã coarctãtes ſeptũ tranſuerſũ, paruum, uelocẽ, et denſum, faciũt ſpiritum.

Orthopnœa quid ſit, & unde gignatur.

Inſpirationis paruitatẽ denſitas,& uelocitas ſequit̃ ſi facultas robuſta fuerit.

cauſa,ob quam parua inſpiratio redditur, coarctatio videlicet aſperæ arteriæ. Cæterũm paruitatem inſpirationis denſitas & uelocitas ſequitur,ſi facultas robuſta fuerit. At quum iuxta pulmonẽ affectus ipſe conſiſtit, quãuis thorax diſtendi plurimũ poſſit,parum tñ inſpirant: ita etiã vbi intermediæ ipſorum organorũ regiones fuerint occupatæ. Vbi verò totus thorax aut fœtibus,aut aliter paruus & anguſtus redditur, tũc diſtentionem paruam efficiens,pulmoni cauſa eſt uelocis inſpirationis: quẽadmodum & ſeptũ tranſuerſum, qñ ab aliqua mole iuxta infernã regionem opprimitur. Porrò ſuppuratorũ affectio,quãuis ſæpe ex pleuritide oriatur,his proximè relatis annumerabit̃,quæ videlicet iuxta pulmonem coarctationẽ citra dolorem faciendo, paruam reddunt inſpirationẽ.

Empyema reddit paruam inſpirationem.

* Quo modo igitur hæc reſpiratoriorũ organorum uitia citra dolorẽ conſiſtentia,ab iis quæ cum dolore fiunt diſtinguentur, ſi & paruus & denſus vtriſq; ſimiliter ſpũs redditur? Motus uelocitate.

Motus uelocitas diſtinguit affectus dolorificos organorum reſpirationis,ab iis, qui citra dolorem infeſtant.

In affectibus ſiquidẽ dolorificis modicè reſpirant & denſe,non tñ velociter,niſi fortè etiã febris adſit. Qua præſente,licet iuxta paruitatẽ & velocitatem reſpirent ſimiliter,tñ denſitudine diſtinguuntur. Quippe non modicè denſatur ipſis ſpũs, id quod non euenit illis,qui ob ſolam coarctationẽ inſtrumentorum difficulter reſpirant. Quin & expiratio febriẽtibus maior ſimulq; calidior eſt,quod nõ contingit iis, qui ob coarctationem parũ & denſè expirant.

Expiratio febriẽtibus, qualis.

Verùm in doloribus organorũ reſpirationis,minimè quidem ob affectionẽ ipſam,ſed ob actionis facultatem,quę animalis exiſtit, ſpiritus paruus & denſus reddit̃. At ſpecies difficultatis reſpirandi,quę ad coarctationẽ pulmonis conſequitur, nihil opus habet facultate ad ſui generationem.

Spiritus paruus & denſus,quibus ſuperueniat affectibus.

Perſpicuum igitur eſt, ꝙ amplius in magnis thoracis motibus dolore vexantur partes quæ in ventre conſiſtunt: minus verò in paruis: & ob id paruus & denſus erit ſpiri-

tus,nõ ſolùm in pleuriticis,ſed & quibus ſtomachum, aut uẽtrem,aut hepar,aut ſplenem, aut peritonæum, aut inteſtina,aut præcordiorum muſculos, dolorifica affectio infeſtat: quum nimirum ea omnia partim appenſa ſint,partim agnata reſpiratoriis organis,atq; ad eorum motum moueantur,ac proinde offendãtur in reſpirationibus. Quare illis etiam non vulgaris prouidentia ineſt,vt * ne grauius dolore affligatur animal.

Reſpiratoriis organis prouidentiã ineſſe, qua cauent,ne graui dolore affligatur animal.

Quod verò ad pulmonem ſpectat,parũ abeſt quin omnino ſenſus ſit expers.

Pulmo fere eſt inſenſilis.

Itaq; licebit pronũciare iam nobis in vniuerſum,paruum & denſum ſpiritum ſignum eſſe doloris,nõ modò reſpiratoriarum particularum, ſed etiam aliarum omnium,quæ cum reſpirationis organis commouentur.

Spũs paruus & denſus, doloris exiſtit ſignum.

Igitur naturales facultates omnes,ſemper neceſſariis ſibi operibus vacant,& nunquã torpent,aut negligentes ſunt: quæ verò ſub voluntatis poteſtatem cadunt, eæ ſæpe,vbi voluntas ipſa circa alias actiones detenta fuerit, negligentius perficiũtur. Quare qui animi alienatione laborant,animaliũ actionum obliuiſcuntur: quas omnes,vt longo interpoſito tempore faciunt,ſic confertim & magnas.

Alienati mẽte obliuiſcuntur animaliũ actionum: quas poſtea confertim & magnas obeunt.

Cæterùm ſi quis minus quàm oportet bibat, nõ ad dies tantùm, ſed ad integros menſes durare poſſit: ſin verò minus q̃ par ſit reſpiret, nec minimã diei partẽ durare queat. Proinde reſpirationis vtilitas non expleta in iis qui commoti ſunt mẽte,ſollicitè ad actiones excitat: quibus ſanè maximis,totum illud recuperat,quo per ceſſationis tempus fuit defraudata. Atq; ita nõ rarus modò ſed magnus alienatorum mente ſpiritus redditur: tantoq; quàm cõuenit maior,quãtò videlicet rarior: contra quàm in potu contingit. Multo enim rarius: paulo verò plus bibunt.

Alienati mẽte, cur rarũ & maximum ſpiritũ reddant.

Porrò vbi ſecundum naturã ſe habent organa,quantitas ſpiritus ſemper eſt ipſorũ diſtẽtionibus ſimilis: non aũt quum præter naturã fuerint diſpoſita: nam poſſibile aliqñ eſt plurimùm diſten-

Spiritus quantitas diſtentioni organorum ſpirltaliũ ſemper proportione rñdet quãdiu pro naturę modo ſe habent.

di,thoracē, uerùm ob coarctationē pulmonis, aut ob
aliā cauſam, paꝝ inſpirari aeris externi. Nequaq̄ igitur
ad affectionum omnium ſpiritalium inſtrumentorum
proportionem, ſed ſolùm aſperarum arteriarum, inſpi
rationes fiunt. Sufficit autem ad dignoſcenda omnia
hæc, inſpicere quantus aer inſpiretur, & quantus ꝑ ex-
pirationem reddatur. * Etenim contractiones thora-
cis citra abdominis muſculorum concitationem, nun
quam magnam poſſunt facere expirationem. Quæ ve
rò illorum etiam impulſu fiunt, quæq́; efflationes exi-
ſtunt, magnitudinis ſunt opifices. Vt autem ad compo
ſitas reſpirandi difficultates veniamus, quum aliqua ſit

Inſpirãdi compoſitę difficultates ſunt numero quatuor: totidemq; ſimiliter expirãdi.

magna inſpiratio, & aliqua uelox, ſintq́; contrariæ his
parua & tarda, neceſſum eſt quatuor fieri omnes inſpi
randi compoſitas difficultates: magnã videlicet & tar-
dam, magnam & velocem, paruam & tardam, paruã
& velocem: totidemq́; ſimiliter expirationis. In ceſſa-
tionibus verò impoſſibile eſt compoſitam reſpirandi
difficultatis ſpeciem fieri, quum vna tantùm in eis op-
poſitio habeatur, iuxta raritatem & denſitatem conſi
ſtens. At verò ipſis motibus mutuò inter ſe collatis, in-

Inſpiration's cum expiratione collatio.

ſpiratione dico, cum expiratione, ſpecies quædã erunt
conſonantiæ totius reſpirationis. Poſſibile eſt enim in-
ſpirationem fieri magnã, expirationem autē paruam:
aut vice verſa, paruã inſpirationem, & expirationem
magnam: aut vtraſq; paruas: aut utraſq; magnas: ſic et
veloces, aut tardas vtraſq;: aut alteram velocem, alte-
ram tardam. Quin & inæqualis eſt aliqua reſpiratio,

Reſpirationē dari inęqualē.

quemadmodum & pulſus, tum circa motuum coniu-
gationes, tum circa motum vnum. Similiter & ordina

Reſpiratio ordinata, inordinataq;.

ta & inordinata fieri reſpiratio poteſt, perinde ac pul-
ſus. Et ſanè quot differentiæ inæqualium pulſuum, tum
circa vnum motum, tum circa plures conſiſtentiũ, exi
ſtunt, tot etiam reperiuntur reſpirationum. Etenim ſi
inſpiratio aut expiratio varietur, ſiue ex tarditate in

velocitatem, ſiue ex velocitate in tarditatē motu tran
ſeunte, compoſitam ſiue inæqualem ipſam actionē di-
cemus. Similiter ſi ceſſatio aliqua interceperit, ſecue-
rit'ue, alterum motum, ſiue inſpirationem, ſiue expi-
rationem, compoſitam etiam eſſe dicemus tunc eam
quæ interrupta eſt, vtra tandem ea exiſtat. Aliquando
autē, licet raro, eſt viſum ī vno eodēq; homine ſimul
intercipi vtranq;, nimirum à collecta in arteriis aſperis
tanta humorum colluuie, quę ſuffocare animal poſſet:
ob pleuritidem pernicioſam, aut peripneumoniã, aut
deniq; ſuppurationem non expurgatam. Quemadmo
dum etiam ob arteriarum læuium obturationes, com
preſſionesq́; interdum pulſuum inæqualitas gignitur.
Ob facultatis præterea imbecillitatem, quæ vna vice

Reſpirationis inęqualitas, unde ſoleat accidere.

non poteſt ipſam actionem perficere, vt in pulſu, ſic
etiam in reſpiratione, eſt quando inęqualitas cernitur:
hoc tamen interiecto diſcrimine, ꝙ ad ipſam ſanè re-
ſpirationem, quandoquidem actio animalis exiſtit, plu
rimùm ipſa voluntas confert: nihil autem ad pulſuum
motus, ꝙ ii à facultate vitali proficiſcantur. Vbi igitur
voluntas nihil ad actionem cõducit, vt in pulſuum in-
ęqualitate, eadem prænotio affectionis eſt, in vniuerſis
hominibus. Vbi verò aut totum, aut plurimùm con-

Mores ęgri qũ expendendi.

fert, vt in ipſa reſpiratione, ibi amplius mores ęgri ex-
pendere oportet. Sed quemadmodum differentia fa-

Pulſus per læues arterias fit.

cultatum efficientium act ones, tum circa pulſus, tum
circa reſpirationes, differentes prænotiones facit: ſic
etiam circa ipſam organorum naturam, quædã iudi-
cationis alteratio erit. Pulſus enim per læues arterias:

Reſpiratio fit per aſperas arterias, & muſculos.

reſpiratio verò tum per aſperas, tum per muſculoſum
genus perficitur. Primò ſiquidem animalis facultas mo
uet muſculos ad reſpirationis generationem. Hi thora
cem, qui tandem pulmones commouet, quorum pars
aſperæ arteriæ exiſtunt, in quas aer qui inſpiratur, illa-
bitur. Quemadmodum igitur harum coarctationes to

tam respirationem sæpe inæqualem reddūt, sic & musculorum aberrātes motus & inordinati. Atq; illarum quidem, vt receptaculorum spiritus: horum verò, vt organorum motionis est noxa. Cæterùm coarctationis in arteriis asperis, tumores præter naturam declarauerim reos.

Musculorū affectiones & aberrātes motus.

Porrò affectiones simul & aberrantes motus musculorum existunt, cōuulsiones, concussiones, atq; tremores, ob quos nimirum respiratio īæqualis reddetur.

Respirationis inæqualitatis causæ.

Omnium itaq; respirationis inæqualitatū, aut asperarum arteriarū coarctatio, aut thoracis musculorum aberrans motus, aut facultatis ipsam efficientis debilitas, in causa est. Musculorū igitur genus proprium & priuatim destinatum respirationibus est, præter pulsuum rationem.

Respiratio est arbitrio subdita.

Præterea facultatis quidem respiratoriæ arbitrium, voluntati permissum est:

Vitalis facultas est libera.

vitalis autem facultas, nullum dñm superiorem agnoscit, sed prorsus libera existit. * Quin etiam eximiū quid ad inæqualitatis generationē respiratio habebit præter pulsuū rationem: dū videlicet partim quidem à sola proficiscitur facultate animali: partim verò à complexu ipsius cum doloribus.

Delirantiū respiratio qualis

Porrò in deliriis superat quidem raritas & magnitudo: apparet autem quædam inæqualitas, & ordinis perturbatio, tum iuxta plures respirationes, tum iuxta vnam solam: quòd nimirum * spectra & phantasmata aliquādo plus, aliquādo minus, rationem à naturalibus operibus reuocent.

Dolores organorum respirationis, reddunt actionē ipsam inæqualē, inordinatamq;.

In doloribus etiam instrumentorum cōtingit totam respirationem inæqualem & inordinatā reddi: quum neq; in illis etiā expleatur vtilitas iuxta actiones singulas. Quippe nec velociter, nec densè, nec amplius thoracem distendere possunt. Omnia enim hæc ipsis molesta sunt, & præsertim magnitudo: deinde velocitas: postremò autē densitas. Dolentibus nanq; minus molestum est per lōgius tempus, q̄ per breuius moueri. Cæterùm dū ob ipsorum motuum imminutiones, parū abest quin animal

suffocetur, voluntas tunc cogitur ad aliquod tempus maiorem facere respirationem, & multò velociorem, & priore densiorem. At quum in huiusmodi actionib⁹ vtilitas quidem expleatur, animal uerò affligatur doloribus.

Vsum explentia exacerbare dolores.

(Omnia siquidem quæ vtilitatē explent, exacerbant dolores) voluntas rursus à magnitudine & velocitate, & dēsitate detrahit aliqñ plus, aliqñ minus: vtpote quæ consilii inops, nec sistere actionē possit, ob suffocationis periculū: nec reperire aliquā doloris medelam. Quare modo ad hoc, modo ad illud transit. Vnde tum inæqualitas circa singulas & oēs deinceps respirationes, tum multiformis illa ordinis ꝑturbatio oritur.

Parilitatis corruptio, cuius sit causa.

Aequalitas quid.

Ordo quid.

Siquidē ex corruptione parilitatis, inæqualitatum omnium, itēq; ordinis perturbationū generatio constat. Parilitas quippe continua, æqualitas est: parilitas verò iuxta circuitus, est ordo. Ob idq; ubi paritas continua corrumpit, gignitur inæqualitas: ubi uerò iuxta circuitus reuertens, ordinis ꝑturbatio introducitur. Cæterū quāuis multa inæqualitas & ordinis ꝑturbatio in eiusmodi affectionibus incidat, superat tñ id genus respirādi difficultatis, quod iuxta paruitatē & densitatē consistit.

Respirationis dolentia organa, qualis consequatur spūs.

Quare rectè uidetur dictū, q̄ ad omnia dolore afflicta organa, quæ cōmouentur circa respirationes, paruus & densus spūs consequatur:

Delirantiū spiritus magnus simul & rara.

& iuxta eandē rōnem in deliriis magnū fieri & rarum spiritū, idq; inæqualiter: nunq̄ autem paruum & densum.

Inspirationis magnæ & uelocis causæ.

Igitur inspiratio magna simul et uelox, ob utilitatē vrgentem, prompta organa, & itegrā, aut certè parū remissam, gignit facultatē. At magna simul & tarda, solis mente motis cōtingit, atq; his nō semper. Conspicua aūt etiam hic est ex prædictis, causæ consyderatio: quēadmodum etiā, quū paruā habent inspirationem & tardam ii, quibus calor insitus est nimis ꝑfrigerat⁹.

Inspiratio parua simul & uelox.

Quę restat adhuc cōiugatio quarta, paruitas erat cū uelocitate: fitq; penitus in nulla affectione simplici, quemadmodū neq; magna simul

& tarda, quam aliquando alienatis mente accidere di-
ximus. Sequitur tamen vtplurimùm, vbi ſimul dolor
& vtilitatis incrementum concurrunt. Ad eundem cũ
prædictis modum etiam in coniugationibus circa expi
rationem perſcrutari ipſas affectiões oportet. Nam &
in his, aut facultatem, aut aliquod organũ læſum, aut
caloris modum alteratum deprehendimus. Si igit̃ quis
fumoſa caliditate in corporibus redundante, expira-
tionem magnam ſimulq́; velocem fieri dicat, nõ vtiq;
errarit. Manifeſtum eſt autem ꝙ & facultatem integrã
tunc eſſe oportet, & ex organis nullum vitiatum. Simi
liter autem magnam ſimul & tardam in quibuſdã deli
rantibus fieri, eodem modo quo inſpirationem, conti-
git. Sic paruam ſimul & tardam fieri iis, quibus nullum
fumoſum recrementum, fuerit collectum. Sicuti tum
paruam, tum velocem illis, qui quum recrementũ fuli
ginoſum collegerint, dolent etiam aliqua parte earum
quæ circa reſpirationem mouent. Ad diſſonantias autẽ
deueniendo motuum reſpirationis, ſi tardior quidẽ &
minor q̃ ſecundũ naturã ſit inſpiratio, expiratio aũt &
uelocior, & maior, dicemus ſanè imminutũ eſſe calorẽ
ſecundũ naturam, auctũ verò excrementũ fumoſum.
Si cõtra, inſpiratio quidẽ ſit magna & uelox, expiratio
aũt parua ſimul & tarda, auctum naturalem calorẽ di-
cemus, nullumq́; ineſſe recrementum fumoſum. Por-
rò ſimplices reſpirandi difficultates, plurium affectio-
num cõmunes exiſtunt: ob idq́; nil certi indicant. Con
iugatæ autem aliis, ad iudicium minimè fallax perdu-
cunt. Magnitudo ſiquidem * inſpirationis, ipſa per ſe
reſpirandi quædam difficultas eſt ſimplex: verùm nul-
lius certæ cognitionis eſt ſignum. Nam & vrgente vti-
litate, & læſa fieri mente aſſolet. At ſi cum denſitate cõ
ſiſtat, vtilitatem vrgentem: ſi verò cum raritate deli-
rium, indicat. Similiter & per ſe ipſam paruitas nil cer-
ti ſit, aut dolere afflictam particulam aliquã, aut exolu

Expirationis magnæ & uelocis cauſa.

Expiratio magna ſimul & tarda, in delirantibus accidit.

Expiratio parua ſimul & tarda, quibus.

Expiratio parua ſimul & uelox, quibus.

Diſſonantium motuum reſpirationis, cauſę.

Reſpirãdi ſimplices quidem difficultates, nil certi indicant: coniugatæ autẽ ad iudicium minimè fallax perducunt.

tam vtilitatem oſtendit: at denſitati iuncta, dolorẽ: ſi-
cuti raritati, vtilitatis exolutionem portendit. Per ſe
etiam nec rara quidem, nec denſa firmi quicquã oſten
dunt. At denſa ſimul & magna, vtilitatis augmentum
indicat: denſa verò ſimul & parua, organi alicuius, qđ
inter reſpirandum mouetur, dolorem. Rara ſimiliter,
ſi cum magnitudine quidem coeat, deliria: ſi verò cum
paruitate, perfrigerationes oſtẽdit. Atq; ob id ſanè om
nium compoſitarum reſpirandi difficultatum hæ qua-
tuor vltimæ coniugationes ſunt vtiliſſimæ. Fiunt aũt,
differentiis actionum iuxta magnitudinem & paruita-
tem, ad ceſſationẽ differentias, permiſtis. Cæterùm ex
ceſſationum oppoſitione (quæ vnica tantùm eſt, pe-
nes raritatem & denſitatem) aliis differentiis permiſta,
quatuor etiam oriuntur coniugationes. Prima quidem
eſt denſa & velox: ſecũda, denſa ſimul & tarda: tertia,
rara & velox: quarta deniq; rara ſimul & tarda. Nullũ
tamen certæ cognitionis ſignum ſimpliciter & neceſ-
ſariò exhibent, quemadmodũ priores quatuor. Quare
his ad prænotiones neutiq̃ indigemus, quum nimirum
ſi quid ſignificent, id iam diſtinctum per priores illas ha
beamus. Porrò ſi quis ægrotantis facultatis reſpirato-
riæ, omniſq; facultatis animalis, præcipuè refrigera-
tæ, propria ſigna cupit habere, is alarum naſi motum
habebit, & omnium muſculorum, qui circa ſcapulas
ſunt, actionem, & confertim factam concidentiã tho-
racis. Quando enim hic debilius q̃ expediat mouetur,
circa reſpirationes quidem, ſpiritus ductũ naſi alæ ad-
iuuant: circa expirationes autẽ, thorax confertim de-
labitur, non autem paulatim demittitur. Etenim con-
cidentia differt à demiſſione, ꝙ illa quidem, facultate
ægrotante fiat: hæc autem integra & valente eadem.
Etenim ſeptum tranſuerſum thoracis tenſionem adiu-
uat, ſolumq́; illam per expirationes reſoluit: nonnihil
etiam opitulantibus intercoſtalibus muſculis. ꝓ quo-

Reſpirãdi difficultatũ compoſitarũ, quæ ſint utiliſſimæ coniugatiões.

Ceſſationum circa reſpirationem eſt oppoſitio unica, penes raritatẽ & denſitatẽ.

Reſpiratoriæ aĩaliſq; facultatis extremæ refrigeratæ, ꝓpria ſigna quę ſint.

Naſi alæ quãdo ſpũs ductũ adiuuent.

Cõcidẽtia thoracis & eiuſdẽ demiſſionis diſcrimen.

Septum tranſuerſum.

Efflatus fieri ab intercoſtalibus muſculis.

Reſpirationũ duplex ceſſatio.

Reſpirationis motionũ offenſio duplex.

Ceſſatiões inter reſpirandũ breues & longæ, a qbus cauſis proficiſcantur.

rum actiones ipſi fiunt efflatus. Quum aũt duplex exiſtat ceſſatio in reſpirationibus, una ante inſpirationem, altera ante expirationem, uter ſanè motus offendatur, ceſſationem præcedentem, ab eo quod ſecundum naturam habet, immutat. Duplici igitur exiſtente in motibus offenſione, ac duplici item in ceſſationibus, vtilitatis quidem defectus, diuturni temporis ſemper ceſſationes efficiunt: redundantiæ verò, breuioris. Itaq; abundantia caloris ſecundum naturam, reddens inſpirationem magnam, ſtatim etiam præcedentem ipſam ceſſationem, breuis temporis efficit. Abundantia verò caloris præter naturam, fuliginoſiq́;, vt expirationem magnam, ſic etiam ceſſationem præcedentem reddit breuiorẽ. Quare magnus & denſus penitus fit ſpiritus, ubi caliditatis genus redundat. Sic etiam ſi ſublata vtilitas ſit, ob caloris videlicet imminutionem, ubi quidem naturalis calor imminutus paruam reddit inſpirationem, etiam longa ceſſatio præcedit. Vbi verò calor præter naturam deperditus fuerit, parua quidẽ expiratio, longa verò ante ipſam ceſſatio accidit. Sæpenumerò uerò calor præter naturã eſt auctus, imminuto calore ſecundum naturã. Atq; ita ceſſatio ante expirationẽ * breuis temporis reddit: altera verò ante inſpirationẽ * longioris. Vtrum enim ex motibus ipſa vrgebit utilitas, is præcedentem ceſſationẽ cunctari non permittit.

Reſpirationis uteruis motus ab uſu impulſus, præcedentem ceſſationẽ contrahit.

GALENI PERGAMENI DE DIFFICVLtate reſpirationis. Lib. II.

Deſipiẽtię proprium ſymptoma eſt reſpiratio magna ſimul & rara.

PROPRIVM ITAQVE DEſipientiæ ſymptoma eſt magnã & raram, hoc eſt per longum tempus, reſpirationẽ facere: videnturq́; ambæ hæ, ueluti obliuioſæ actionis affectus eſſe. Nam immoderatam facere ſpiritus attractionem, rurſumq́; immodicam quietem, eius eſt, qui nec qñ deſinere ab actione oporteat, nouit: nec qñ rurſus incipere: ſed in vtriſq; menſuram egreditur, ob conuenientis ignorationem. Quum igitur reſpiratio animale opus ſit, deſipientes autem habeant oblæſam rationem, obliuioſiores tum circa actiones, tum circa ipſarũ interſtitia fiunt. Quam obrem & actiones & quietes in multo facientes tempore, hoc modo magnitudinem & raritatem circa totam reſpirationem efficiunt: id quod Hippocrates, quum in aliis locis, tum etiã in prænotionibus, ſenſiſſe videtur: ubi ait. Spiritus magnus & per multũ tempus, deſipientiam ſignificat. Quo ſanè oraculo magnum & rarũ ſpiritum deſipientiæ ſignũ eſſe contendit: non tamen neceſſum eſſe, vt is qui delirat, magnam ſimul & rarã faciat inſpirationem. Nec enim inſeparabilem magnũ & rarum ſpiritum, ſed propriũ eſſe delirii diximus. Quicquid autem proprium exiſtit, haud continuò eſt etiam inſeparabile. Eſſe quippe geometram, proprium hominis eſt, non aũt inſeparabile: quẽadmodum rõnale, exiſtit. Licet itaq; diſcere ex doctrina Hippocratis, oĩbus quidem deliriis magnũ & rarum ſpiritũ iuxta propriã ipſorum rõnem comitẽ eſſe: non aũt deliris omnibus, ſed illis tantùm, qui nõ per aliam quandã affectionem delirio maiorem, habent reſpirationem aliter alteratã. Hippocrates ſiquidem, aliqñ magnum & rarum ſpiritũ fieri deliris nouit: aliquãdo uerò ipſius contrarium: interdum in eodem homine vtrumq; viciſſim incidere. Porrò qui in mœrore & luctu ſuſpirant, duplici de cauſa poſt longum tempus inſpirationẽ magnam efficiũt: tum ꝙ circa curam, ob quam triſtantur, couuerſi, per multas ex ordine actiones reſpirarint minus & rarius: ob idq́; tandem cogantur uno actu totam ſemel explere atq; reparare iacturam: tũ amplius etiã propterea ꝙ per mœrores, & ſpiritus & calor intus moueatur: qui

Deſipiẽtes cur obliuioſi reddantur.

Spiratio magna ſimul & rara, nõ eſt inſeparabilis a delirio.

Proprium omne, non ſtatim eſt etiam inſeparabile.

Suſpirãtes ex luctu, cur poſt longum tẽpus inſpirationem magnam efficiant.

quidem homini facessens negotium, cum ad maiorem expirationem compellit. At in affectionibus delirantium, necessitas quidem magnæ respirationis, à prima quidem causa, est persimilis: a secunda verò non item: quum nō intrò magis q̃ extra his calor moueatur, nisi alia fortè quædam accessio fiat. Differunt autem & febris ratione deliri ab iis, qui aliàs aliquo mœrore cruciantur. Igitur reuocatis in memoriam quæ in primo libro sunt tradita, si à solo delirio peruertatur respirationis concinnitas, omnino erit spiritus magnus simul & rarus. Si verò à solo dolore, paruus & densus. At si conspirent ambo, & dolor * præcelluerit vehementer, obscura omnino alteratio ex delirio erit. Sin autē moderatus fuerit dolor, aut plus quidem à dolore, minus verò à delirio respirationem alterari continget: aut vice versa: aut æqualiter iuxta vtrūq;. Sic etiam si cū alia quapiam affectione delirium complexum sit, respirationis speciem interdum aliam efficiet, prout superat, aut superatur, aut æqua potentia est præditū, aut nunc quidem (si ita cōtingat) superat, rursus alio morbi tempore superabitur. At verò in peripneumonicis, pleuriticis, & in angina, ac breuiter in omnibus quibus aliqd circa thoracem, aut pulmonem, aut etiam in ventre inferiore sit phlegmone (hoc est tumore dolente, duro & calido) obsessum, paruus omnino & densus spiritus sequitur: qualis etiam hydropicos, & eos qui se aut potu aut cibis expleuerunt intēperantius, nec nō prægnantes, ventre prominulo præditos, anhelosos, purulentos, atq; eos deniq; quibus dorsi spina contorta est, comitatur. Verùm Hippocrates de his quidem respirandi difficultatibus, quę sunt vel idiotis notissimæ, nihil memoriæ prodidit. Porrò in pleuritide quatuor mala semper se ostendunt symptomata: videlicet febris ardens, assiduus dolor, tussis, ac difficilis respiratio, parua simul & densa existēs. Dolor qppe, non secus quàm perfrigeratio,

> Respiratio delirantiū simul & dolentium, qualis.

> Phlegmone quid.

> Spūs paruus et dēsus quas comitetur dispositiones.

> Pleuritidis symptomata sunt, febris ardens, assiduus dolor, tussis, ac difficilis respiratio, parua nēpe simul & dēsa.

perfrigeratio, paruam solet facere respirationem: verùm dolor quidem, cum densitate: perfrigeratio autē, cum raritate. Quum autem splen sit viscus minimè obnoxium dolori, nec septum trāsuersum, primū & principalissimum respirationis organum, ipsius tumor cōprimat, nisi maximus sit, & caput illius occupet, haud quidem sufficiens est vt respirandi difficultatem ex delirio inductam superet, spiritum paruū & densum reddens. Quandoquidem opus est dolorem ipsum cōsistere circa aliquam partem quæ iuxta respirationem mouetur, aut aliquod ex organis respiratoriis coarctari, vt paruus & densus spiritus fiat.

> Splē est uiscus minime obnoxium dolori. Septum transuersum est pricipalissimū respirationis organum.

GALENI PERGAMENI DE DIFFICVLT. respirationis. Lib. III.

RECTE' AVTEM HIPPOcrates rationaliq; diuisiōe vsus, sexto popularium morborū libro duas oppositiones difficilis respirationis inter se complicans, eam scilicet quæ secundum magnitudinem & paruitatē est, illi quæ secundum raritatem & densitatem, quatuor in vniuersum fecit coniugationes. Vnam videlicet, magnam & raram. Secundam, paruam & raram. Tertiā, magnam simul & densam. Quartā, paruam & densam. Quibus etiam adiecit ibidem, & reliquas duas coniugationes, quæ ex collatione inspirationis cum expiratione oriuntur: vtputa magnam inspirationem & expirationem paruam. Inspirationem exiguam, & magnam expirationem. Duæ siquidem oppositiones inter se cōplicatæ, quatuor coniugationes efficiūt. Porrò qui methodicè velit diuidere, iprimis expēdat oportet, qua-

> Respirationis difficilis quatuor coniugationes.

Methodice diuisuris, q̃ sint consyderāda.

lis naturæ existat, quod diuidendum venit. Quod si sim
plex esse videatur, quæ iuxta substantiæ ipsius ratione
sunt, quot sint, & quæ, ac qualia, consyderandum. Si ue
rò cōpositum, utrāq; aut singulas eius partes diuidere
expedit: totum aūt, ex modo cōpositionis. Igit dictio
Hippocratis ita habet. Spiritus parui densi, magni rari,
parui rari, magni densi, extra magnus intra paruus, in
tra magnus extra paruus, alius extendens, alius vrgēs,
dupla intra reuocatio ueluti sup inspirantibus, calidus,
frigidus. Quod itaq; ex spūs intra & extra meatu, to-
tius respirationis actio cōposita sit, q̃q; altera eius pars
inspiratio, altera expiratio appelletur, ignorat nemo.
Quod uerò nullius alterius rei, q̃ motus, propria sint ue
locitas atq; tarditas, iā est à nobis expositū. Cæterùm
magnitudo & paruitas, ut motui propria sunt, sic oīno
inseparabilia existunt ab eo, quod per localē distantiā
fertur: ob idq; iuxta vtrāq; respirationis partem duæ
differentes oppositiones erunt: altera iuxta velocitatē
ac tarditatē: altera iuxta magnitudinē & paruitatē. Est
autem & alia oppositio iuxta densitatē & raritatē con
sistens: quæ quidē non tanquā motui, sed tanquā alicui
rei ex ipsis distantiis conflatæ, inest respirationi. Quare
in his tribus oppositionū generibus omnes respiratio-
nis differentias esse necesse est. In velocitate quidem &
tarditate, propterea q̃ hæc propria, & ab omni motu
inseparabilia sint. In magnitudine & paruitate, q̃ p di-
stantiam * organa respirationis moueantur. Densitas
autem & raritas (quæ tertia oppositio est) neutrius
proprjarum ac primarum respirationis partium pro-
prium aut īseparabile existit: uerùm totius respiratio-
nis pars fit per accidens: quandoquidem ex duobus cō
trariis motibus quiete distinctis constat. Hęc itaq; sunt
primæ differētiæ totius respirationis. Cæterùm quum
respiratio res sit, quæ & facere aliquid, & pati possit,
aliud vtiq; fuerit differentiarum genus in ipsa, utraq;

Respirationis differētias oēs in tribus oppositionibus cō-prehendi.

videlicet parte æqualiter inæqualiter'ue pfecta: aliudq;
rursus, ipsius totius vt compositæ, partibus inter se mu
tuo collatis. Hæc quum ita habeant, sciendum primas
quatuor differentias difficilis respirationis, in proposita
Hippocratis dictione assignatas, toti9 respirationis es-
se: quum ad neutrā eius partē raritas densitas'ue perti-
neat. Similiter etiam sequentes duas: nam & in iis duæ
totius respirationis partes mutuò inter se conferūtur.
Quæ verò deinceps aliæ duæ sequuntur, vbi ait, Alius
extendens, alius vrgens (quibus tardus & velox pul-
sus significatur) eas sanè, alterius ipsius respiratiōis par
tis proprias, maximeq; substantiales, putandū est. Tar
ditas nāq; & uelocitas ab omni motu īseparabilia sunt.
Quod postea deīceps habetur, Dupla intrò reuocatio,
veluti super inspirantibus, inæqualē inspirationē osten
dit. Inquirenda est aūt eadem oppositio & in expiratio
ne, quā ego omissam puto à transcribentibus, potius q̃
ab ipso Hippocrate. Addidit præterea & optimè diffe-
rentiis prædictis calidū, frigidumq; spiritum. Quanq̃
certè in Prænotionum libro, horū trium densi, & ma-
gni, & frigidi, tantū spūs meminit, tali dictione vtens.
Spiritus densus existens, dolorē, aut caloris efferuescē-
tiam in locis supra septum transuersum significat. Ma-
gnus aūt & per multū tempus, desipientiā ostendit. Fri
gidus verò ex naribus & ore prodiēs, ualde iam pnicio
sus est. Reliquas aūt differentias subticuit, tum propter
breuitatē ueteribus familiarissimā: tum propter altitu
dinē animi, quæ ipsimet erat genuina Hippocrati. De-
mōstratum enim à nobis est, q̃ grauis sit semp hic uir,
vt qui ea quæ aliis medicis nota sunt, prætereat: veluti
quæ à nemine eorū qui artē ingenuè exercēt, ignorari
queāt: quę uerò talib9 sunt ignota, oīa diligēter, simulq;
perspicuè exponat. Meritò itaq; differētias densitatis,
vt quæ medicis esse ignotæ non possint, vna summa
comprehensas exposuit, dicens: Spiritus densus, dolo-

Respirationis totius, q̃ nam sint differētię.

Spiritus frigidus, ore & naribus pdiens, admodū perniciosus est.

Breuitatē fuisse, ueterib9 familiarissimā.

Hippocraris grauitas.

Spiritus densus quid significet.

rem, aut maximum incendium ſignificat, in locis ſupra
ſeptum tranſuerſum: tanquam ſanè poſsimus nos intel
ligere, ꝙ cum paruitate quidem, dolorem ſignificet: cũ
magnitudine verò, incendium inexpugnabile partium
ſupra diaphragma, quòd immodicæ caliditates partiũ
quæ infra id ſunt, reſpirationẽ in magnitudinẽ & den-
ſitatem augere non poſsint. In pleuritide itaq; & peri-
pneumoniis, anginisq́; & orthopnœis, denſus fit ac par
uus ſpiritus. * Immo verò etiã ſi pleuritis non adſit, ſo
lus autem dolor coſtas infeſtet, ſpiritus denſus & par-
uus redditur. In vniuerſum autem, ſiue tumor quis ſit
premens coarctanſq́; quodcunq; reſpiratorium orga-
num, ſiue dolor circa quãcunq; partem, ſic appropin-
quantem reſpiratoriis organis, vt ipſis motis ſimul mo
ueatur, denſus ac paruus ipſe ſpiritus erit. At calore ma
ximo in reſpiratoriis organis coaceruato, ſpiritus den
ſus ſimul & magnus agetur: id quod indies in omnibus
exurentibus febribus eſt conſpicuum. Quare ignoran
dum non eſt Hippocratem, denſum quidem & paruũ,
dolori: ſpiritum autem denſum & magnum, incendio
caliditatis tribuiſſe. Quemadmodum enim dolentibus
cruribus, progredi multum non poſſumus, eodem mo
do vbi aliquod organum ex iis quæ inter reſpirandum
mouẽtur, doluerit, parum reſpirare cogimur, & citius
deſiſtere cupimus: ꝙ ſic citius à dolore immunes redda
mur. Cæterùm quantò citius q̃ oportuit, motus reſpi-
rationis cohibetur, tãtò ipſum animal defectuoſius eſt
inſpiratione recreatus. Quemadmodum igitur ſi quis
pauciores cibos, q̃ ſit ex vſu, accipiat, hic ſtatim aliorũ
ciborum opus habebit, ſic ſi quis minus q̃ expediẽs ſit,
inſpirauerit, is citius inſpiratione indigebit: qua ex oc-
caſione ſpiritum denſari contingit: id quod etiam ſen-
tiens Hippocrates in libro de Victus ratione in acutis
morbis ait. Sputum intra retentum, prohibet quidem
ſpiritum intra ferri, cogitq́; eum cito expirari. Porrò

Spiritus par-
uus & denſus
in quibus affe
ctibus accidat

Spiritus dẽſus
ſimul & ma-
gnus, quando
redditur.

Organorũ re-
ſpirationis do
lente aliquo,
cur paruũ, ſed
crebrum aga-
mus ſpiritum.

iuxta copiam eius quæ inſpiratur, ſubſtantiæ, oportet
magnitudinem ipſius reſpirationis metiri. Reliquit au-
tem Hippocrates exemplum difficilis reſpirationis or-
tæ à dolore, ꝙ multis locis iam ipſe dixerit, actiones or
ganorum à dolore impediri, quòdq́; illius cognitio op
pidò q̃ facilis ſit. Nec verò tantùm à dolore & retento
ſpiritu, oriri denſitas reſpirationis poteſt, ſed vel maxi
mè etiam ab incendio febrilis caliditatis: cuius quidem
eſt multum denſumq́; ſpiritum reddere. Magnus ſpũs,
quantitate circa ſingulas iudicatur reſpirationes: mul-
tum verò, poſsibile eſt aliquando ex multis paruis co-
aceruari: vt videre eſt in pleuriticis, qui quum magnũ
quidem ſpiritum ſemel ducere ob dolorem non poſ-
ſint, quãuis aere largiori ob febrim opus habeant, con
tinuitate tamen actionis, æqualem multitudinem ſpi-
ritus magnis reſpirationibus colligunt. Quòd enĩ pau
cæ magnæ, hoc multæ paruæ præſtant. Similiter in pe-
ripneumonicis multo eſt opus ſpiritu, verùm ob coar-
ctationem locorum, parum inſpiratur: quare denſitas
iacturam paruæ inſpirationis reſtaurat. Quòd autem in
orthopnœis paruus & denſus ob coarctationem fiat
ſpiritus, haud ſcio an quiſquam ignoret. Cæterùm om
nes qui ob talem coarctationem ſufficienter inſpirare
non poſſunt, ſtertoroſam faciũt reſpirationẽ, & in ſuf-
focationis diſcrimen veniunt, ſi decumbant. Ob id tũ
totum thoracem, tum collum, eos rectũ habere opor-
tet: quum non paruum auxilium ipſis ex huiuſmodi fi-
gura accedat. Quippe ampliora ſimulq́; longiora ſic
fiunt omnia reſpirationis organa: partim quidem ꝑ re
ctam figuram in directum extenta: partim verò minus
in ſeſe cõcidere prohibita. Iam verò relicta etiã parua
ſimul & rara reſpiratione, Hippocrates frigidæ memi
nit, ꝙ nimirum nõ alia ſit parua ſimul & rara, alia uerò
frigida. Nam quũ magna & denſa ex immoderato ca-
lore collecto in organis reſpiratoriis gignatur, neceſſa

Febrilis calidi
tas multũ den
ſumq; ſpiritũ
reddit.

Peripneumo-
nicorum ſpũs
eſt paruus &
denſus.

Orthopnœam
qualis comite
tur ſpiritus.

Orthopnœæ
laborãtes cur
iuuet ſpiratio
recta.

Respirationē paruā & rarā oriri ab organis respirationis refrigeratis.

rio certè parua & rara (quæ illius contraria existit) his ipsis organis perfrigeratis orietur. Siquidem calida respiratio, cuius similiter meminit, eadem est cum densa & magna, sub qua videlicet comprehenditur. Etenim spiritus frigidus, omnino paruus & rarus est: densum autem & magnum * indicare incendium organorum respirationis, minimè sanè quis dixerit, nisi & ipse etiam efficetur calidus. Solam verò frigidam expirationé dixit esse perniciosam Hippocrates, mortisq; nunciam, quòd perfrigerari respiratoriis organis planè sit perniciosum: quum nimirum inter ea sit cor situm, insiti caloris fons & principium. At vehemens illorum caliditas, aut dolor, aut desipientia, non omnino sunt perniciosa, licet non sint extra periculum. Nam si facilis respiratio valde magnam vim ad salutem habere putanda est, in omnibus acutis morbis, qui cum febribus sunt, & intra quadraginta dies iudicantur (quale documentum nobis reliquit Hippocrates) utiq; respirationes difficiles minimè vacabunt periculo. Verùm quæ iam morientibus accidunt, vt videlicet ipsa expiratio frigida, ea nullum magnum momentum in prænotionibus habent. Est enim bonorum medicorum opus, non quæ iam idiotis apparent, præsagire, sed quæ & ipsos latent, & quum nihil mali æger habere putetur, cernuntur. At frigidæ spirationis Hippocrates meminit, ut omnes respirandi difficultates complecteretur, & ꝙ etiam magnę simul & dēsæ ipsa opposita existeret. Porrò in Prænotionum libro nihil de inæquali respirationis difficultate scripsit nobis Hippocrates, quandoquidem propositum illi erat in prænotionibus solùm ea quæ verè acutorum morborum propria sunt, recensere: quæ verò diuturnis propria essent, relinquere. Quare rationabiliter etiam illic inæqualem respirationis difficultatem, ex alio morborum genere conuulsorio videlicet, pro-

Expiratio frigida cur mortis nuncia.

Cor est insiti caloris fons & principium.

Spiratio facilis, ad salutem, magnam uim obtinet.

Medici optimi munus qđ sit.

cedentem, omisit. Acuti autem sunt morbi, qui omnino cum febribus continentibus fiunt: vt pleuritis, peripneumonia, phrenitis, ac febris æstuans. Nec meminit in prænotionibus de iis respirandi difficultatibus, in quibus aut sola inspiratio, aut sola expiratio est magna: sicuti nec velocis, nec tardæ respirationis: ꝙ ad quinq; iam dictas difficilis respirationis differentias hæ omnes reduci possint. Iam verò expiratio rara simul & magna (id quod etiam docuit Hippocrates) continuarum oscitationum & signum & causa medicatoria existit. Nam quum oscitatio continua fiat ob vaporosum quendam crassumq; spiritum in genere musculorum contentum, certè expiratio quæ rara est & magna, erit quidem signum, vt affectionis in contrarium mutatæ causa vero medicatoria, quòd contrariorum sint contraria remedia. Etenim per talem expirationem spiritus diutius cohibitus, qua ratione singultus sanat, videlicet aliena euacuando, eadem etiam mederi oscitationibus poterit. Quemadmodum autē ipsa detentio spiritus superflua excernere potest, sic respiratio continua, ventilare simul potest & excalfacere perfrigerata: existens eorum & signum, & causa salubris. Iuxta hanc igitur rationem etiam in secundo Morborum popularium consuluit Hippocrates, vt iis qui perfrigerati essent, excandescentiam induceremus, & reuocandi coloris, & sanguinis in vasa subter cuticulam colligendi gratia: tanquam sanè innatum calorem excitare queat excandescentia. Quæ quidem quòd densiorem etiam omnino reddat respirationem, nemo ignorat. Vtemur itaq; ipsa in refrigeratis, decoloratis, gracilibusq;, non tamen perpetuò, sed ex interuallis, & opportunis temporibus, ne videlicet facultatem ualde lædamus. Verùm enim uerò, quod Hippocrates ait, spiritum frigidū ex naribus & ore prodeuntem, valde perniciosum existere, id in morbis acutis

Acuti morbi sunt qui omnino cū febrib continentibus fiunt.

Expiratio rara simul & magna continuarum oscitationū signū atq; medela existit

Oscitationum cōtinuę causa.

Contrariorum sunt contraria remedia.

Spūs diu cohibitus, sanat singultus.

Respiratio cōtinua uētilare simul potest & excalfacere refrigerata.

Refrigerati cur sint excitādi ad iram.

Excandescentia innatū calorē reuocat & dēsiorē reddit respiratioēm.

Spiritus frigidus ore & naribus effluens, in acutis tantū morbis est perniciosus admodum.

intelligendum est. In aliis autem morbis, qui citra febrem consistunt, sæpe frigiditas totum animalis habitum apprehendit: & accidit quidem neq; his extra periculum, non tamen penitus perniciosa. Ex his enim est strangulatio vteri, omnesq; spiritus interceptiones, quæ mulieribus quidem assiduè, viduis præsertim, accidunt: raro aũt aliquando & viris. In huiusmodi enim omnibus affectionibus, præ multitudine materiæ frigidæ, innatus calor opprimitur, ad similitudinem flãmę, quæ suffocat multis humidis lignis obruta. Quare etiã accendere quandoq; possibile est hanc, ubi materiam exuperauerit. Aliquando tamen consumpta materia, necessariò etiam & ipsa extinguitur: * quare in iis qui per acutos morbos sic expirant, nulla spes salutis relinquitur. Quòd autẽ in spiritus interceptionibus nõ omnino respiratio perierit, licet minimus rarissimusq; spiritus per illas trahatur, hinc cognosces manifestissimè, q; si aut pilum aut tenuissimam lanam, ægri prætẽdas naribus, illam moueri percipies. Atq; in affectibus, sanè id genus omnibus, spiritus densus, causa simulq; signum salubre existit: quemadmodum continuarũ oscitationũ, expiratio rara simul & magna. At verò anhelosa respiratio, quæ & densum spiritum facit, & thoracem nimis distendit, oritur, aliquando quidem in affectibus multa inspiratione indigentibus. Fit tamẽ interdum à cursu, aut ab alio quouis exercitio ĩprobo. Eiusmodi etiam spiritus accidit in omnibus ardentibus febribus: & quando obturatio, aut compressio, aut coarctatio instrumenta respirationis infestat. In uniuersum autem, quando aut tumor, aut dolor quispiam in partibus iuxta ilia constiterit, paruus & densus necessariò spiritus ducitur. Porrò spiritũ impensè densatũ, anhelationem consueuit vocare Hippocrates: quemadmodũ & sublimẽ eum, qui paruus simul & densus fuerit, qualis in anginis percipitur. At obscurum spiritum ait esse

Respirationẽ non oĩno periisse per interceptiones spirituum qua ratione cognosci posit.

Anhelosa respiratio unde proficiscatur.

Spiritus paruus & densus, qñ ducatur.

Anhelatio.

Sublimis spiritus.

tabescentibus malum, sicuti & nõ parientibus. Etenim non parientes mulieres (sunt autem hæ omnino quæ non probè purgantur) maximè à spiritus interceptionibus apprehenduntur: perinde vt illæ, quæ diu sunt orbatæ suis viris. Quare spiritus qui conspicui & insignes non sunt, eos obscuros nominat. Ac sermo de respiratione difficili suum iam hic finem sortiatur.

Spiritus obscurus quibus sit malus.

Spiritus interceptione steriles ac uiduas frequẽtissime corripi.

GALENI PERGAMENI DE PVLSVVM vsu, Liber vnus.

NON ESSE EVNDEM vsum pulsus & respirationis, contra q̃ medici existimant, certè rationibus his quispiam cõtendere posit. Primùm, nam respirationem si cui adimas, illico mortem afferes. At pulsu si complures particulas priues, non magnopere lædes. Quippe si vel arterias quæ per inguina descendunt ad crura, vel quæ per alas feruntur ad manus, laqueo complecti velis, vniuersas quidem, quæ in iis artubus sunt, arterias, pulsu priuabis: non tamen artubus ipsis aut motũ adimes voluntariũ, aut sensum. At si neruos funiculo religes, immotas prorsus, insensibilesq; extemplo reddes particulas. Debebãt igitur & arteriæ, vbi similiter neruis essent affectæ, quod singulis membris antea contulissent vtile, id ipsum protinus præstare desistere. Ad hęc si ipsas quæ in collo sunt arterias, viculo exceperis, nullam euidentem noxam animali attuleris: tametsi cor cum cerebro, princeps scilicet instrumentum actionũ vitalium, cum principe animalium, connectant. Si igit quum sint læsæ arteriæ, nihil tamen officiunt, constat vtiq; & quum valentes sunt, nihil eas conferre. * At si

Pulsus & respirationis nõ eẽ eundẽ usum, qbus suaderi posit rationibus.

Pulsu priuatas particulas, nõ magnopere lędi.

Neruis fune interceptis, partes in quas ferebantur, desistui motu simul & sensu.

Preſagium ex pulſib⁹ ſumi.

obiiciamus illi qui arteriarum vſum ſic negligit, nos maximè præſagire ex pulſu: id minimè quidem fieri ut ex cauſis id genus, quæ plurimum habeant momenti, ſed vt ex opportunis ſignis, reſponſum dabit, vt ſi quis mortem ex incuruis vnguibus nigricantibusq; coniectet. Cor ſiquidem princeps viſcus exiſtere, ex quo omnes arteriæ oriuntur: ac proinde eas eundem cum illo motum ſeruare, offendiq; ſimiliter, atq; ita non exiguæ rei indices eſſe poſſe.

Cor eſſe arteriarum originem.

At maior medicorum atq; philoſophorum pars, inde eũdem vtriuſq; motus eſſe uſum exiſtimant, quòd vterq; ſimiles iiſdem ex cauſis mutationes accipiat. Nam & qui exercitantur, & qui in balneo lauantur, & qui aliter quouis modo excalfiunt, eorum non modò reſpirationem celeriorem frequentioremq; ac maiorem contueri licet, ſed pulſus etiam pari modo mutatos. Præterea qui algent, aliter'ue quolibet modo perfrigerati ſunt, horum ſicuti reſpiratio rarior, tardior, ac minor viſitur, ita & pulſus. Similiter qui vrentibus præhenſi ſunt febribus, vt maximè ii, & celerrimè, denſiſsimeq; reſpirant, ſic etiam maximè, denſiſsimè, & velociſsimè, iis pulſant arteriæ. Quòd ſi ab immodica repletione pulſus ſentiuntur maiores: reſpirationes minores: ne id quidem ſermonem hunc reddat ambiguum. Quippe minorem tam reſpiratum quàm pulſum iccirco habent, quòd anguſtus tranſuerſo eorum ſepto ſuperſit locus. Cæterùm quantò minorem, tantò hunc & crebriorem habent: ſcilicet reſpirandi paruitatem, aſſiduitatis eius ope penſantes. Ideoq; tantundem minor ſimul & frequentior reſpiratio poteſt, quantum maior ſimul atq; infrequentior. Dicimus autem hoc loco rariorem pulſum eum qui comeſtioni ſuccedit: non vtiq; cum eo qui comeſtionem præcedit comparantes (quippe quo eſt frequentior) ſed ad reſpirationis ſpeciem

Pulſuum & reſpirationis unde colligam⁹ eſſe unũ eundemq; uſum.

Reſpiratio & pulſus iiſdẽ ex cauſis ſimiles mutatiões recipiunt.

Repletiões imo[d]icę reddũt pulſus quidem maiores: reſpirationes autẽ, minores, atq; crebriores.

referentes. Igitur ſi reſpiratio pari cum pulſu modo, iiſdem ex cauſis mutatur, non tamen parem noxam, quum perit, affert: licebit vtiq; hinc etiam colligere oppoſita: nempe tum ambos motus à natura eiuſdem vſus gratia eſſe datos: tum non eiuſdem: id quod eſt impoſſibile. Itaq; nobis inueſtigandum eſt, qua parte, altera rationum claudicet, ipſo reſpirationis vſu pro norma nobis propoſito. Qui quidem duplex exiſtit: nempe alter qui maior eſt, inſiti caloris cuſtodia: alter qui minor, animalis ſpiritu, nutricatio: in quorum vtroq; ex attracto per nares ſpiritu accedere cerebro vtilitatem dicimus. Id quod videri poſſit in cauſa, vt carotidibus arteriis (quæ ſanguine calido & halituoſo plenæ, quum perreptant ad cerebrum, antequam duram eius membranam tranſierint, iuxta ipſius cerebri baſim multis ac variis plexibus inuolutæ admirandum quoddam rete conficiunt, vt quemadmodum in vaſorum teſtium reuolutionibus ſemen, atq; in voluminibus inteſtinorum chylus, ita in eo ſanguis ille diutius hærens, perfectiſsimè elaboretur, adſitq; ſimul animali qui in cerebro eſt, ſpiritui, alimentum copioſum) vinculo exceptis, per diem integrum animal ſine noxa perduret. Quanquam certè ſi cogatur tale animal currere, diu quidem id facit probè: poſtea verò fatiſcit, atq; elangueſcit: quum nimirum ille animalis ſpiritus, quo pleni ſunt ventriculi cerebri, aſſiduè nutriri poſtulet, abſumaturq; per voluntarias, præcipueq; violentas, motiones. Cæterùm ſi animal quieſcat, quàuis commercium cum corde ſit interceptum cerebro, ſatisfacere tamen ei diu textus ille reticularis poteſt, ceu animali ſpiritu in motum voluntarium minimè tum conſumpto. Mirum autem eſſe non debet, ſi alicuius partis haud omnino pereat caliditas, etiam ſi arteriæ illius, vinculo conſtringantur.

Reſpirationis uſus ẽ duplex: unus, inſiti caloris cuſtodia: alter animalis ſpiritus nutricatio.

Cerebrũ frui reſpiratione ꝑ nares.

Retiformem plexum fieri a carotidib⁹ ad baſim cerebri conuolutis.

Spiritum animalem exhauriri per uiolentas motiones.

Corpus uniuersum eē sibi trāspirabile & fluxile.

Nam quum totum corpus sit sibi conspirabile & fluxile, certè si non per arterias, at per alia, & præcipuè per venas, propter eum qui est de vna in alteram transitū, in omnem particulam deferetur à corde caloris aliqd. Nec verò simile est aut insiti caloris principiū pati, aut aliquod eorum quæ ab illo calorem accipiunt. Id siquidem semper feruere est opus, vt quod tum cæteris pulsandi vim præstet: tum ea calfaciat: his autem ad salutem est satis, si nō omnino sint frigida. Nec mirari præterea debemus, si principium ipsum, vbi respiratione

Flammam extīgui illico sub cucurbitis medicinalibus.

priuatur, plus q̄ cætera noxæ contrahit. Quippe sub cucurbitulis medicinalibus flamma illico extinguiť. Iam verò, si cor nudatum refrigeres, celerrimè perit animal: sin calidum serues, patiť nihil. Quòd si corde refrigerato ac propterea animali iam mortuo, in alterutrū ventriculorum eius, & præcipuè in sinistrum, inseras digitum, magnum inibi calorem deprehēdes, longeq́; maiorem q̄ in aliis sit partibus, dummodo pro naturæ modo se habeant. Siquidem vt par hæc caloris portio cordi est minima, sic reliquis partibus omnino est magna. Proinde vbi quod pro naturæ modo est,

Respiratio sola, cordis calorem tuetur.

non seruatur, cordis quidem calor, qui veluti flamma est, perit: reliquorum calor, longo tempore durat. Porrò illi sola respiratio calorem tuetur. Aliis au-

Caloris custodia reliqs, post cor, partibus, duplex.

tem partibus duplex eius custodia est: pulsus videlicet, qui veluti quædam est respiratio: & quod ex abundantiore naturæ gratia accedit, quod à corde ꝯfluit. Quòd

Calorē a corde mēbris etiā demitti per uenas.

autem non solum per arterias, sed etiam per uenas cōfluat à corde calor, hinc colligere licet, q̄ qbus eæ uinculo exceptæ fuerunt, ob vulnera, partes in quas fere-

Respirationis & pulsus est usus idem.

bantur, fuerint perfrigeratæ. Quum igitur nihil iā aduersari videatur, quo minus vnus respirationis & pul-

Pulsus est datus caloris seruandi gratia.

suum vsus, finisq́; sit, facilè promptumq́; collectu arbitror, caloris in quaq; parte custodiendi gratia pulsum conditum esse: atq; ita, quod ex respiratione uni præ-

Animalis spūs nutritionē esse munus cōmune respirationis & pulsus.

statur cordi, id ex pulsu calori illi qui in toto est animali, accedere: communem verò vtriusq; esse, & animalis spiritus nutritionem: magis tamen arteriarum propriam. Quoniam igitur in iis quæ de respirationis vsu

Calorē innatū refrigerari per inspirationē: purgari autē p expirationē.

tradidimus, nobis monstratum est, natiuum calorē per inspirationem quidem refrigerari: per expirationē autem purgari, fumido scilicet excremento excusso: ambas verò actiones, ad eius custodiam conferre aliquid vtile: patet arbitror, quod in pulsu etiam idem dicendū

Diastole arteriarum substātiam spūs attrahi: systole expelli fuliginem.

erit: nempe in diastole arteriæ, substantiam quampiam attrahi: in systole, quod ex humorum deustione in toto animali contractum est, veluti fumida superfluitas, expelli. Verùm, quemadmodum & fauces, & pulmones,

Arteriæ dilatantur dū trahunt spiritū.

& vniuersum pectus, dum recipiunt spiritum dilatanť: itidem arterias, quo trahūt tempore, dilatari oportet: non quo spiritum reddunt, vt existimauit Archigenes. Quin & quies illa quæ arteriarum contractioni succedit, quum multò maior sit, ea quæ dilatationem sequitur, sicuti quæ inspirationem præcedit, ea quæ superuenit illi: ostendit sanè etiam secundum hoc esse quādam

Pulsuum & respirationis similitudo.

similitudinē inter ipsam respirationem & pulsum. Cuiusmodi enim instrumentis spiritus res inspiratio est, eiusmodi arteriis dilatatio existit. Et cuiusmodi est illis emissio spiritus, eiusmodi est arteriis contractio. Cuius

Cor est principium compositi arteriarum motus.

quidem duplicis & compositi arteriarum motus, quem nominamus pulsum, author & origo est cor. Cæterùm

Pulsificā facultatē a corde in fluere arteriis per ipsarū tunicarum substantias.

quum vis illa vnde cor contrahitur, dilataturq́;, in omnes arterias per tunicas earum influens, eas cogat, aperiatq́;, quemadmodum ipsum cor: vtiq; sicut illud dum dilatatur, ea quæ osculis suis appropiquant, trahit: quū contrahitur expellit: sic & arteriæ, quum se aperiunt, ad se vndiq; trahunt: quum cōtrahuntur, in omnē partem expellunt: videlicet per vniuersos meatus, quibus in intestina, ventriculum, vniuersam cutim, atq; adeò in venas se aperiūt. Quippe si animali alicui, ex iis qui-

Arteriæ trahunt dum dilatãtur: expellunt quũ contrahuntur.

Arterias trahere a uenis, & ĩ illas pellere, p̃ cõia orificia.

bus arteriæ sunt amplę, magnas multasq́; arterias quis
vulneret, vniuersum per eas sanguinẽ euacuarit. Sunt
itaq; arteriis & venis cõmunia oscula, per quę quidem,
dum dilatant arteriæ, ex venis trahunt: in eas, dum cõ-
trahuntur, regerunt. Sicuti nimirũ per ora quæ in cu-
tem finiuntur, quicqd halituosum, fumidum'ue excre-
mentũ habent, excernunt: recipiunt aũt ex aere ambié-
te, non exiguam in se portionẽ: per aliaq́; spiramenta
similiter. At à corde quidem accipiunt plus: reddũt aũt
ei minus, propter membranas illas, quæ in earum sup-
na nascũtur parte: quãquam certè aliquid impertiunt.
Iam verò quum sanguis in arteriis, etiã rectè se habẽte
animali, contineatur: manifestum est, non ideo dilatari
arterias, q spiritu profecto à corde impleantur: sed po
tius ob id impleri, q dilatent. Quippe si essent sanguine
vacuæ, fieri fortasse posset, vt exiguo tempore, quod à
corde confluit, ad fines earum perueniret: sanguinẽ ve
rò in se habentibus, fieri omnino nequit, ut motus cele
ritas cum ea dilatatione consentiat, quæ ex iis à corde
implendis proueniat. Arteriæ itaq; seipsas mouent, ui-
cissim se attollentes summittentesq́;: idq́; eadẽ qua cor
vi: quam scilicet ab ipso corde ortam, per tunicas earũ
transmitti diximus. Est enim vt respirationis vis anima
lis, quæ à cerebro proficiscitur, sic pulsuũ vitalis facul-
tas, quæ à corde emanat, effectrix. Porrò venę, anima-
li vita iam functo, simul ac vacuæ sunt sanguine, pror-
sus in seipsas sidunt, ita vt superna earũ tunicæ pars, cõ
mittatur cum inferiore: at arteriæ, partibus dissidenti-
bus nunq̃ non conspiciuntur: quod sanè propter alterã
earum tunicã, quæ dura est, euenit. Quòd aũt non mo-
dò systole, sed diastole sit etiã actio arteriarũ (contra q̃
nõnulli arbitrantur) admodũ perspicuum videtur: quũ
nimirum ipsa diastole sub viriũ robore magna sit: sicu
ti è diuerso parua, sub facultate ibecilla. Ad hæc, si quẽ
admodũ expiratio, sic diastole actionis esset remissio,

Arterias parũ cordi suggerare.

Sanguinẽ contineri in arteriis.

Arteriæ non quia implent dilatantur, sed quia dilatant implentur.

Arteriæ se ipsas mouẽt, eadem, qua cor facultate.

Respirationẽ esse opus animalis potẽtiæ: pulsum, uitalis

Diastolẽ esse etiam arteriarum actionẽ.

Expiratio est actionis remissio.

vtiq; nec intensio in ea, nec remissio, sicuti nec in spũs
emissione, perciperent: nec omnino robur & vehemẽ-
tia ictus, quæ percipiunt. Diastole itaq; mihi ex genere
actionũ uidetur. Deinceps consyderandũ, an sicuti ex-
piratio remissio actionis thoracis est, ac tanquã cessatio
quædã, efflatio uerò actio, atq; iccirco intensionem &
remissionẽ admittens, quod expiratio non facit: sic sy-
stole in pulsib⁹ relaxatio sit arteriarũ operis, aliaq́; huic
annexa inueniatur, quæ efflationi rñdeat, actio. Ac mi-
hi id quoq; uidet esse uerissimũ. Etenim rõnabile est, ubi
ex humoꝝ deustione collectus fuliginosus uapor pluri-
mus fuerit, tũ animal efflatũ appetere. Contrà quũ uel
ob succi temperiem, uel caloris mediocritatẽ, nihil ta-
lis excrementi colligit, tum expirationẽ dũtaxat. In ar
teriis quoq;, ubi tale excrementũ redundat, similẽ effla
tui systolẽ edi. Reliquas, quum id quod ex ipsis vacuat,
halitui q̃ fumo est similius. Quã ob rem iis qui se ingur
gitarunt cibo, per somnum fit remissior quidẽ diasto-
le: systole aũt intensior. Quippe tunc intro magis q̃ fo-
ras naturali calore se cõferente, eoq́; etiã circa uiscera
& ventrem, qui succos & cibos cõcoquit, iam plurimo
collecto, necessum est excrementum, qm̃ id quoq; co-
piosius gignit, naturalem vacuationẽ desyderet. Proin
de expiratio quidẽ maior, & plerũq; cum efflatione p-
ficitur: contractio aũt arteriæ, illi proportione rñdens.
Similiter ambæ & in pueris excellunt: q sit in eis vehe
mens propter incrementũ concoctio. Contrà senum
ætas tardiorẽ & minorẽ videtur habere systolẽ, vtpote
minus necessariã, quum & imbecilliter concoquant, &
minimè succos conficiant. Ad proportionẽ horũ om-
nium, tum anni tẽpus, tum regio, tum oĩs uno uerbo
circũdantis nos aeris ad frigus & calorem mutatio, pul
sus alterare vident. Pari modo & animi affectus oẽs, &
vitæ sortes, & morbi, arteriarũ motum introrsus ex-
trorsus'ue promouent. Qui uerò inquiunt arterias nõ

Systolẽ naturalem esse relaxationem actionis.

Systolem reperiri, quæ efflationi proportione rñdeat.

Ingurgitatiorum cibo diastole & systole qualis.

Calorẽ p somnum ad interna conuerti.

Pueris expiratio & systole, excellunt.

Senibus systole tardior.

Pulsus a quibus mutari possint.

agendo aliquid, celerius interiusq́; descēdere: sed propter tunicarũ mollitiē, ubi à diastole dimittunt, & ulterius, & celerius, q̃ duras, ĩ se ipsas recidere: facilè redarguũt. Quippe faciliores ad mot⁹ erũt molles tunicæ, quũ scilicet facultates ipsæ aliqd per eas moliunt: vtpote sic magis eis obsequētes. Dum verò postq̃ ab iis fuerũt motæ, rursum permittunt ad statum propriũ redire, tũ utiq; duræ, q̃ molles, ob impetũ, robur, & firmitudinē suæ constõnis, reuertuntur multò celerius: quemadmodum grandiores arbores, quæ vt cum renixu trahuntur, sic dimissæ, reflectuntur celerrimè. Diximus igitur, & ꝙ pulsus naturalis qui per totũ corpus diffunditur, caloris gratia sint conditi: & ꝙ dilatata arteria, is calor refrigeretur: cõtracta rursus purgetur: & ꝙ motus hi, spiritus motibus oĩno sint similes: & ꝙ animali spũi cõducant: & ꝙ vna re tantũ respiratio & pulsus dissideāt: nempe ꝙ illa ab animali facultate, hic à vitali oriatur.

Molles tunicæ qñ sint agiliores ad motum: & qñ tardiores duris.

Pulsuũ usus.

Respiratio & pulsus qũo differant.

GALENI PERGAMENI INTRODVCTIO in pulsus.

VNIVERSAE ARTERIAE pulsum habent nõ modò sibi inter se, verumetiam cordi ipsi persimilē: adeò ut ex vna ipsarum possis de reliquis iudicium facere: non tamen motũ omnium æquabiliter sentias: sed earũ quidem quæ partibus excarnibus insunt, clarius: quæ verò in carnosis, obscurius: quæ autem carne multa integuntur, aut intra ossa sunt, aut aliis corporibus subiacent, earum motũ sensu haudquaquam deprehēderis, nisi fortè extabuerit animal. Nã sic motus arteriæ quæ plerũq; dorso spinæ incumbit, tangentibus epigastrium deprehendi solet. Porrò quæ in temporibus sunt, tarsis pedum,

Pulsum habēt cor & omnes arteriæ similē.

Pulsum nõ æqualiter percipi ĩ arteriis oĩbus.

Arteriæ sensibilem pulsum edentes.

pedum, & interna parte carporum, eæ perpetuo motu sensibili præditæ sunt. Verùm neq; expeditius, neq; honestius, nec si vsum spectes, maiori commodo aliam attigeris, si eas quę in carpis sunt prætererieris, & ꝙ maximè perspicuæ & expositæ sint, & secundum rectitudinem sitæ.

Arteriæ sensibilem pulsum edentes.

Carporum arterias esse omnium aptissimas, ut tãgant

DE QVANTITATE DILATATIONIS.

TIBI autem tangenti, arteria sentietur in omnem dimensionem extendi. At dimēsiones corporum omnium sunt tres: in longum scilicet, latum, & profundum. Cæterùm quum animal secundum naturam habet, comperies arteriã moderatè admodum dilatari: quum autem contra, pręter naturam habet, interdùm secundum quãuis dimensionem, partim minuitur, partim exuperat: quo casu memoria tenere oportet, cuiusmodi pulsus naturalis extiterat. Tum si is qui est præter naturã, auctus latitudine inueniatur, latum: sin longitudine, longum: si profunditate, altum appellare. Ad portionem & iis contrarios, qui videlicet naturali sunt minores, angustum, breuem, atq; humilem uocitabis. Pulsum verò secundum omnem dimensionem iu statũ præter naturam traductorum, qui vndiq; est diminutus, paruus: qui auctus undiq; est, magnus nuncupatur. Atq; hæ pulsus sunt in dilatationis quãtitate differētię.

Arteria ĩ oẽm dimensionem extenditur.

Dimensionis corporum esse tres.

Pulsuum, qui naturæ modũ egressi sunt, dignoscendorũ ratio.

DE MOTVS QVALITATE.

PROPRIAE motus differentiæ sunt celeritas & tarditas: quarum illa quidem, motus quidã est concitatus: hæc autem exolutus: quas ita dæmum diiudicabimus, si eas ad motum naturalem comparauerimus. In occursus porrò qualitate languor, ac vehementia consistunt. Cæterùm durities atq; mollities, tunicæ ipsius arteriæ sunt qualitates: minimè autem propriam pulsus differentiam cõstituunt, licet cum eo percipiantur. Tres igitur has differentias pulsuum, & præterea quartam illam quæ in magnitudine erat & paruitate,

Pulsus celeritas quid.

Pulsuum tarditas.

Languidus pulsus.

Vehemẽs pulsus.

Pulsus duritiẽ atq; mollitiẽ, ad tunicas arteriarũ referri.

in percussione arteriæ reperies.

DE TEMPORE QVIETIS.

QVINTAM autem aliã numerabis, quæ est in intermissione, quæ inter percussiones intercedit. Voco enim percussiones, quũ arteria tactui nr̃o occurrit: intermissionem aũt, quietem quæ inter duas percussiones intercedit: secundum quam, frequens, rarus, atq; inter utrũq; medius pulsus iudicat̃: quo in medio pulsus secundũ naturam consistunt. Porrò omnes ii temporis etiam quãtitate diiudicant̃. Nam frequens dicitur, quum quietis tempus breue fuerit: rarus, quũ diuturnum. Non fuerit autem alienum si tyronibus cõtractio arteriæ ponatur esse insensibilis.

Pulsũ dici frequentẽ, rarum, & moderatũ, pro rõne quietis intercedentis systolem & diastolem.

DE AEQVALITATE ATQVE INAEqualitate.

AEQVALITAS autem & inæqualitas in dictis oĩbus differentiis inueniunt̃. Nam ubi in illis ordine se consequentibus est æqualitas ac similitudo, pulsuum æqualitatem tunc vocitamus. Verbigratia, si pulsuum ibi tũ ordine subsequẽtiũ magnitudo fuerit æquabilis, sin in pulsum in magnitudine æqualẽ dicere possumus: modũ in celeritate, celeritate æqualẽ. Ad eundẽ etiam modũ in vehementia, frequẽtia, & lãguore. Inæqualitas porrò, æquabilitatis est labes, ĩ quauis pulsuũ drĩa ipsa accidat.

Aequalitas pulsus, qũo iudicãda ueniat.

Inæqualitas pulsuum.

DE PVLSV ORDINATO INORDINATOq;.

NONNVNQVAM autem & post certã quandam percussionũ numero præfinitarũ seriẽ, pulsibus æqualibus inæqualis vnus intercidit, idq; multis modis. Nam treis æqualeis, quartus ĩæqualis subsequit̃: seruaturq; id deinceps uno tenore: aut quatuor, qntus: pari modo & ĩ omni alio numero. In quibus certè omnibus æqualitas non seruatur ob eamq; causam pulsus fit inæqualis. Quia verò certa quædam series seruatur, ob id ordinatus vocat̃. Quæ certa periodos si minimè seruaretur, pulsus is diceretur etiam inordinatus.

Pulsus ordinatus, inordinatusq; quomodo discernendus.

DE INAEQVALITATE quæ in uno pulsu accidit.

ACCIDIT aũt & in vno pulsu ĩæqualitas, tũ partibus arteriæ situ & motu inter se dissidẽtibus: tũ cuiusq; pulsus motu sibi ipsi nõ cõsentiẽte. Inæqualitas igit̃ in partiũ situ accidit, quũ arteria ipsa à propria sede traducit̃. In motu aũt, quũ arteriæ velocius aut tardius, tẽpestiui⁹, aut serius, uehemẽtius, aut lãguidius, tp̃e diuturniore aut breuiore, assiduè aut penit⁹ nihil mouent̃. At ĩ singulis pulsus partib⁹ est ĩæqualitas, quũ pulsus est ĩtercisus, repetit'ue. Præterea quũ motu celeritatẽ eandẽ, aut uehementiã, aut languorẽ, aut magnitudinẽ, aut paruitatẽ nõ seruat. Sunt igit̃ hæ simplices ĩæqualitates.

Inæqualitas in uno pulsu qñ accidat.

Inæqualitates simplices pulsuum.

DE PVLSVVM INAEQVALITATE Cõposita.

COMPOSITAE autẽ fuerint, quatenus licuerit alterã alteri, ac singulas singulis, aut vnã pluribus, aut plures pluribus copulari. Quarum nonnullæ quidẽ adeptæ sunt propriã appellationem: queadmodũ pulsus vermicãs, formicans, & hecticus: uermicãs quidem, quũ arteria velut reptantẽ vermem, atq; fluctus instar subsilientẽ nobis repñtat, non aũt tota ipsa vno tempore dilatat̃. Cæterùm si cũ exigua dilatatione id accidat, uermicãs: sin cũ magna, fluctuosus simpliciter appellat̃. Perspicuum aũt est, q̃ vermicans pulsus, lãguidus est & frequẽs. Qui uerò lãguidus summè fuerit, frequens ac paruus, is formicãs cognominabit̃, q tametsi celeritatẽ præ se ferat, nõ tñ est re uera celer. Hecticus uerò, quo modo febris, ita pulsus quoq; nũcupat̃, q̃ nihil magnopere immutet̃, sed p̃petuò sui similis, cohærens, ac nunq̃ solutus p̃maneat: vtpote toto corporis habitu in febribus eiusmodi ac pulsibus, in statũ morbosum mutato. Vt igit̃ q̃ sunt dicta denuo in memoriã reuocẽ. Pulsus magnus est, qui fit quũ arteria multũ in longũ, latũ, & profundũ diducit̃. Longus, quũ in longitudinẽ tantùm. Latus, quũ in latitudinem. Altus, quũ in profunditatẽ. Pulsus aũt uehemens est, qui ualidè tactũ p̃cutit. Moll s ĩ quo arteriæ tunica blãda est ac tenera.

Inæqualitates cõpositæ pulsuum.

Vermicãs pulsus quãdo accidat.

Fluctuosus pulsus.

Formicãs pulsus qui dicat̃.

Formicãs pulsus non est celer.

Hecticus pulsus.

Pulsus magn⁹.

Pulsus lõgus.

Pulsus latus.

Pulsus altus.

Pulsus uehemens.

Pulsus mollis.

Pulſus celer. *Pulſus frequẽs* *Pulſus æqualis* *Pulſus ordinatus.*

Celer, qui fit, dum arteria exiguo tempore dilatatur. Frequens, quum paruo interpoſito repetit. Aequalis, qui ſerie continua ſibi eſt æqualis. Ordinatus, qui ſingulis periodis eſt æqualis. Qui verò in vna percuſſione eſt inæqualis, in vna percuſſione dicitur inæqualis. Pulſus oĩbus his contrarii, ſatis ſunt pſpicui. Liquet præterea, ꝗ alioꝶ contrariorum oĩum vnus eſt medius: æqualis verò & inæqualis, nullus eſt medius: ſicutinec ordinati, & inordinati: quòdq; illoꝶ quidẽ oĩum medii ipſi ſunt ſecundũ naturã: in his verò ſolus æqualis & ordinatus.

Pulſus inter æqualem & inæqualem nullus eſt medius: ſicuti neq; inter ordinatum & inordinatũ.

DE CAVSIS PVLSVVM.

Pulſuum mutatiõis differẽtia triplex.

QVVM ab omni cauſa pulſus mutari ſoleant, triplicem & generaliſſimam mutationis ipſorum differentiam ſtatuo. Ac prima quidem mutatio naturalis exiſtit: ſecunda non naturalis, quãuis nondũ præter naturam: tertia deniq; præter naturã. Verũm omnes hæ mutationes, differentias naturales ſequuntur. Arteriæ ſiquidem alii aliter natura mouẽtur. Proinde primas eas illi eſſe exploratas oportet, qui velit dignoſcere, à qua cauſa, & quatenus pulſum ipſum mutatum eſſe contigerit. Proprium autẽ cuiuſq; pulſum experientia certò didicerit: ob idq; arteriam tangere ſæpe conuenit, potiſſimum quidem perfectè ſani: ac dum ab omni vehementi motu quieſcit: poſt autem, et in ipſis affectibus. At quum fieri nequeat vt pulſus omnium experientia explorentur, certè artifex plurimũ poterit, ſi eorũ quæ multis paſſim ſimiliter inſunt, ſcientiam ſibi compararit. Nam communio quædam naturæ viris inter ſe eſt, quẽadmodum etiam mulieribus. Quam qui probè callueri t, à recto aberrare non poterit. Ac viri ſanè in vniuerſum mulieribus pulſum habent maiorẽ multo, vehementioremq;: cæterũm tardiorem paulo, ac longè rariorem. Qui natura ſunt calidiores, ii quidem pulſum habẽt maiorem & celeriorem, ac longè frequentiorem, non multò tamen vehementiorem.

Pulſum cuiuſq; propriũ experientia cognoſci.

Pulſus uirorũ.

Pulſus calidiorum.

Pulſus graciliorum.

hementiorem. Qui autem natura ſunt graciliores, maiorem quidem, ac longè rariorem, verũm non multò vehementiorem. Mutatur verò pulſus, & per ætates. Puero recens in lucem ędito, pulſus frequentior eſt, ſicuti ſeni rarior. Qui verò ætate ſunt inter hos media, iis pulſus ad portionem reſpõdent, prout ſcilicet propius ad pueri, aut ſenis ætatem acceſſerint. Pari modo puero quidẽ celerrimus eſt: ſeni verò tardiſſimus: medium mediæ ætates ſortiuntur. Cæterũm ĩter ætates, maximus florentium eſt pulſus: minimus autem ſenũ: medius inter ipſos, puerorum eſt paulo maior. Præterea florentium quidem, vehementiſſimus: ſenum autẽ languidus: puerorum deniq; medius. Sed per anni tempora pulſus etiam mutantur. Siquidem vere medio, pulſus ſunt maximi & vehementiſſimi: celeritate uerò ac frequentia, moderati. Pariter etiam & autũno medio ſe habent. At progrediente vere, magnitudo quidem ac vehementia ipſius minuuntur: augetur autem celeritas & frequentia: ac tandem vbi æſtas aduenerit, ſunt languidi, parui, celeres, ac frequentes. Autumno verò progrediente, omnia minuuntur, magnitudo, vehementia, celeritas, & frequentia: vt quum hyems acceſſerit, iam ſint pulſus in paruitatem, languorem, tarditatem, ac raritatem mutati. Porrò vt veris initium autumni exitui, ita veris exitus, autumni initio reſpondet. Tum quemadmodum æſtatis initium, æſtatis exitui: ſic hyemis initium, hyemis exitui reſpondet. Proinde quæ ab æſtate media, hyemeq; media, in utranq; partem diſtant, itidem æqualiter pulſum immutãt. At æſtas media, partim hyemi medię eſt ſimilis: partim diſſimilis. In vtraq; enim pulſus ſunt parui, ac languidi: æſtate tamen ſunt celeres, ac frequentes: hyeme verò tardi, ac rari. Non tamẽ ſunt parui pariter hyeme atq; æſtate, ſed æſtate minus: nec pariter hyeme atq; æſtate languent, ſed minus hyeme. Mutantur & per regiones.

Pulſus infantuli. *Pulſus ſenis.*

Pulſus florentium.

Pulſuum differentiæ ſecundum diuerſa tempora.

Pulsuum differentiæ pro diuersitate regionum.

pulsus: perq; alias constitutiones aeris ambientis. In cālidis quippe, tales reddunt pulsus, quales æstate media: in valde frigidis, quales hyeme media: in tēperatis, quales vere medio: quæ verò inter has sunt mediæ, ad portionem se habent.

Pulsus gerētiū utero.

Mulieribus vtero gerentibus, pulsus sunt maiores, frequentiores, ac celeriores: cætera verò modum suū naturalem retinent.

Pulsus dormiētium.

Somnus etiā permutat pulsus. Nam principio quidem, minorē ipsum, tardiorem, rariorem, & languidiorē efficit. Præcedente verò tempore, tarditatem intendit, & raritatē, idq; præcipuè post cibum. Maior autem fit tunc & vehemētior. Quòd si diuturnior is fuerit, rursum in languorē mutatur ac paruitatem: tarditatem autem & raritatē retinet.

Pulsus experrectorū a somno.

Qui à somno sunt exciti, protinus quidem iis pulsus sunt magni, uehementes, celeres, frequentes, & turbati quodammodo: verùm non ita multo post, reuertuuntur ad mediocritatē. Quod uerò ad status corporis acquisititios pertinet, non aliter ii, q̃ naturales, pulsus immutant. Quandoquidem qui natura erat gracilis, factus postea quadratus (quem Græci εὔσαρκον vocant) pulsum habet ei, qui talis natura est, similē: de cæterisq; pari iudicio.

Pulsum mutari ab acquisitis habitib⁹ & temperamētis, perinde ac a naturalibus.

Corporis quoq; temperamenta acquisititia, haud secus q̃ naturalia, pulsus immutant.

Pulsuum differentiæ, pro exercitiorum diuersitate.

Inter causas autem non naturales, incipientes quidem exercitationes, quousq; ad mediocritatē peruenerint, pulsus vehementiores efficiunt, magnos, celeres, ac frequentes. Si quis verò multum ac supra vires laboret, paruos, languidos, celeres, ac frequentissimos. Sin modū plurimum excesserit, adeò vt vires sint exolutæ magnopere, paruos admodū, languidos, tardos, ac raros pulsus habebit. Quòd si ad virium progrediatur dissolutionem, pulsus habebit uirium dissolutarum proprios.

Pulsuum differentiæ pro balneorum diuersitate.

Balneorum, quæ moderatè calida sunt, magnos, celeres, frequētes, ac vehementes: quæ verò immodicè, paruos ac languidos, præterea celeres & fre-

quentes pulsus efficiunt. Quòd si ibi non cessetur, paruos & tardos, raros, & lāguidos. Quæ aūt frigida sunt, repente quidē paruos ac tardos, raros & rariores pulsus reddunt: post aūt, aut stuporē, aut robur inducent. Quòd si refrigerarint, stuporēq; induxerint, paruos ac languidos, tardos, & raros: sin calorem conciliarint & robur, magnos quidē, ac vehementes, celeritate tñ ac frequentia moderatos efficient.

Pulsuum differentiæ ꝓ modo cibi assumpti.

Copiosior cibus, q̃ vt vinci possit, pulsus inæquales iuxta & inordinatos efficit: moderatus aūt, magnos, vehementes, celeres, atq; frequentes: parcior q̃ sit ex vsu, minorem & breuiorē pulsus mutationē efficiet.

Vinum qualiter pulsum immutet.

Vinum, cætera quidē, ciboꝝ instar, pulsus īmutat: in eo tñ differt, ꝙ repente immutet, ꝙq; mutatio quæ ab eo proficiscit, citius desinat, q̃ quæ à cibis prouenit: ac deniq; ꝙ celeritatē magis augeat, & magnitudinē, q̃ vehementiā, & frequentiam.

Aqua quomodo pulsus immutet.

Aqua omniū quæ sumunt, mutationem minimā efficit: mutat tñ & ipsa ad portionē ciborū. Reliqua verò omnia, quantū possunt aut alere, aut calfacere, aut refrigerare, tantū arteriarum motū immutant.

Immodica omnia esse præter naturam.

At aeris cōstitutiones, ac ciboꝝ copia tāta, ut uires opprimat: prȩterea exercitationes, balnea, & somni, ubi modū excedunt, oīa sunt præter naturā. Nam causæ quas naturales & nō naturales diximus, quātitatis excessu cedūt in causas præter naturā.

Causarum prȩter naturā differentiæ.

Causarū uerò quæ non quātitate modò, verūetiam genere sunt prȩter naturā, numerus est infinitus. Porrò causaꝝ omnium præter naturā, aliæ quidē vires uitales ueluti soluunt, & dissipant: aliæ aūt, veluti premunt, & grauant.

Vitalem facultatem soluentia.

Ac soluunt quidē, alimenti inopia, morborum malignitas, eorumq; aut diuturnitas, aut uehemētia: præterea affectus animi immodici, nec non vacuationes īmoderatæ.

Vitalem facultatem quæ opprimant.

Opprimunt aūt, tum ipsa materiæ copia, tum instrumentoꝝ affectus, inflammationes videlicet, scirrhi, tumorū moles, abscessus, & corruptiones uariæ.

Pulsus facultatis solutio.

Solutæ itaq; vires, paruū, langui-

Pulſus facultatis oppreſſæ.

dum, ac valdè frequentē pulſum efficiūt: preſſæ verò pulſus mutant, quum in reliquam oēm inæqualitatē, & ordinis cōfuſionē, tū in eā quæ in vehementia ſpectat, & magnitudine: nā inæqualitates hæ, oppreſſaꝝ viriū maximè propriæ exiſtunt. Quin etiā in eiuſmodi affectibus, motus quidā funditus pereunt, aut intercidunt. Cæterùm qui intercidunt, minorem: qui pereunt, maiorem læſionem indicant.

Pulſus facultatis, ſolutæ ob alimenti inopiam.

Solutarum igitur ob alimenti inopiam viriū, pulſus vertūtur principio quidè, in lāguorem, paruitatē, celeritatē, ac frequentiā: ad mediū aūt, in languorē, paruitatem, tarditatē, & raritatē: poſtremò in paruitatem ſummam, languorem, frequentiam, & ementitā celeritatis imaginem: qui pulſus eſt, quem formicantem appellant.

Formicās pulſus.

Vermicās pulſus.

Vermicans autem pulſus, fit quoq; & ipſe viribus iam diſſolutis, ſed aliquantum adhuc reſiſtentibus: in eoq; à formicante diſcrepat, ꝙ non itidē in ſummū languorem ac paruitatē redactus ſit: tum ꝙ perſpicuā habeat in vno ictu inæqualitatem, quæ fit, dum partes moueri tempeſtiuius, aut ſerius incipiuut: vnde tardus eſt minus q̃ paruus: nonnunquam autem nihil penitus habet tarditatis, ob idq; ipſum, minimè malignus exiſtit.

Pulſuum differentiæ ſecūdū diuerſas ſyncopas.

At quæ à febribus exitialibus, atq; acutis oriuntur ſyncopæ, pulſum vermicantem non habent: qualis vtiq; reliquas viriun ſolutiones vtplurimùm comitatur: ac eas præcipuè, quæ ſine febribus accidūt: aut certè cum exiguis admodū. Ob eam vtiq; cauſam ſyncopas quidem cardiacas, formicantes: choleras verò morbos, ac fluxus uentris vehemētes, hæmorrhagias, fluxus muliebres, reliquosq; affectus, qui corpus inaniūt celeriter, vtplurimùm vermicantes: quum autem extremū affictant, formicantes ſequuntur.

Iracundorum pulſus.

Iā vero, ab ira pulſus fit altus, magnus, vehemens, celer, ac frequens.

Voluptas quō immutet pulſum.

A voluptate autem, magnus, ac rarus, non tamen vehemētia diuerſus.

Mœſtorū pulſus.

A mœſtitia paruus, tardus, languidus, atq; rarus. A metu re-

Metuentium pulſus.

centi quidem ac vehementi, celer, turbulentus, inordinatus, atq; inæqualis: inueterato autem, pulſui à mœſtitia eſt ſimilis. In omnibus porrò his, ſi diu perſeuerarint, aut vehementes admodum fuerint, tales pulſus fiunt, quales conſequuntur ſolutas vires. Dolor autem qui pulſus immutat, aut quia vehemēs, aut quia in partibus principalibus eſt, id facit: quemadmodum inflammatio.

Pulſuum differentiæ pro uarietate dolorum.

Quum igitur adhuc paruus eſt, atq; ī ipſo ortu, maiorem, vehementiorem, celeriorem, ac frequētiorem pulſum efficit: auctus autem, vehemensq; admodum factus, vt iam robori vitali noxam inferat, minorem, languidiorem, celerem, ac frequentem. Qui uerò vires iam diſſoluit, pulſus mutat in languorem, paruitatem, & falſam celeritatis imaginē, immenſamq; frequentiam.

Pulſus inflammationū omniū, ſerratilis.

Inflammationum pulſus, communis quidē omnium, quaſi ſerratilis eſt: vt pars quidē arteriæ alia quidem dilatari videatur: alia autem minimè: quæ videlicet durior ſentitur. Habet autem pulſus hic & turbationis nonnihil: præterea celer quidem eſt, ac frequens: magnus verò non ſemper. Proprius cuiuſq;, incipientis quidem, maior eſt naturali, vehementior, celerior, frequētiorq;. At in ea quæ adhuc increſcit, omnia hęc fiunt auctiora, pulſusq; iam palàm eſt durior & turbulentior. Quum uerò ad uigorem peruenerit, euidentior quidem eſt, durior, ac turbulentior, ſed minor quàm antea: non tamen languidior, niſi morbus uires exuperarit: quo caſu frequentior & celer reddit. Quod ſi diu admodum perſeueret, rituq; ſcirrhoſorum durescat, pulſus tenuitas ac durities prædictis accedet.

Pulſuum differentiæ, pro inflammationū, & partium inflammatarum na uris diuerſis.

Hæc itaq; illi phlegmoni accidunt, quæ totius animalis pulſum immutat. Eius uerò quæ animal totum nō turbat, pulſus, in parte ſaltem inflammatione accenſa, eſt cuiuſmodi eſſe illum in toto corpore diximus. Intēditur aūt ac remittiī prædictoꝝ quodq;, aut pro inflāmationis qualitate, aut pro ipſius inſtrumēti phlegmone ob-

ſeſſi natura. Nã quæ partes magis ſunt neruoſę, eæ duriores, ſerratilesq; magis, ac minores pulſus efficiunt: quæ verò ſunt venoſæ magis, atq; arterioſæ, ↄtrarios. His aũt ipſis maior eſt in partibus magis arterioſis, ibidemq; facilè inæqualis & inordinatus efficitur. At præ

Septo trãſuerſo inflãmato, q̃ celerrime conuulſiones oiri: ut ſuffocationes, pulmone phlegmone obſeſſo.

ter ipſius pulſus differentiam, quibus ſeptum tranſuerſum eſt inflammatũ, celeriter ii conuellunť: ſuffocantur aũt quibus pulmones. Syncope pręhenduní, quibus os ventriculi. Atrophia laborant, quibus hepar. Non concoquunt, quibus ventriculus. Vrinæ ſupprimuní, quibus renes experiunť inflammationem. Ad hæc partes ſenſu exactiori præditæ, pulſus, propter dolores, immutant: hebetiori aũt, dũtaxat propter affectũ.

Pleuriticorum pulſus.

Itaq; pulſus pleuriticorum celer ac frequẽs eſt, non tñ magnus admodum. Eſt pręterea nõ languidus quidem, non tñ, quod ad affectum ſpectat, vehemens. Porrò quantitas frequentiæ in pulſu excedit conſuetũ modum pleuritidi, quum pleuritis ipſa in peripneumoniã tranſit, aut etiam minať ſyncopẽ. Infra modum aũt ſubſiſtit, quũ in cataphoram, aut neruorũ læſionem deſinit.

Serratilis inæqualitas pleuriticorum.

Eodem modo & inæqualitas illa ſerratilis, quæ pleuriticis maximè eſt propria, remittit quidem, ſi pleuritis ſit mollis, ac facilè concoquatur: intenditur aũt, ſi ea ſit exitialis: indicatq; ipſam eſſe coctu difficilẽ.

Pleuritidũ differentiæ.

Tales aũt pleuritides, ſi ſimul adſit imbecillitas viriũ, periculum pñs minantur. Sin virium robur non deſit, ſignum eſt eas concoctas iam eſſe, aut in empyema tranſlatas, aut in tabidum marcorem degeneraſſe. Cæterùm ſi pleuritis coquatur, ſenſim deponit pulſus omnem mutationem præter naturam. Quum verò tranſit in empyema, fiũt pulſus empyematum proprii. Pari modo & marcoris

Purulentorum pulſus, eſt qualis vigentium inflammationum.

proprii eis accidũt, qui tabidos marcores ſunt incurſuri. Talis autem eſt purulentorum nuper ordientiũ pulſus, qualis vigentis inflãmationis. Hæc ſiquidem ipſarũ eſt ſuppurationum principium. Nonnunquã autem eſt

inæqualis & inordinatus: omnibus tamen eſt hecticus. Quum verò iam pus inſtat, cætera quidem eſt ſimilis, niſi ꝙ magis æqualis. Poſtquã autem eſt ruptũ, languidior, latior, tardior, ac rarior.

Marceſcentiũ pulſus.

Marceſcentium pulſus non ſimpliciter, neq; ſecundum vnam ſpeciem, mutatur. Qui nanq; vnà cum phlegmone nondũ ſoluta paulatim emarcuerunt, pulſus habent languidos, celeriores, frequentes valde, atq; cum depreſſione in anguſtũ redactos: quos vtiq; myuros vocãt.

Myuri pulſus.

Pulſus hectic⁹ omniũ marceſcentium communis.

Porrò marceſcentibus omnibus communis eſt pulſus hecticus: dein aũt in diaſtoles magnitudine myuron imitans ĩæqualitas: poſtremò verò ea quæ in frequentia cõſiſtit: quæ omnibus etiam perpetuò ineſt, qui in maraſmum inciderunt propter inflammationes: aut quibus propter cardiacos affectus, uel ſyncopas ſtomachicas, periculũ præſens imminet: quiq; vino epoto periculum quidẽ præceps effugerunt: nihilominus tamẽ tempore procedente marcuerunt.

Phthiſicorum pulſus.

Phthiſicorum pulſus, paruus, lãguidus, mollis, & celer eſt, hecticusq; mediocriter.

Peripneumonicorũ pulſus.

Peripneumonicorum verò, magnus, aliquantulum fluctuoſus, languidus, mollis, non aliter quàm lethargicorum: niſi ꝙ inæqualitate ſuperat, tum ea quæ in una percuſſione conſiſtit, tum ea quam ſyſtematicam vocant.

Peripneumonicis quæ adſint.

Quum autem peripneumonici omnes aut febri acuta infeſtentur, aut ſoporis grauis nonnihil habeant, vtrũuis præualuerit horum, ſecundum illud frequentiæ quantitas maximè deprehendiť. Nam ſi in peripneumonia ſit inflãmatior febris, pulſus erit admodum frequens: ſin ſopor paulo magis polleat, infrequentior.

Lethargicorũ pulſus.

Lethargicorũ pulſus, quũ ſit magnitudine, languore, & mollitie, peripneumonicorum pulſui conſimilis, eodẽ tamen eſt tardior, languidior, minus inæqualis, magisq; deficiens, q̃ intercidens.

Inæqualis pulſus, qui ordinatus ſit, reperitur raro.

Porrò confuſio ordinis vtplurimùm inæqualitates ſequitur. Nam inæqualem pulſum, raro quidem ordinatum reperias. Cæterùm minores noxæ in-

æquales & ordinatos : maiores verò, inæquales & inordinatos efficiunt.

Phreniticorũ pulsus.

Phreniticorum pulsus est paruus: rarissimè autem magnus fuit visus, roburq́; mediocre habere. Durus præterea est, ac neruosus & frequens, & valde celer. Videas autem licet & speciẽ inæqualitatis in situ, in eo nonnunquam vehementer accidere. Quin & tibi sæpe videbitur tota arteria suo ipsius loco relicto, sursum deorsumq́; ferri turbulentissimè: cuius magna frequentia eminentem minatur syncopem.

Catalepticorũ signa, & pulsus,

Est & alius quidam nomine carens affectus, ex phrenitidis & lethargi generibus mistus, quo detenti, bonam quidẽ temporis partem oculos claudũt, suntq́; somnolenti ac stertunt: post autem oculis inconniuentibus atq; immotis intuentur diutissimè, non aliter q̃ catochi: tum si quis eos interroget, inuitosq́; ad colloquium trahat, tardi erũt ad respõdendum, difficilesq́; plerũq; autem turbulenter effutiũt, quicquid primùm in buccam venerit. Atq; eius sanè affectus pulsus sunt frequentes & celeres, quo modo phreniticorum, sed minus. Pari modo & roboris habent minus q̃ illi, verũ lati sunt, atq; parui, nec dum extra mouentur, quicquã habent confertim ac simul intercisum: sed alia ratione veluti intrò properantes suffugiunt, systolem quidem accelerantes, suffurantes autem diastolem. Non tamẽ, ne in hac quidem sunt phreniticis similes: quum nõ habeant nescio quid intercisum.

Catochon, hoc est, detentorũ, pulsus,

Catochon, hoc est detentorum, pulsus, cætera quidem, similes sunt lethargicis, magnitudine, tarditate, ac raritate: quemadmodum & totus affectus à lethargo specie nõ multum discrepat. Catochon tamen pulsus imbecilli non sunt, nec molles, sed in his, vel multum dissident: quemadmodũ certè & ꝙ lethargicis totus habitus sit solutus, ac tumens: catochis verò constrictus, coactusq́;. Præterea detentorum pulsus æqualis est: inæqualis autem lethargicorum.

Conuulsorum pulsus.

In conuulsis, ipsum quidem corpus arteriæ coa-

ctum esse videtur, compactumq́; vndiq;, non tanquam à quoquam compressum, aut arctatum, nec rigidũ plane, vt in febribus, & maximè in earum accessionibus: nec propter duritiem dilatatu difficile, quod temporis longinquitate accidere solet, præsertim si uitia quædã, aut viscerum affectus adfuerint: sed non aliter quàm si corpus neruosum cauum, vt intestinum, ab vtroq; fine fuerit extensum. Talis est motus inæqualis arteriæ, quæ instar funis, sursum & deorsum traducit. Nec enim vllum est diastoles aut systoles signum, sed confusioni potius simile quippiam hic accidit. Apparet autem vehemens esse ac magnus conuulsorũ pulsus: is verò nec languidus est, nec paruus: non tamen adeò vehemens aut magnus vti videtur.

Percussionem arteriæ, multis imponere.

Percussio enim multis imponit, quæ propter tensionem quidem, robusta: propter turbationem autem, exilire apparet. Vnde aliàs quidẽ altior: aliàs quasi strepitum quendam asperum ad tactum nostrum videtur efficere. Quem pulsum, qui fuerit exercitatus, facilè deprehendet, quum nulli sit alteri similis.

Paralyticorũ pulsus.

Paralyseos pulsus paruus est lãguidusq́; & tardus: nonnullis tamen rarus: sicuti aliis frequens quidẽ, verùm penè deficiens ĩordinatè.

Epilepticorũ, apoplecticorũ q; pulsus sunt similes.

Epilepticorum autem & apoplecticorum pulsus sunt similes: Quocircà quæ de epilepticis memorabuntur, eadem & de apoplecticis dicta fuisse est putandum: nisi ꝙ omnia sunt in his intensiora.

Epilepticorũ pulsus.

Porrò quãdiu mediocriter natura ipso affectu turbatur, tãtisper nullam mutationem in pulsu est reperire commemorabilem: sed solùm veluti tensa in vtranq; partem videtur arteria, quemadmodũ in conuulsis. Vbi verò inualuerit affectus, ita vt opprimat vires, inæqualitatem quandam ac tensionem fortẽ asciscit, longiorq́; fit pulsus, languidior, & rarior. Quòd si affectus ipsas vires deiecerit, pulsus efficiet languidos, frequentes, ac celeres.

Angina laborantium pulsus.

Angina laborantium pulsus, tensionem quandam habet conuulsioni assimilem: ma-

gnus tamen est, ac fluctuosus, quo modo peripneumo-
nicorum. Atq; vtrũuis in eo præualuerit insigniter, se-
cundum illud est transmutatio expectanda. Nam si pul
sus peripneumonicorũ similis præpollet, in peripneu-
moniam: sin conuulsionis, in conuulsionẽ angina ter-
minabitur. Cæterũ qui ex ipsis nimis angunt, iis pulsus
fit paruus & rarus: expirantium aũt, iam freq̃uẽs & in

Orthopnœæ acutæ pulsus.

æqualis. Orthopnœæ acutæ pulsus est inæqualis, in-
ordinatus, & penè deficiens: quum aũt mediocriter est
maligna, frequens: quũ ad extremum urget, tardus ac
deficiens: quum hoiem iam è medio tollit, frequens ac

Suffocationis productæ ab utero, pulsus.

lãguidus. Suffocationis à matrice ortæ pulsus, est cõ-
uulsoriè extẽsus, ac rarus: eius aũt quæ est exitialis, fre-
quens, languidus, inordinatus, & penè deficiens. Os

Pulsuum differẽtiæ diuersæ, pro uariis oris uentriculi affectibus.

ventriculi affectũ, si quidẽ infestetur inflãmatione, eam
facit mutationẽ dũtaxat, cuiusmodi in inflammatione
corporis neruosi fieri iã diximus. At morsus illius, vo-
mitus, nausea, singultus, appetitus priuatio, atq; dissolu
tiones, præterq̃ q̃ pulsum paruũ efficiunt, & languidũ,
ipsum etiã nimis frequentem reddunt, & quibusdã mo
deratè celeriorẽ. Compressio aũt sola, citra ea oĩa, ra-
rum, tardum, paruũ, obscurum. Præterea q̃bus fames
est magna, pulsus est eiusmodi. Qui verò affectus in fre
quentiã ipsum pulsum permutant, si diutius pseuera-
rint, aut vehemẽtius afflixerint, ii pulsum vermicantẽ
efficient. Qui in raritatẽ, præterq̃ q̃ memoratas diffe-
rentias intendunt, talẽ præterea quandam pulsus spẽm
in ea inæqualitate, quæ in uno pulsu accidit, efficiunt,
vt corpus arteriæ in multas partes cõminutum esse vi-

Hydropicorũ pulsus.

deatur. Hydropum pulsus, ascitæ quidẽ, longus, fre-
quens, & subdurus cum quadã tensione est: tympanitæ
aũt longior, non imbecillus, celerior, frequens, subdu-

Hydropis trina species.

rus, cum quadã tensione: Eius uerò qui in toto nascitur
corporis habitu (quem Græci ἀνασάρκα meminant)

Elephanticorum pulsus

fluctuosus, latior, ac mollis. Elephantiasi laborantiũ

pulsus paruus, ĩbecillus, tardus, & frequẽs. Ictericorũ

Ictericorum pulsus.

pulsus sine febri, minor, frequentior, durior, non lan-
guidus, neq; celer. Eorum qui sumpserũt helleborũ,
paulo quidem anteq̃ vomant, latus, rarus, languidior:

Pulsus eorum qui sumpserũt helleborum.

quum aũt vomunt ac diuellunt, inæqualis, & inordina
tus: quum meliuscule iam habent, ordinatus quidẽ, sed
adhuc inæqualis, minus tamen q̃ prius. Quum autẽ sa-
nescunt iam, & penè ad statum naturalem redierunt,
æqualis & maior q̃ antea, vehementiorq́;. Qui verò ex
his syncope corripiuntur, conuelluntur, atq; singultiũt,
iis pulsus paruus & languidus, ĩordinatus, celerior, atq;
admodum frequens. Qui ex eis suffocãtur, paruus, lan
guidus, inordinatus, inæqualis, non tamen frequens,
neq; celer, sed subtardus magis. Præ se fert autẽ & flu-
ctuosum quiddam & latum, & nonnunquam exiguam
quandam arteriæ tensionem.

GALENI PERGAMENI DE DIFFERENTIIS PULSUUM, Liber Primus.

PRIMA GENERA PVLSVVM.

Arteriæ corpquale.

QVANDO quidem arteriæ corpus est
cauum, longũ, & circũductile, habetq́;
perpetuũ geminum motum ex cõtra
riis cõstitutũ partibus (aut enim in se
ipsam vndiq; considet, aut in oẽm par
tem distendit, qui duplex motus vo-

Pulsus quid.

catur pulsus) in vtroq; ei gemina quies accidat necesse

Pulsui ĩest q̃es gemina.

est: altera à distentione, priusq̃ contrahat: altera à con-
tractiõe, priusq̃ distẽdat. Quas quidẽ binas quietes ex-

Motum contrariũ nõ exordiri naturã prius, q̃ priorem sedauerit.

perientiũ tactus cognoscit, nec minus demõstrat ratio.
Nam prius contrariũ motũ natura, q̃ priorẽ sedauerit,
non exordit. Atqui sedari, subsistere est, & inq̃ete esse.

Sic motibus ĩtercedit quies. Exprimit ergo necessitas, aliquoddam esse tempus proprium vtriusq; motus: aliquod etiam intermissionum, & harũ item vtriusq; proprium. Iam quia treis arteria dimensiones, vt reliqua omnia corpora, obtinet, longitudinem, latitudinẽ, profunditatem: non potest in singulis dimensionibus non fieri quantitas aliqua distentionis & contractionis. Praeterea contentionem quandam necessariò habet, ut aut ægrè, aut languidè, aut promptè, valenterq; operetur. Est etiam ipsa arteriæ tunica aut mollis aut dura: nec non intercapedo ĩterna, aut vacua quodammodo, aut plena. Atq; hæc omnia aliquando æqualia, aliquãdo inæqualia sunt. Temporis item distentionis aliqua proportio est cum tempore contractionis. Aliam in vno pulsu differentiam constituas præter has nullã: sed sunt omnes quæ in vnum pulsum incidunt differentiæ generales, quas retulimus. Quibus duę accedũt aliæ, quas collectiuas appellant. Ex his in plurium pulsuũ mutua contentione, æqualitatem & inæqualitatem, ordinem & eius perturbationem æstimamus.

Arteriã sortiri tres dimensiones perĩde ut reliqua corpora.

Quantitas distentionis & cõtractionis.

Arter is contẽtionem ĩesse.

Arteriis consistentia inest & cauitas.

Proportio unius motionis pulsus, ad alteram.

Differentiæ in unum pulsum incidẽtes, quæ sint.

DIFFERENTIAE CVIVSQVE GEneris pulsuum.

At motum ipsum pulsus, aut moderatum & naturalem esse, aut tardiorem, aut celeriorẽ, oportet: quæ tres pulsuum circa motũ differentiæ existunt. Fit igitur pulsus celer, vbi modico tempore ipsa arteria mouetur: tardus, quũ multo: moderatus, ubi mediocri. Differentiæ pulsuum in distentionis quantitate, si quidem in singulis concipiantur dimensionibus, nouem numero sunt, in vnaquaq; triũ dimensionũ tres. In longitudine arteriæ, qui moderatus in ea est, & qui hunc excellit, vel eo est inferior. Vocatur qui excellit, longus: qui inferior est, breuis. In latitudine, moderatus, & alii immoderati duo: nempe latus, qui moderatum excellit: huic contrarius, angustus. Itidem in dimensione

Pulsuum differẽtię circa motum, sunt tres.

Celer pulsus.

Tarduspulsus

Moderatus pulsus.

Differẽtię pulsuum in distentione, secundũ singulas dimẽsiones sumptorũ sunt nouẽ.

Lõgus pulsus.

Breuis pulsus.

Latus pulsus.

Angustus pulsus.

mensione profunditatis arteriæ, vnus moderatus est, alius altus, & alius humilis. Hæ pulsuum sunt in una dimensione acceptorum differentiæ. At differentiæ pulsuum in trinis simul dimensionibus, sunt septem & viginti. Perspicies has manifestè ĩ tabella. Vnus enim erit longus simul & latus, altusq;, qui omnibus præponatũ: alius longus, latus, & profunditate moderata: scribaturq; secundus: alius longus, latus, humllis, qui sit ordine tertius: similiq; reliqui omnes cognoscentur via & ratione: vt duæ primæ dimensiones maneant immotæ, trifariam vltima variet, hoc pacto. Quartus lõgus, moderata latitudine, & altus. Quintus longus, moderata latitudĩe, simulq; moderata profunditate. Sextus longus, latitudine moderata, humilis. Deinde alii tres, prima dimensione longum seruante, secunda angustũ, tertia trifariam variante. In his nouem, vna dimensio permanet, longitudinis longæ: aliæ omnino commutantur. Mox alteri nouem, dimensione longitudinis in mediocritate seruata, variantibus reliquis. Ad hæc nouem alii, vbi longitudinis breuis dimensio sit, & aliæ immutentur.

Altus pulsus.

Humilis pulsus.

Pulsuum differentiæ in trinis simul dimẽsionibus acceptorũ, sunt septem & uiginti.

TABELLA.

1	Longus	latus	altus	magnus.
2	Longus	latus	moderatus	
3	Longus	latus	humilis	
4	Longus	moderatus	altus	
5	Longus	moderatus	moderatus	gracilis.
6	Longus	moderatus	humilis	gracilis.
7	Longus	angustus	altus	
8	Longus	angustus	moderatus	gracilis.
9	Longus	angustus	humilis	gracilis.

10	Moderatus	latus	altus	turgidus
11	Moderatus	latus	moderatus	
12	Moderatus	latus	humilis	
13	Moderatus	moderatus	altus	
14	Moderatus	moderatus	moderatus	medius
15	Moderatus	moderatus	humilis	
16	Moderatus	angustus	altus	
17	Moderatus	angustus	moderatus	
18	Moderatus	angustus	humilis	gracilis
19	Breuis	latus	altus	turgidus
20	Breuis	latus	moderatus	turgidus
21	Breuis	latus	humilis	
22	Breuis	moderatus	altus	turgidus
23	Breuis	moderatus	moderatus	turgidus
24	Breuis	moderatus	humilis	
25	Breuis	angustus	altus	
26	Breuis	angustus	moderatus	
27	Breuis	angustus	humilis	paruus.

Pulsus magn⁹ Pulsus paru⁹.

ATQVE inter *vigintiseptem hos pulsus qui ex ternis dimensionibus constant, primus quidem ab omnibus magnus dicitur. Vltimus autem paruus. Reliqui verò proprio nomine carent. Neq; enim qui graciles dicuntur & turgidi, certum vnum significant, sed multis simul generatim tribuuntur. Nam in quibus longitudinis dimensio duabus reliquis præstat, omnes hos tenues, & graciles vocant: in qbus duæ reliquæ ab hac, tum crassos, tum turgidos. At moderatum dimensionibus pulsum, medium inter magnum & par-

Pulsus gracilis. Pulsus turgidus.

uum nominant.

DE DIFFERENTIIS RELIQVORUM GENERUM PULSUUM.

Pulsus uehemens. Pulsus languidus.

TERTII generis pulsuum, quod in contentione consistit, tres differentiæ existũt. Vnus quippe est validus contentione, qui vehemens vocatur: alter imbecillus, qui languidus: & tertius inter vtrũq;, qui medius dicitur. Quarti etiam generis quod circa arteriæ corpus versatur, totidem sunt differentiæ. Durus uidelicet, mollis, & medius. Similiter quiti generis quod arteriæ veluti infusionem declarat, sunt differentiæ tres. Plenus, vacuus: & inter vtrũq; medium tenens. Quæ quidem differentiæ quinq; cũ æqualitatibus & inæqualitatibus suis, in vno arteriæ motu consistunt.

Pulsus durus. Pulsus mollis. Pulsus plen⁹. Pulsus uacu⁹.

DE DIFFERENTIIS PVLSVVM quæ in tempore intermissionis consistunt.

QVI contractionem pulsuum percipere se fatẽtur, tarditatem quidem & celeritatem in distentionis contractionisq; tempore collocãt: crebritatem verò & raritatem, in quiete vtraq;: at rhythmũ, in distentionis tempore, vna cum tempore insequentis eam quietis, ad tempus collato contractionis, simul & excipientis eam quietis. Porrò quietem quam vocant superam, quæ secundum distentionem contractionem præcedit, quanta sit, tactu queas ad vnguem assequi: inferam non item planè, q᷑ vtrinq; sibi asciscat partes, ad initium, contractionis extremitatem: ad finem, principium distentionis.

Quietem pulsuum, supernã quãta sit, tactu posse discerni: infernam aũt, non itẽ planè.

DE DIFFERENTIIS QVIETIS & rhythmi.

ITAQVE in genere quietis arteriæ, tres pulsuum differentiæ consistunt, rarus, creber, & medius. At verò quum omnis pulsus aliquo rhythmo constet, erit vtiq; arythmo pulsui eurhythmus contrarius: enrhythmus autem genus commune vtriusq;. Cæte-

Pulsuum differentiæ secũdũ quietem arteriæ, sunt tres: rarus, creber, & medius.

Eurhythmus pulsus. Arhythmus pulsus. Eurhythmus pulsus. Arhythm⁹ pulsus est triplex.

rum pulsus Eurhythmus indiuisus & unus manet, Arhythmi tres differentiæ sunt, pararhythmus, heterorhythmus, ecrhythmus. Etenim cuiq; ætati suus est naturalis pulsus. Qui ex iis igitur rhythmum seruat, vocatur eurhythmus: qui labefactat, Arhythmus. Atq; labefactās ipse, interim uicinę ætatis rhythmū mutuat, q pararhythmus: interim cuiusuis alteri⁹, q heterorhythmus dicitur: sicuti qui rhythmū prorsus nullius ætatis retinet, ecrhythmus. Easdem differentias & in naturis, anniq; temporibus, necnon regionibus, ac breuiter in omnibus, statuere oportet. Iam verò inter omnes rhythmos, hi quidem pari proportione, illi impari constant. Pari, vbi distentionis tempus æquet tempus contractionis. Impari, si alteruter eorum excedat: id quod modò certis, modò incertis fit excessibus. Certis, bifariam. Aut * multiplici proportione: aut vt numeri ad numerum. Ac proportio quidem multiplex, aut dupla est, aut tripla, aut quadrupla, aut insequentium aliqua. Vt numeri ad numerum, vbi quot est distentio temporum, totidem fuerit contractio. Incertis, in vniuersum tripliciter. Nam aut distentionis est tempus incertum, aut contractionis, aut vtrunq;.

Rhythmorum differētię multiplices.

DE AEQVALITATE, INAEQVALItate, ordine, & ordinis perturbatione.

Aequalitatē, inæqualitatemq; in uno pulsu & in pluribus fieri: ordinem cōfusionemq;, in pluribus tantum.

PORRO' æqualitas & inæqualitas tū in uno pulsu fiunt, tum in pluribus. Ordo & perturbatio ordinis, in pluribus dūtaxat. Ergo (vt à facilioribus cognitu ordiamur) quæ in pluribus pulsibus æqualitas inæqualitasq; cernuntur, quas collectiuas vocitant, in contentione omnium differentiarū æstimantur, primi pulsus cum reliquorum differentiis. Nam pares si omnino maneant, æqualis absolutè is pulsus vocatur. Sin oīno impares, absolutè inæqualis. Quòd si in vna vel pluribus pares existant: & in vna vel pluribus impares: quatenus pares sunt, hactenus dicetur æqualis pulsus: quatenus impares, hactenus inæqualis. Nam pulsus absolutè æqualis, nec magnitudinem, nec velocitatem, nec aliud habet impar quicquam.

Pulsus absolute æqualis.

Pulsus absolute inæqualis.

At verò ordinatus & inordinatus pulsus, diuisa inæqualitate in paritatē circuituum, & in absolutā imparitatem, in utroq; membro gignuntur: in circuituū paritate, ordinatus: in absoluta imparitate inordinatus. Sint itaq; omnes vnius pulsus differentiæ, insequentium differentiis omni in genere pares. Absolutè æqualis talis pulsus dicetur. Contra omnes sint omnibus impares: erit ille absolutè inæqualis. Quòd si aliqua, vel aliquæ pares existant: & aliqua, vel aliquæ impares: in aliqua pulsus uel aliquibus, ęqualis erit: in aliqua vel aliquibus inæqualis. Qui enī absolutè est æqualis, aut vna, aut pluribus differentiis, non admittit sectionem. Qui autem absolutè inæqualis est, hunc, per vnam aut plures species, secantes, circuituū paritate & imparitate ordinatum reperiemus & inordinatum: vel absolutè, vel pluribus in differentiis, vel vna. Cæterùm qui absolutè ordinatus est, pares sortitur circuitus omnes. Qui circulatim ordinatus est, non omnes æquales, sed certos. Ediuerso inordinatus absolutè, nec habet deiceps omnes pares circuitus, nec certos. Circulatim verò inordinatus, ambo hæc non habet, alterum habet. Ita vtriusq; medius fit, ordinati & inordinati, atq; illud vtriusq; commune habet: hoc non habet.

Pulsus ordinatus, in circuituum paritate consistit.

Pulsus inordinatus in absoluta cōsistit circuituum imparitate.

Pulsus absolute æqualis, nō admittit sectionem.

Pulsus absolute ordinatus, pares sortitur circuitus oēs.

Pulsus inordinatus simpliciter.

Pulsus circulatim inordinatus.

DE COLLECTIVAE INAEQVALItatis differentiis: ac primò de æqualibus inæqualitatibus.

COLLECTIVAE inæqualitates, quæ in aceruo plurium pulsuum consistunt, primam habent differentiam, qua interim æqualiter, interim inæqualiter fiunt. Quippe inæquales pulsus, sicuti & cætera ferè omnia, pristinam naturam mutātia, quatenus æquā semper mutationem recipiunt, æqualiter dicūtur mu-

Aequaliter mutari quæ dicātur.

tari. Quæ verò parem mutationem minimè asciscũt, ea inæqualiter inæqualia vocantur. Vbi igitur primo pulsu secundus est paulò minor, & tertius tantò secundo, & quartus similiter tertio, ac sic deinceps: tales sanè pulsus μυούρους, quasi imminutos, à turbinatis figuris sumpto nomine, appellant. Iam qui ex ipsis perpetuò diminuuntur, nec minui desistunt, deniq; ad quietem omnino recidunt, motuq; deficiuntur, quos vocant deficientes μυούρους. At qui desinunt, duplici sunt differẽtia. Quidam enim in quã primùm paruitate minui destiterunt, hanc constantissimè seruant. Alii autẽ rursus augentur, quos imminutos reciprocos vocant. Quorum quidem ipsorũ nonnulli ad parem reuertuntur pristinæ magnitudinem: alii ad minorẽ: alii iisdem excessibus quibus fuerant prius imminuti, rursus augentur. Sunt qui minoribus accessionibus, maioribus ueutantur.

Inæqualiter inæqualia quæ nominentur.
Pulsus myuri.
Deficientes myuri pulsus.
Myurorũ pulsuum differentiæ multiplices.
Pulsus imminuti reciproci.

DE INAEQVALIVM INæqualitatum differentiis.

INAEQVALIVM inæqualitatum quædã nullam prorsus æqualitatem retinent: aliquę retinent ad tres vsq;, vel quatuor, vel quinq; pulsus, sed postea amittunt: in quorum inest vtrisq; vel ordo, vel perturbatio ordinis: ordo, si circuitus seruent aliquos pares: perturbatio ordinis, si & hos quoq; violent. Atq; hi quidem ex ipsis & motibus deficiuntur, vt illi qui æqualiter agitantur. Cæterùm vt illos decurtatos deficiẽtes, sic hos inæquales deficientes vocamus. Porrò intercurrens pulsus ex sola ĩæqualitate crebritatis nascitur: intermittens verò, ex inæqualitate raritatis & paruitatis, alio atq; alio vtrobiq; modo, constat. In raritatis inæqualitate, quòd quies sit producta lõgissimè: in paruitate, q minima fuerit distentio. Vel potius, ex pulsuum paruitatibus deficientes constant: intermittẽtes, ex raritatibus.

Inæqualiũ inęqualitatũ differentiæ.
Decurtati deficientes pulsus.
Inæquales deficientes pulsus.
Intercurrens pulsus.
Intermittens pulsus.

DE INAEQVALITATIS VNIVS pulsus differentiis.

AT inæqualitatis motus in vno pulsu, duæ primæ differentiæ constituendæ sunt. Quarum vna, in vna arteriæ parte gignitur: in pluribus altera. Earum autem vtraq; potest iterum in plureis distribui. Auspicabimur tamen ab ea, quæ circa vnam arteriæ partem versatur, licet distinctis temporibus: q nimirũ inæqualitas illa sæpe inueniatur in pulsibus, multaq; denotare consueuerit. Tres igitur illius sunt differentiæ primæ: quum videlicet quies interpellat motum particulę: aut quum ille continuus apparet: non paris tamen velocitatis: aut quum interdum recurrit. In prima autẽ, vbi à quiete motus interpellatur, pulsuum nouem differentiæ inueniuntur.

Inæqualitatis motus in uno pulsu differentiæ.

PRIMAE DIFFERENTIAE INæqualitatis motus, membra.

SIT prior motus celer: alter verò, aut celer, aut tardus, aut moderatus: iam hinc tres differentiæ oriuntur. Rursus alteræ tres, vbi prior manet tardus, & trifariam secundus variat. Aliæ item tres, si permaneat moderatus primus, varietur autem tribus secundus modis. At verò inter non intermittentes distentionem inæquales motu pulsus, quidam velociter motũ exordientes, tarditate finiunt: alii contrà, tardi sunt initio, celeresq; semper magis, ac magis euadunt: idq; horum vtriq; habent aut æqualiter, aut inæqualiter. Illorum ergo, qui motum æqualiter minuunt, vel augent, quidam ab extrema tarditate ad moderatũ motum perueniunt: quidam à moderato motu ad ultimã tarditatem: alii à prima celeritate ad moderatum motum: sicuti & alii ab hoc ad extremam celeritatem. Sunt præterea qui vtrinq; à moderato motu paululũ deflectũt, hiq; bifariam: modò enim celeriores, modò tardiores fiunt, vt sex sint cunctæ eorum differentiæ,

tametsi plures excogitari possint. In solis autē inæqualibus pulsibus qui inæqualiter variant, interdum, licet rarò, accidit motus ex tardissimo velocissimus, sicuti & ex velocissimo tardissimus redditus.

DIFFERENTIAE PVLSVVM VNA in parte inæqualiter inæqualium.

Pulsuum differentiæ una in parte inæqualiter inæqualium.

EORVM verò pulsuum qui iæquales quum sint, iæquali in mutatione versantur, interim duæ planè, interim tres motus differētiæ cernuntur. Nos quartam aliquando, sed obscurè animaduertimus. Vbi igitur motus arteriæ, duas sensibiles differētias efficit, sex erunt formæ concursuum: vbi autem tres, quatuor & viginti. Quòd autem, quum in vtroq; disparium motuum insint tres pulsus, velox, tardus, & moderatus, ex concursibus eorum non nouē dicamus, sed sex differentias prodire, hac rōne intelliges, si noris, qui eundem bis deinceps pulsum ponat nulla ītercedente quiete fieri, vnum eum totum æqualem pulsum effecturū. Itaq; de nouem commissuris tres detrahuntur, in quibus non inæqualis iam pulsus, sed æqualis redditur, vel celer, vel tardus, vel moderat⁹: id quod ex tabella euadet apertum. Nam secundus in ea, & quartus, & nonus sunt æquales: celer secundus: tardus quartus: nonus moderatus.

TABELLA.

1	Celer	tardus
2	Celer	celer
3	Celer	moderatus
4	Tardus	tardus
5	Tardus	celer
6	Tardus	moderatus
7	Moderatus	tardus
8	Moderatus	celer
9	Moderatus	moderatus.

EAdem ratione si tribus positis inter se disparibus motibus, in singulis iis ternos pulsus commutatos committas, vigintiseptem numero formæ erunt. Ex quibus tres necesse est in æqualitatem recidant: estq; id etiam ipsum ex tabella planum.

TABELLA.

1	Celer	celer	tardus
2	Celer	celer	celer
3	Celer	celer	moderatus
4	Celer	tardus	tardus
5	Celer	tardus	celer
6	Celer	tardus	moderatus
7	Celer	moderatus	tardus
8	Celer	moderatus	celer
9	Celer	moderatus	moderatus
10	Tardus	celer	tardus
11	Tardus	celer	celer
12	Tardus	celer	moderatus
13	Tardus	tardus	tardus
14	Tardus	tardus	celer
15	Tardus	tardus	moderatus
16	Tardus	moderatus	tardus
17	Tardus	moderatus	celer
18	Tardus	moderatus	moderatus
19	Moderatus	celer	tardus
20	Moderatus	celer	celer
21	Moderatus	celer	moderatus
22	Moderatus	tardus	tardus
23	Moderatus	tardus	celer
24	Moderatus	tardus	moderatus
25	Moderatus	moderatus	tardus
26	Moderatus	moderatus	celer
27	Moderatus	moderatus	moderatus.

ITAQVE tres in his sunt æquales, secundus in tabella, & tertiusdecimus, & vigesimusseptimus. Celer enim secundus est: tardus tertiusdecimus: medius vltimus. Et iam alii duodecim pulsus, in primam tabellam transeunt. Nam primo primæ tabellæ, duo fient similes, primus nempe & quartus secundæ tabellæ, hic tarditatis plus, ille celeritatis habens. Et tertio tertius & nonus, ille plus obtinens celeritatis, hic mediocritatis. Quinto vndecimus & quartusdecimus, ille maiori celeritate, hic tarditate præditus. Sexto decimus quintus, atq; decimusoctauus, hic plus habēs mediocritatis, ille tarditatis. Septimo vigesimus secūdus, & vigesimus quintus: hic mediocritate, ille tarditate excellens. Reliqui de secunda tabella duo, vigesimus, & vigesimussextus, octauo sunt primæ tabellæ similes: hic mediocritate præstans: ille celeritate. At duodecim secundæ tabellæ reliquos, qui prorsus sunt inæquales, nihil cum illis prioris tabellæ consentire, clarissimum est: in quibus sane ipsa est ascripta inæqualitas: non quod alii illi duodecim qui cōueniunt cum prima tabella inæquales non sint: sed quòd in ternis hi differentiis motuum aperta inæqualitate sint præditi: quum in binis differentiis eam habeant alii. Sunt autem, si ordine à primo numeres, quintus, sextus, septimus, octauus, decimus, duodecimus, decimussextus, decimusseptimus, decimusnonus, vigesimusprimus, vigesimustertius, vigesimusquartus.

DE TERTIA DIFFERENTIA pulsuum in vna parte inæqualium.

Dicrotum pulsum, siue ferientem iterū, non duos, sed unū tantū pulsum existere.

QVI repetētem pulsum, siue ferientem iterum (quem Archigenes dicrotum vocat) duos esse pulsus existimant, hallucinantur. Nam qui in vna distentione intermittunt, quāquam iterum feriant, non ob id tamen eos dixeris duos pulsus existere. Quem-

admodum enim dum malleo ad incudem ex longo interuallo prior valideq; pulsans incutitur ictus, illi secundus mitior accedit, veluti resultante haud ita multum ab incude malleo, recidenteq; in eam languidius & breuiori interuallo, sic dicrotæ pulsationes in vna dilatatione inæquales oriuntur. Arteria siquidem in occursu quasi repellitur, moxq; redit. Cuius delapsum à *primę distētionis fine nulla dirimit manifesta quies, qualis animaduertitur inter systolem & diastolem, sed simul atq; attolli destitit, ipsa artetia recedit, atq; paulisper vibrata, mox occurrit iterum: id quod etiam vi tractis ramis deindeq; dimissis accidit. Atq; vbi cum vi maiori tales pulsus contingunt, ipsius arteriæ partes vno eodemq; tempore, hæ quidem attolli, decidere illæ videntur. Sic itaq; quum gignantur dicroti, differentiæ eorum in illis omnibus quæ retulimus generibus erunt, plenitudinis, duritiei, magnitudinis, vehementiæ, celeritatis, & his contrariorum: tam in ipso primo motu, quàm in reditu ab ipsorum discessu. Nam magnus potest esse & non magnus, sicuti & æqualis & inæqualis: ac sic de cæteris differentiis, quarum sane commutationes, multas species constituunt dicrotorum pulsuum: quorum hæ quidem in vna distentione sunt differentiæ, inæqualitate occupante vnā partem dūtaxat.

Dicrotæ pulsationes quomodo fiāt in una dilatatiōe inæquales.

Dicrotorū differentiæ in quibus consistunt generibus.

DE INAEQVALITATE DIVERsarum partium in vna distentione.

Inæqualitatis pulsuū, quę secundum diuersas arterię partes fit, differentiæ.

INAEQVALITATIS quæ secundum diuersas fit partes, primæ differentiæ sunt duæ, iuxta quas aut continuus est motus, aut intercisus. Reliquæ ex harum diuisione gignuntur. Nam continuus, aut est æqualis, aut inæqualis. Si æqualis, aut remittatur celeritas, aut increscat à primo, sex modis, necesse est, ut paulò ante exposuimus. Inæqualis sunt diffe-

rentiæ plures, pro pulſus magnitudine longa, vel
breui, vel moderata. Nanq; duobus digitis ſi motus
occurrat, ſex differentiæ exiſtent, ſi tribus: quatuor &
viginti: ſi quatuor, ſeptuagintaoƈto. Nam quū eorum
quæ tres differencias habent, coniugationes exiſtãt vi-
gintiſeptem, ſi quartum illis accedat, cui tres differẽtiæ
inſint, vnam & oƈtoginta numero eſſe ratio poſtulat.
Quibus ſi tres quæ creant æquales pulſus, eripias, reli-
qui quidem erunt ſeptuagintaoƈto.

DE DIFFERENTIIS MOTVS interrupti.

Interrupti motus i pulſu, differentiæ quatuor.

INTERRVPTI motus primæ differentię ſunt
quatuor, quarum ſingularum complures. At qua-
tuor in hunc modũ. Aut primus & tertius digitus mo-
tum ſentiunt, non ſecundus autem & quartus: aut pri
mus & tertius & quartus, non autem ſecundus: aut pri-
mus, ſecũdus, & quartus, minimè verò tertius: aut pri-
mus deniq; & quartus, ſecũdus & tertius nequaquam.
Vbi igitur primus & tertius dũtaxat ſentiunt, nouenæ
pulſuum in ſingulis generibus differentiæ fiunt: vbi ve
rò primus & tertius, & quartus, vigenæ ſeptenæ. To-
tidem quum primus ſecundus, & quartus: at quum pri
mus & quartus, nouenæ. Atq; hæc quidem eſt iam in-
æqualitatis diuiſio, quæ diuerſis in partibus fit. Commi
ſcentur porrò variis modis ambæ inter ſe primæ diffe
rentiæ, vt non iam diuerſas tantùm partes, verũetiam
ſingulas teneat inæqualitas.

DE INAEQVALITATE QVANTI-tatis diſtentionis in diuerſis arte-riæ partibus.

Inęqualitas q̃titatis dilatationis, diuerſas arterię partes occupans.

AT verò inæqualitas quantitatis diſtentionis di-
uerſas quidem arterię partes occupans, quũ ani-
maduertitur crebrò, tum percipitur facillimè, & inter
rupta, & continua, æqualiter & inæqualiter. In vna ve
rò arteriæ parte non recipit huius generis inæqualita-

tem vnus pulſus, q; prius q̃ finem motus attingat, ma-
gnitudo minimè deprehendi poſſit. Siquidem magni-
tudinis & paruitatis differentiam, niſi iam moueri arte
ria deſtiterit, neutiq̃ cognoſcere poſſis.

INAEQVALITATIS VITALIS contentionis differentiæ.

Inæqualitatis uitalis contentionis differentiæ.

INAEQVALITAS verò contentionis vitalis,
eandem diſtributionem ac inæqualitas motus ha-
bet. Nam aut eandem partem, aut diſtinƈtas tenet. Ean
dem tribus modis: aut interrupto motu: aut perpetuo:
aut dicroto. Diſtinƈtas bifariã: vel continuo motu: vel
interciſo. Singulorum præterea horum generum, to-
tidem ſunt ſingulares differentię, quot motus. Quin &
commiſceri etiam poſitas vna in parte inæqualitates
neceſſe eſt, vt illas quæ in diuerſis fiunt.

DE INAEQVALITATE COR-poris arteriæ.

Inæqualitas corporis arteriæ, eſſe in una parte non poteſt: in diuerſis poteſt, modis duobus.

SED inæqualitas corporis arteriæ, ex qua pulſus
aut mollis aut durus redditur, in vna quidem non
poteſt parte fieri: in diuerſis fieri duobus modis videt
(nõ aliter ac inæqualitas motus & cõtentionis) vt aut
continuus motus ſit, aut interciſus. Quo fit vt differen
tiæ huius generis ſint eædem, atq; prædiƈtæ illorũ. Ve-
rùm arteriæ pars vna non poteſt initio eſſe diſtẽtionis,
mollis: dura in fine: aut cõtrà primo dura, in exitu mol
lis. Quare haƈtenus quidem ab hoc pulſus genere duri-
tiei & mollitudinis, duo genera diſſident priora mo-
tus & contentionis.

DE INAEQVALITATE AB IN-fuſa materia in cauitatem arteriæ.

Inæqualitas pulſus ab infuſa materia.

PVLSVVM genus quod efficit infuſa materia,
in quo quidem pulſus plenus & vacuus eſt, eaſdem
habet quæſtiones ac ſuperius quod quantitate diſten-
tionis conſtabat. Videbitur nanq; hic quoq; obtinere

diuersas partes posse in vno pulsu inæqualitas: vnam autem eandemq; non posse. Porrò quia euidentius in arteriæ sede febris calor qui sit, quàm si aliam tangas partem, cognoscitur, ideo probabatur quibusdam, inter alia hoc etiam genus pulsuum annumerari, quo caloris qualitatem pernoscimus. Cuius quidem generis æqualitas & inæqualitas in vna distentione versantur. Ac inæqualitatis erunt differentiæ, prima, tum quæ diuersas partes, tum quæ singulas tenet. Quas iterum si prædictis rationibus seces, alteræ particulares plures nascentur.

DE INAEQVALITATE A SEDE arteriæ.

Inæqualitas unius pulsus, a sede arteriæ pfecta.

EST & aliud genus diuersum inæqualitatis in vno pulsu, quod à sede arteriæ proficiscitur: vbi pars quidem eius dextrorsum, pars sinistrorsum, pars sursum, pars deorsum deflectitur: id quod accidit aut in duobus locis, aut pluribus.

DE PVLSV VNDOSO ET VERmiculante.

Vndosus pulsus quomodo fiat.

ALIVD item inæqualitatis vnius pulsu genus est, quod vocatur vndosum. Ad cuius sanè generationem minimè videtur arteria in ea inæqualitate simul distendi vniuersa: sed primò prima eius pars, deinde secūda, mox tertia, & sic consequenter, idq; cum eleuatione quadam vndosa, altera vnda semper priorem excipiente. Prioris siquidem partis arteriæ dilatationem, secundæ cōsequitur, vt interueniat pars à motu libera nulla: verùm propemodum quieti similis est finis vndarum. At non reperias tamen vllam partem prorsus quiescentem. A vermiculante porrò hic pulsus magnitudine differt. Neq; enim eos qualitas, sed quantitas separat. Vtriq; tamen, omnibusq; eorum speciebus, aliquid inest commune, sicuti & aliquid proprium: commune, vnde nomen vterq; inuenit, vndoso quidem,

Vermiculantē pulsum ab undoso, nō qualitas, sed quantitas sola distinguit.

dem, exurgere quasi vndas in arteria alteram ab altera: vermiculanti verò, esse vermis gressui consimilem. Differentiæ autem eorum hoc modo speciatim sunt. Quibusdam enim recta fertur vnda. Quibusdam in obliquum deflectit. Quidam etiam breui longitudine altitudinem insignem sortiuntur. Sunt cōtrà, qui longiores altitudinem humilem: aliqui lati sunt: nonnulli angusti: alii etiam pari celeritate præditi: alii secus. Et contentionis hæc etiam vnda plus: illa habet minus: interim simul est istarum differentiarū inæqualitas. Habent autem vtriq; hi, tum vndosi, tum vermiculantes pulsus, vt tales sint, à sola distentionis inæqualitate ipsius quantitatis. Vna enim hæc inæqualitas, adiuncto sibi, vt partium motus alter anteuertat, alter cunctetur, huiuscemodi pulsus gignit.

Vndoso & uermicāti pulsui, quæ cōmunia, & quæ ꝓpria insint.

DE PVLSV FORMICANTE.

IAM verò, vt vndoso pulsui succedit vermiculans īminuto, ita formicans vermiculanti: vbi multis amissis motibus, in vnum eundemq; prorsus paruum, desiuerit. Quare inæqualitas eius præ exiguitate nos fugit. Est porrò hic pulsus paruus (quo nec alius est minor) languidissimusq; & creberrimus: non tamen (vt quibusdam visus est) celer.

Vndoso pulsui succedit uermicans. Vermicāti pulsui succedit formicans. Formicās pulsus est omniū minimus: non tamen est celer.

DE VIBRATO ET CONVVLSO pulsu.

SVPERSVNT autem vibrati & conuulsiui, qui hactenus quidem sunt inter se similes, quòd unum locum arteria non teneat, sed sursum deorsumq; agitetur, naturali sede deserta. Distant tamen vel hoc ipso, quòd non adeò is affectus in conuulsiuos cadat: in vibratos magnopere, admodumq; perspicuè: ac præterea quatenus ex terminis vtrisq; retrahi, contendiq; & conuelli conuulsiui videntur. Vibrati omni isto vacant. Ad hæc magna frequenter est dilatatio vibratis: at conuulsiuis parua. Et partes arteriæ quædam supe-

Cōuulsiui pulsus.

Vibrati pulsus.

riora petere: quædam demitti vno eodemq; tempore, apertè in vibratis cernuntur: conuulsiuis verò id per-paucis & obscure accidit. Breuiter sentias veluti fidem quandam intensam in conuulsiuo pulsu: quæ illi res cũ nullo alio conuenit. In vibratis nihil simile animaduer-tas. Maximè enim iaculis motum eorum, quæ magna vi emissa, celeri impetu vibrantur, assimiles. Omnes autem hosce pulsus qui præter quinque illa prima gene-ra in vna distentione inæquales sunt, horum duorum accessio constituit: quæ sunt genus inæqualitatis in ar-teriæ sede: & cum maturius aut serius motum partes auspicantur.

DE PVLSV CAPRIZANTE.

PVLSVS etiam caprizans iter inæquales in vna pulsu refertur: estq; etiam compositus: expers ta-men inæqualitatis vtriusq;, quæ primis quinque gene-ribus adiuncta erat. Verùm vbi motum arteria inter-pellat quapiam in parte, tum potissimùm generatur, licet non semper: sed vbi motus à quiete alter, celerior primo & vehementior oritur.

Caprizãs pulsus quando gignatur.

DE INAEQVALITATE CREBRItatis, raritatis & rhythmi, in diuersis pulsibus: quam collectiuam inæqualitatem appellant.

Collectiua inæqualitas.
Inæqualitas in crebritate, raritateq;, secundum diuersos pulsus.
Rhythmus quũ æqualis, & quũ inæqualis dicatur.

VBI omnia ordine æqua ictuum sunt interualla per omnes pulsus, æqualem dictitant haud abre tunc pulsum esse: vbi verò partim maiora, partim mi-nora, inæqualem in crebritate, raritateq;. Rhythmum iam etiam eodem modo ex proportione tẽporis ictus ad interualli tempus constantem, quum deinceps ma-neat eadem, æqualem eum esse aiunt: quemadmodum inæqualem, vbi talis proportio variatur.

DE INAEQVALITATE CREBRITAtatis, raritatis, rhythmiq;, in vno pulsu.

PARTES

Inæqualitas crebritatis, raritatis, & rhythmi, ĩ uno pulsu contingens, examinatur.

PARTES arteriæ aut omnes vnà motum exor-diuntur: aut hæ quidem maturius: illæ autem tar-dius. Si * igitur moueri omnes simul cœperint, po-stea autem motæ, minus æquis temporibus dilatatio-nem alteram aggrediantur, duorum generum in vno pulsu inæqualitas erit: quæ videlicet illa sit quidẽ cogni-ta, vbi primùm secũda distentio cœpit: in secunda ta-men ipsa minimè contineatur: sicuti neque ipse * rhy-thmus, nec genus crebritatis & raritatis: quum & hęc ipsa fiant in vno pulsu, * quãuis vt cognoscantur, om-nino secundum desyderent: quandoquidẽ ante huius initium, prioris nequit finis cognosci: quo incognito, nec crebritatem, nec raritatem, nec rhythmũ valeas cognoscere. At verò tempus partis quæ * præ cæte-ris prima motu deficitur, minimum est: maximũ eius quæ vltima: proportione autem media, in quantũ aut à prima, aut à postrema absint. Contrà ac tẽpora mo-tus, quietum tempora, longiora sunt illis quæ primæ à motu desistũt: in illis quæ postremæ, breuiora. Qua-re tempus motus quem habuit pars, quæ prima moue-ri desiit, minimum, cum maximo tẽpore quietis eius-dem comparatur. Et vltimę tempus, quod maximum erat omnium motus temporum, ad minimum cõfer-tur quietis eiusdem partis. Atque ita rhythmus in singu-lis commutatur, quatenus proportio temporis motus ad quietis tempus non eadem in omnibus manet. Si itaque dilatatio quidem prior, in omnibus simul parti-bus auspicetur motum, sed non pari in omnibus tem-pore: secunda autem deinde & ipsa motum incipiat, non tamen simul omnium partium: sed prius quidem eius, quæ prior quieuerat: secũdò autem illius quæ se-cunda, atque ita deinceps: inæqualitas quidem ita rhy-thmi fiet: crebritatis & raritatis non itẽ. Nã quies quũ in omnibus æqua sit, differentiam in crebritate & ra-ritate efficit nullam: non respondet tamen motus tem

Rhythmi inæqualitas quõ fiat.

pus tempori quietis. Siquidem motionis tempus non erat omnibus par: quietis erat: ac proinde non idē omnibus rhythmus erit. Quòd si quum moueri arteriæ simul omnes partes cœperunt, non item simul omnes alteram distentionem ordiantur, nec priorem terminauerint simul, sed ne quies quidem in omnibus æqua sit, binas in eo necesse est differētias esse. Nam crebritatis, & raritatis in alterutra differētia inæqualitas fit: at non rhythmi tamen necessariò. Possunt quippe oīum partium tempora motus, quietum temporibus respōdere. Et si hoc, erit quidem rhythmus æqualis. Sin autē eadem in omnibus partibus proportio nō constet, simul perdetur rhythmus. Iam verò, vbi vnà oēs partes moueri cœperint, motæq; æquo sint tempore, si * secundæ dilatationis non idem omnes initium partes ordiantur, sed quædam maturius, quædam incœperint serius, non erit iam rhythmus æqualis, nec crebritatis, raritatisq; differētia. Hanc enim impares qe-tes inæqualem efficiunt: rhythmum verò, proportionum commutatio. Ac tot sunt inæqualitatis vtriusq; vno in pulsu generis differentiæ, cum omnes vnà partes arteriæ distendi incœperint. At vbi hæc primò, illa secundò distendi cœperit, si omnes simul quieuerint, ac dein distentionem vnà alteram auspicatæ sint, necessariò inæqualitas in altero tantùm genere fiet rhythmi. Quòd si alteram distentionem arteria iuxta orsa sit, ac priorem, vt in vtraq; distentione eadem pars prior altera pari interuallo incipiat: idq; fit in omnib⁹ partibus constans: atq; illæ etiam simul priorem distētionem absoluerint: * necessariò vtiq; in vtroq; genere inæqualitas erit. Nam omne tēpus quod est ex motu & interuallo conflatum, omnibus est æquabile arteriæ particulis. Sed motuum proportiones, q̄ totū tempus in æquas partes non distribuatur, non respondēt proportionibus quietum. Quare simul inæqualis rhy-

Rhythmū efficit inæqualē, proportionis commutatio.

thmus necessariò erit singularū partium: & quatenus tempora intermissionū differunt, etiam crebritatis raritatisq; cōiungi cum iis inæqualitatē est necessariū. Si verò altera distentio perinde ac prior fecerat, initium motus partium sit orsa, non sit aūt prioris distentionis finis oībus idem, duæ differentiæ orietur. Potest enim & longè quidem quiescere prius, quę prius motum est auspicata: pōt etiam posterius. * Si igitur tantò quieuerit prius, quātò cœpit, fiet ita ęqualis in vtroq; genere pulsus. Sin multò prius atq; est auspicata, q̄euerit, duorum generū inæqualē pulsum efficiet. At si quæ prior cœpit desistat posterior, duorū generū oīno inæqualitatem creabit: si videlicet aut multò tardius, aut paulò, quieuerit. At verò si nec prioris distentionis initiū ex oibus simul partibus fiat, neq; secundæ, est quū rhythmus possit esse inæqualis, nec nō crebritatis & raritatis genus. Verùm si sic motuū tempora temporibus quietum rūdeant, rhythmus æqualis erit. Si verò tempora sola paria fuerint intermissionū, æqualitas erit in altero genere. Sed hæc infrequētia sunt: inæqualitates verò permultæ. Nam oēs possunt simul partes à motu cessare, & nō simul. Et quū non cessant simul, hę prius: illæ posterius: iā etiā vel longè prius, vel lōgè tardius.

GALENI PERGAMENI DE DIFFERENTIIS PULSUUM, Lib. II.

NON EVNDEM VSVM hic liber pollicet̄, ac primus: sed quam veratrum rationem habet, vel scammonium cum pane, & carnibus, eandem quæ nunc dicemus, cum superioribus habēt. Nutrire enim mentes

illa ſanas, hæc reſecare prauas ſentẽtias ualent, vt mor
bos quoſdam. Imprimis autem mihi cum ſophiſtis eſt
bellum circa vſurpanda nomina. Illi quippe ipſas res
negligẽtes, barbaras quaſdam uoces, vndiq; citra de-
lectum contractas, Græcorum commiſcent nomini-
bus, neq; iis ſanè integris, legitimis'ue, ſed corruptiſſi-
mis: atq; ita nobis aures obtundunt, qui perpetuò ſu-
mus ſoliciti, vt nominibus quàm puriſſimis ſenſum inter-
pretemur: vt clariſſimè quis mentem ſuam poſſit ſi-
gnificare, ita ſermone vti eum optimè, exiſtimantes.
Ad hæc verò, illi prius quàm homonymiam diſtinxerint,
ſingula definire conãtur: unde neceſſum eſt eos quàm
turpiſſimè hallucinari. Neq; enim nominum ſunt, ſed
rerum definitiones. Proinde quando ab vno nomine
res indicantur multæ, tot definitiones, quot res, neceſ
ſariò deſyderantur. Vbi verò vnius rei plura nomina
habentur, vna tantùm definitione eſt opus. Porrò vbi
Archigenes etiam de octo qualitatibus pulſuum teme
rariam illam ſuam nobis ſententiã protulit, debuiſſet
aliquam addere, ſi non firmam demonſtrationem, at
certè rationem validam: vt ne quis initio ſtatim velu-
ti in Moſes & CHRISTI ſcholam impingens, le-
ges audiret, nulla ſtabilitas demõſtratione. Olim ete-
nim homo duarum linguarum peritus, oſtendebatur
digito, omnibusq; erat admirationi. At ſophiſtę hodie
nos multas ediſcere volunt, cæterùm barbariſſimas:
quum tamen præſtaret ipſos doceri vnam Græcam
adeò ornatam & cultam, præterea communem om-
nibus, ac plenam humanitatis. Qua quidẽ ſi imbutus
fueris, neutiq; vt illi, fateberis, oĩa prima genera pul-
ſuum, qualitates exiſtere. Siquidem inter differentias
ipſorum referri tum magnum, tum paruum, tum me
dium conſtat: nec non longum, breuem, latum, angu-
ſtum, atq; alios deniq;, aliter nominatos. Quorũ qui-
dem omnium vnum eſſe commune genus conſiſtẽs in

Sophiſtæ res ipſas negligũt de nominibus anxii & ſoliciti.

Definitiones ſunt rerum, nõ nominum.

Definitiones ipſas tot debe re eẽ, quot res.

Chriſti doctrinã impie ſubſãnat Galen⁹.

Græcam linguã unice cõmendat Galenus.

qualitate, nemo ſanæ mentis fateatur. Quippe ipſius
magni pulſus & parui, non qualitatem, ſed aut quan-
titatem, aut ad aliquid, aut cõiunctam cum ad aliquid
quantitatem, eſſe genus, rationi conſentaneum vide-
tur. Neq; enim ſumus neſcii: multis generibus eſſe cõ-
mune ad aliquid. Siquidem albius & nigrius ſunt in co
loris genere. Atqui color qualitas eſt. Iam ſuperius &
inferius etiam in genere vbi: maturius itẽ & tardius,
in genere quando. In aliis etiam pluribus generalibus
prædicamentis uerſatur ad aliquid. Proinde mirũ non
eſt, ſi in prædicamẽto quãtitatis illi adſit etiã locus. Qua-
re optimè ſanè valeas moderatum pulſum (qui deſy-
deratur) oſtẽdere, ſi exquiſitè moderatum cognoris.
Cæterùm in maiori pulſu, qui videlicet moderatũ ex-
cellit, ſat fuerit conſtituere quinq; aut ſex differentias.
Etenim illum qui omnes ſuperet, maximum appella-
bimus. Qui medius eſt inter maximum & mediũ, ſim-
pliciter magnum. Iam interponẽdi huic & illi vtrinq;
bini alteri: vnus paulò maior moderato, alter qui ma
gno paulum concedit. Alius item qui magnum ſupe-
ret: ſicuti & alius qui ſit proximus maximo. Dicimus
itaq; maximum & paruum pulſum, ſub prædicamẽto
ad aliquid eſſe, & quantitatem ſignificare: ineſſeq;
vtriq; magnitudinem, vt magno magnam, ita paruo
puſillam. At longus dicitur, qui longitudine excedit
medium: latus qui latitudine: altus qui profunditate:
quorum intelligitur nullus in tribus dimenſionibus ar
teriæ, citra quas nulla magnitudo conſtiterit. Siquidẽ
quantitas vnius * extenſionis, nõ magnitudo ſed lon
gitudo eſt, ex qua nonnullos longos & breues dicim⁹:
non magnos vel paruos. Nec verò ita lineam vnquã
appellamus, ſed aut lõgam, aut breuem. Verùm cor-
pora quæ trinam dimenſionem ſortiuntur, ea magna
& parua appellamus. Proinde pulſus qui ab vna dimẽ
ſione cognominantur, à magnitudinis quidem gene-

Ad aliqd eſſe commune multis generibus.

Pulſus maioris dicti conſtitui quinq; aut ſex differẽtias.

Maximus pulſus.

Magnus ſimpliciter pulſus.

Pulſus magnus & paruus, ſub prædicamento ad aliquid eſt, & quãtitatẽ ſignificat.

Lõgus pulſus.

Latus pulſus.

Altus pulſus.

Magnitudo nulla conſtare põt, abſq; dimenſionibus tribus.

Quantitatem unius extẽſionis nõ eſſe magnitudinem.

re reiiciuntur: sub eo autem qui secundum quantitatē est, continentur. Vbi igitur à proportione tres illæ dimensiones discedunt, atq; aliqua vel aliquæ illarū minuuntur, vel superant, quatuor & viginti pulsuū differentiæ nascunt: quas nos, quo vigintiseptē esse obtinētium tres dimēsiones pulsuū differentias ostēderemus, cum prædictis tribus in tabella proposuimus. Quibus oibus vnū cōe genus quantitatē scilicet distentionis arteriæ, inuenimus. Quòd si liceat etiam cōtractionē tactu discernere, & in hac quoq; reperientur totidē differentiæ. Enimuerò qui nullum aiunt longum se simpliciter pulsum posse animo comprehendere, quum omnino is aliqua sit præditus latitudine, & profunditate, mihi rudes primarum disciplinarum videntur: quandoquidem nec magnum etiam sic concipere possent: quòd videlicet is simplex nō detur, nisi simul celer uel tardus, vel vehemens, vel languidus, vel particeps sit aliarum differentiarum. Etenim quæ sine aliis esse non possunt, non'ne mera fatuitas est, ne cognitioni quidē repræsentari citra illa profiteri? Porrò ex vnica dimēsione pulsus, multa nos cognoscere possumus. Nam ut certam rem demonstrare magnus pulsus potest, ita etiam altus solus, non simul cum ipso conceptis aliis dimensionibus animo. At verò pulsus binarum dimēsionum, nec ad viam & rationem quicquam faciunt eorum, qui trinis simul dimensionibus intelliguntur: & à diuidendi sunt methodo abducti. Porrò, vbi ex omnibus differētiis volumus intelligere compositum ipsum, tunc ars iubet, vt propositæ rei totam perspiciamus naturam. Eam itaq; nos in simplices differentias resoluimus: quòd absq; eo, compositum exactē intelligi nequeat. Nisi verò totam rei naturā in unum complecti, neq; in vna differentia & simplici consistere valeas, nulla erit ars, nulla via vel ratio, nulla deniq; vtilitas. Quam ob rem nos primùm pulsuū vni-

Pulsuum differentiæ uigintiseptem.

Compositum non posse itelligi absq; ipsi' resolutione in simplices differentias.

uersam naturam diduximus in differentias, quæ ipsam constituunt: atq; hanc quantitatem distentionis Vocauimus: illam qualitatis ictus: aliam qualitatis tunicæ: aliasq; ordine commemoratas. Deinde in his rursus simplices notiones inuestigauimus: vt quam habet rationem differentia quantitatis distentionis ad totam pulsuum ex omnibus conflatam naturam, ita inueniatur aliud, ad hanc ipsam se similiter habens. Sunt autem differentiæ omnes vniuscuiusq; dimensionis, aliarum omnibus copulandæ: vt in vnaquaq; binarum dimensionum copulatione, existant nouem differentiæ, omnes vigintiseptem. Adscribam unam, postea de reliquis etiam licebit discere.

1	Longus	latus
2	Longus	moderatus
3	Longus	angustus
4	Latus	moderatus
5	Moderatus	moderatus
6	Angustus	moderatus
7	Breuis	latus
8	Breuis	moderatus
9	Breuis	angustus.

IN hac ergo tabella tres longitudinis differentias complicantes cum tribus latitudinis, nouem efficimus differentias. Altera erit eodem modo tabella, cum tribus longitudinis differentiis, coniunctas profunditatis tres habens. Tertia præterea, in qua profunditatis tribus, copulabuntur tres latitudinis. Erunt itaq; omnes differentiæ vigintiseptem: quum singulæ tabellæ nouem contineant. Cæterùm hos

omnes pulſus, qui concipiuntur bini, ob dictas cauſas omiſimus: tradidimus autem eos, qui ſingulis dimenſionibus intelliguntur, numero nouem: atq; eos qui trinis ſimul, quos in tabella deſcripſimus, vigintiſeptem: quorum omnium fecimus commune genus quantitatem diſtentionis. Porrò exceſſus pulſuum atq; defectus, qui vna dimenſione intelligũtur, à principio diuidere poteris: vt in magno nobis eſt demonſtratum. Nam moderati ſoli ſingulis generibus indiuiſibiles ſunt: alii autem, plures diuiſiones recipiunt, ac ſua quidem natura infinitas. Quod enim genus maiorem & minorem exceſſum & defectum obtinet, infinitas neceſſe eſt differentias ſortiatur: non tamen ſecundum ſenſum. Ergo eſſe quoddam genus pulſuũ qui in quantitate diſtenſionis conſiſtunt, ſatis oſtẽſum eſt.

Moderati pulſus ſoli ſingulis generibus ĩ uiſibiles ſunt.

At quandoquidem celer quidam eſt, & tardus, & moderatus, in arteriæ motu pulſus: atq; horum cõmune genus qualitas eſt motus: nũ aliquod inuenire cõe genus valeamus qualitatis & q̃titatis, nobis eſt attẽdendũ. Quod ſi nequeamus, in prima referemus gña, tum quantitatẽ diſtentionis, tum qualitatẽ motus. Quum autẽ qualitas motus differat à qualitate corporis ipſius arteriæ, certè qualitatis prædicamentũ cõe erit vtriq; generi. Tamen genus haud item ambæ qualitates vllum commune obtinẽt. Nam per homonymiã vtraq; affectio qualitas dicitur. Neq; enim eadem eſt in ambabus qualitas: ſicuti in albo & nigro: atq; frigido & calido. Genus autem pulſuum in quantitate diſtentionis, à genere motus, corporisq; arteriæ, planè diſtat: quantitas ſiquidem à qualitate diſſidet: atq; iccirco etiam à genere contentionis: nec non à rhythmo, & à genere ordinis & pturbationis illius, ſicuti & æqualitatis, inæqualitatisq;. Quæ quidem prædicamento ad aliquid attribuuntur omnia. Proinde ſupereſt, vt illud comparemus cum genere crebritatis, & raritatis: nã hoc cõ-

ſtituere videtur quãtitas temporis quietis. Sed ſub idẽ ſic rurſus prædicamentum reducentur: genus amborum tamen non erit idem. Nam genere toto quantitas dimenſionis corporis, à quãtitate abeſt temporis. Ac nullum ſanè eſſe apertum eſt in pulſibus genus altius, quantitatis genere diſtentionis. Verùm differentiæ ipſæ interdum quidem atq; communiter accipiuntur, tum pro generibus, tũ pro ſpeciebus: peculiarius autem, pro illis quæ in diuiſionibus reperiuntur: quæ nec ſpecies ſunt, nec genera. Differentiæ tamen nomẽ poteſt omnibus aſſignari, qualitatibus, quantitatibus, relationibus, & vno verbo, vniuerſis. Nam ab eo quòd differat vnum ab altero, nomen differentiæ factũ eſt, & conceptum.

Differẽtias interdum accipi pro generibus ſpeciebusq;.

Differẽtiæ nomen q̃bus poſſit accommodari.

Differunt autem quædã ſtatim primis generibus prædicamentorum, vt homo, album, bicubitale, dextrum. Nam vnum illorum eſt ſubſtantia: alterum qualitas: aliud quantitas: aliud ad aliquid. Quædam ſubiectis generibus ſub his: vt album & triangulare. Color enim, illius eſt genus: huius figura. Hæc rurſus ambo prædicamento ſubiecta ſunt qualitatis. Itaq; albo primum prædicamentum, cum triangulari conuenit: eſt enim vtrũq; qualitas: cæterùm generis ſunt diuerſi: hoc figurarum: illud colorum. Alia iam ſpecie differunt, quum non differant genere: vt album & flauum. Similiter alia differunt numero: vt gratia exempli, album ab hoc albo, peculiari quadã differentia diſſidet, ſed eidem ſpeciei ſubditum eſt, albo: præterea vtriuſq; idem genus eſt color, & commune prædicamentum qualitas. Atq; ita ſanè quodlibet à quouis, alterum ab altero prorſus aliquatenus differt. Quando igitur differentia à differendo appellata eſt, & inuenta: differre autem tum indiuidua, tum ſpecies, tum genera inueniuntur ſubalterna: & ſemel omnia quæ aliquo modo ſunt: differentiaq; rebus omnibus ineſt, non autem qualitas: malè vtiq; Archigenes prima genera dif

Differẽtiæ nomen, unde ſit ductum.

Pulſuum differentiarũ genera prima, Archigenes perperam qualitates uocauit.

ferentiarum pulsuum qualitates vocauit: nos auté recté, atq; ordine, quum hæc, tum alia omnia, differentias. Quare etiam vniuerso operi titulum fecimus de differentiis pulsuum.

GALENI PERGAMENI DE DIFFERENTIIS PULSUUM. Lib. III.

Controuersia unde nascat.

SI AMOR SAPIENTIAE atq; honesti singulis iuxta placeret (vt ait tragicus) nulla foret mortalibus contentio ambigua. Nunc quia non videtur omnibus idem, nec honestum, nec sapiens esse, neq; etiã verum, necessariò controuersia nascitur. Cæterùm qui in dubia opinione versatur, quòd non assequatur sciẽtiam, ei condonandum fuerit. At qui de nominibus digladiantur, nec vllum hic faciunt finem, aut modum, minimè mihi venia digni vidẽtur. Nam rerum quum sit ea obscuritas, vt si vel in triplũ hęc vita nostra prorogaretur, ne tum quidem exactè cognoscere omnia possemus (qua ratione adductus Hippocrates vitam ait esse breuem & artem longam) quo modo qui in iis quæ ab re sunt, tempus conterit, absurditatis impudentięq; notam abiiciet? Etenim de nominibus laborare est prorsus operam ludere: res autem ipsas expẽdere, artes locupletare. Perinde siquidem est si vocemus ipsum pulsum Dionem: dicamus autem illum dignosci exactè, si comprimamus arteriam, nec leuiter attingamus: nec non pulsum proficisci à robore facultatis vitalis, esseq; signum salubre in morbis: & prætereà quales indicatiões soleat promittere. Porrò ipsius robur ictus, in tactus impulsu, repulsu, subuersio-

Vita breuis. Ars longa.

Pulsum proficisci a robore facultatis uitalis.

neq; positũ esse, omnibus in professo est: at à qua causa fiat, controuersum existit. Vnusquisq; siquidẽ propriam opinionem tuetur. Citius aũt Moses asseclæ & CHRISTI sua deserant dogmata, quàm qui sectis addicti & consecrati sunt, tum medici, tum philosophi. Itaq; inter pulsus est quidam, qui tactum ipsum subuertit: id est, valde & cum renixu quodam pulsat. Dignoscitur autem is, vbi plurimùm infigimus digitos: non leniter palpamus. Causa eius existit, facultatis robur, pulsus efficientis. Proinde si de medicis vocabulis primò omnis nostra potestas sit instituendis, contentum eum pulsum, non vehementem vocemus. Nunc quia à pluribus iampridem vehemens est vocitatus, nomen nihil mutamus: tametsi non simus nescii, vehementiæ nomen actioni semper tribui, contentæ simul atq; citatæ. Iam verò dum vacuum pulsum appellant, quum nihil omnino vacuum in orbe detur, bifariam illum interpretabimur. Nam aut arteriam sic intelligemus vacuam, vt quæ aerem tantùm contineat: & quanquã sit plurimùm inflata & distenta, vacua tñ sit appellanda, vt inflatus culeus vacuus dicitur vino: aut ita illam vacuam esse dicemus, vt vtres ipsos qñ aere expulso, eorũ tunicæ considũt. Ac prima sanè significatione erit pulsus talis, qualem Erasistratus natura eum semper asserit esse. Altera nihil à paruo differet. Itaq; necessum videtur, ut aut paruum pulsum, aut aereum, vocemus vacuum: itemq; contrarios iis plenos, magnum scilicet, atq; eum qui humidam spẽm refert. Præcipuè tamen infusæ substantiæ ratione appellare licebit plenum aut vacuum vas: ratione autem tunicarum arteriæ, aliter: quas rectius sanè duras & molles, non plenas vel vacuas appelles: quum similare corpus (nisi per metaphoram, quæ à disciplina artificiosa ableganda est) quod vacuum vocetur vel plenum, sit nullum. Quando-

Robur ipsius arteriarũ ictus, in quo nã positum sit.

Christianorum constantiã summã, Galenus exprimit.

Pulsus contentus.

Vacuum nihil in orbe dari.

Pulsus uacuus, quomodo itelligendus sit.

Plenũ aut uacuum uas præcipue dici infusæ substãtiæ ratione.

Metaphoram esse ablegandam ab artificiosa doctrina.

Similare corpus nullũ esse plenum aut uacuum.

quidem autem omnia corpora, ex terra, aqua, igne,
& aere conflata ſunt: in quibus exuperat quidem vel
terreſtre elementum, vel aqueum, à gelu concretum,
non poſſunt ea non dura eſſe: in quibus verò igneum
vel aereum, vel humidum elementum excellit, nó con
cretum, neceſſum eſt ea mollia exiſtãt. Præterea ſi præ
dita foraminibus ſint, vel meatibus, ſi ſuperior ibi ſit
terreſtris ſubſtantia, vel aquoſa concreta, facit neceſ-
ſariò ad totius duritiem corporis: ſin ſubtilis vel humi
da, ſed non concreta, ad mollitiem. Eſt autem in nobis
tactus iudex corporis duri mollisq́; Quem quidẽ dum
applicamus obiectis, quę offendimus illum admittere,
& quaſi ſubeũti cedere, mollia appellamus. Cõtrà quæ
vim afferunt cuti noſtræ, & protrudunt, ſi hæc cedens
vrgentia intus excipiat, dura illa vocamus. At ſi oino
cedat & deiiciatur ab vrgente, id quod concidit, imbe
cillius omnes: quod deiicit, validius appellant. Porrò
Ariſtoteles elimatius q̃ Plato, non id quod cedit, appel
lat molle, ſed ei addit, modò, quod in ſe ipſum: modò,
quod loco non dimouetur. Quòd ſi ſimul vtrũq; adda
mus, vt in ſecũdo libro de Generatione & interitu Ari
ſtoteles fecit, ac molle dicamus eſſe, quod ĩ ſeipſum ce
dit, nec migrat aliò, adhuc definiem9 apertius. Vtrũq;
ſiquidem ſoli accidit molli. Nam cedere quidem, com
mune ſymptoma eſt mollis, & imbecilli: at in ſe ipſum,
ſolius eſt mollis, vt non in ſe ipſum, imbecilli tantũm:
præterea, vt in vicinum locum migratio, propriũ in-
firmi eſt, ita non demigrare, vnius mollis. Iam verò,
ut tangibile eſt corpus durũ, ſic durities eſt qualitas ta-
ctilis. Siquidẽ qualitates tactiles ſunt, calor, frigus, hu-
miditas, ſiccitas, grauitas, leuitas, durities, mollities, lẽ
tor, friabilitas, aſperitas, læuor, craſſities, atq; tenui-
tas. Quæ omnes exprimi tãgibiles qualitates poſſunt,
& corpora non ſecus iis prædita. Quippe horum pari-
ter ſeptem ſunt oppoſitæ coniugationes, & nomina

Dura q̃ ſint.
Mollia quæ.

Tactus eſt iudex duri, mollisq;.

Mollia eſſe q̃ cedũt tactui.
Dura eſſe, quę noſtram repellunt cutim.

Ariſtoteles pręfertur Platoni.

Molle eſſe qđ in ſe ipſum cedit, nec migrat alio.

Durities eſt q̃litas tactilis.
Qualitates tactiles quæ nã ſint.

quatuordecim. Prima eſt oppoſitio calidi & frigidi. Se
cunda, ſicci & humidi. Tertia grauis & leuis. Quarta
duri & mollis. Quinta, lenti & friabilis. Sexta, aſperi &
læuis. Septima, craſſi atq; tenuis. Durum igit corpus,
quod ſic propriè & primariè appellat, renitit, & nihil
tãgenti cedit. Quia verò multa corpori duro accidũt,
vnumquodq; eorum metaphoras nobis ſuppeditat: in
ter quas ſanè vt repudiam9 obſcuras & tectas, ſic pro-
bamus illas, quæ apertam illuſtremq́; ſimilitudinem
præ ſe ferunt. Vt dum legem duram & iudicem dicũt,
qui à venia danda ſunt omnino alieni. Corpus itaq; ar
teriæ, vel durum, vel molle primò & præcipuè eſt di-
cendum. At pulſus eius ſtatum denuncians, non pro-
priè, nec primò, ſed per accidens, venit durus aut mol
lis vocandus.

Tactiliũ corporum ſeptem oppoſitiones.

Durum corp9 ſimpliciter.

Metaphoræ q̃nam ſint recipiendæ.
Pulſũ dici durum, aut mollẽ ex accidenti.

GALENI PERGAMENI DE DIFFERENTIIS PVLSVVM, LIB. IIII.

AT VERO, vbi etiam ante defini-
tiones, ipſæ res notæ exiſtunt, nullus
profectò eſt vſus definitionum: quem
admodũ in pulſus appellatione, quã
intelligunt etiam omnes mortales, ne
dum medici. Proinde incuſandi ſunt,
qui circa definitionem pulſuum inter ſe maximè digla
diantur, alii aliud eſſe pulſum cẽſentes. Sunt porrò de-
finitionum prima genera duo: alterum quod planè rei
notionem explicat: alterum, quod ipſam eſſentiã do-
cet. Virtus eſt ſua vtriq; definitioni: illi quæ notionem
explicat, vt omnibus ſit teſtata, qui eodem ſermone
vtuntur, & ad rei eſſentiam ne aſpiret. Huic quæ eſſen
tiam docet, vt ei quæ notionem ſubiicit, conſentiat,

Definitionum prima genera duo: notionale uidelicet, atq; eſſentiale.

non sit tamen cum ea eadem. Ac prima quidem, debet
ex se ipsa fidem habere, res perspicuas explicans, ma-
nifestasq́;. Vnde Aristoteles eam definitionem nomi-

Definitio nominis.

nis appellauit: sicuti alteram esse definitionem ait, quæ
quid sit, explanat. Etenim quibusdam in partibus cu-

Definitio quid sit explanans.

tis, non modo tactu, sed etiam oculis, motum quendã
percipimus. Qui quidem in iis qui rectè se habent, in
multis corporis partibus cernitur: de quib⁹ est carpus
manus. Palàm siquidem illic deprehendimus ascẽsum

Arteriarũ motum in carpo esse oculis pceptibilem.

quendam atq; descensum, præterea mediam intermis-
sionem. Quam sanè motionem omnes pulsum appel-
lant. Hũc qui breuibus possit iterpretari, optimè de-
finitionem ille notionis effecerit, si nec omittat quicq̃,
nec superflui aliquid addat. Vt si dicat eum talem mo-
tum, esse arteriarum pulsum. At si quis tunicas arteriæ
explorarit, facultatemq́; repererit, quæ arteriarũ mo
tionẽ excitat, ipsiusq́; motionis vsum cognorit, is cer
tè vt prætergressus notionem est, sic vniuersam essen
tiam pulsuum generationis tenuerit. Verùm tamẽ ista

Pulsuum essentialis definitio, quæ breuis sit, nulla cõstitui potest.

quidem nequeas definitione vniuersa complecti. Vnde
fit, vt nulla pulsuum definitio prorsus essentialis con-
stitui possit: aut certè prælonga erit. Sensibilis itaq; il-
le arteriarum motus (quem quiete interpellari diximus)

Pulsus quid.

pulsus vocatur. Nihil autem apertius est, quàm
motum ipsum in altum, latum, & longum, extendi, in
gracilibus corporum, atq; in maximis pulsibus. Cæ-
terùm integram pulsus definitionem feceris, si vsum

Pulsuum usus est tutela innati caloris.

eorum generationis adiunxeris, quæ tutela innati ca-
loris existit. Facit autem ad procreandum animalem
spiritum, illa spiritalis substantia, quam arteriæ conti-
nent. Atq; attrahunt quidem arteriæ, dum dilatãtur:

Arteriæ attrahunt dum dilatãtur: expellũt dum cõtrahuntur.

excernunt autem dum contrahuntur. Igitur definitio
essentialis, quæ oratio est rei essentiam edocens, ne-
cessariò est genus explicatura, & differentias, & vsum
generationis: causam itẽ efficientem, & materialem,

aut instrumentalem, aut vtcunq; appellare volueris.
Vt genus, aut motum, aut actionẽ, aut passionem ar-
teriarum. Differentias, quòd per distentionem & con
tractionem, quòdq́; spõte. Vsum, quòd innati caloris
nomine, vel spiritus vitalis gignendi, aut hercle etiam
animalis. Causam efficientem, q̃ vis sit quædam cor
distendens & arterias, aut vitalis, aut aĩalis, aut vtraq;.
Materialem deniq; & instrumentalem, conformatio-
nem arteriarum ad actionem, videtur demõstratura.
Atq; ita suam quæq; secta rationalis, sortiretur defini-
tionem. Nos verò dicemus pulsum esse peculiarẽ actio

Pulsus definitio essentialis.

nem, cordis præcipuè, deinde arteriarum, quæ disten
tione & contractione mouẽtur à facultate vitali, quo
caloris natiui mediocritas retineatur, generetur autẽ
in cerebro spiritus animalis. Verùm apud tyrones cu-
iusuis disciplinæ, minimè sanè proferendæ substantia-
les definitiones sunt. Sed vbi à notione exorsi, ad essen
tiæ eos notitiã ducemus, hic iam, promptæ memoriæ
gratia, rem vniuersam limitata cõplecti oratione fue-
rit expediens. Quum valemus igitur, cordis & arte-
riarum motus, quando illa distenduntur vndequaq;,
rursusq́; in se considunt, pro dignitate obeuntur. Sin
autem ægrotemus, vt palpitans, vel concutiens, vel
cõuulsiuus, vel tremulus motus arteriarum appareat,
nil noui est, si pulsum vocemus modò conuulsiuũ, mo
dò vibratũ, interdum palpitantem, interdũ tremulũ.

Conuulsio & tremor, in solis cõsistit neruis Palpitationẽ, fieri etiam in cute.

Quãquam certè conuulsio ipsa tremorq́;, in solis con
tingit neruis. Nam palpitationem, perspicuè etiã fieri
in cute cernas: sicuti & in carnosis partibus, quæ por-
tiones sunt musculorũ. Porrò quietes pulsuum longè
obscuriores sunt, quàm respirationis: ob idq́; nonnul
li eas inter partes pulsuum minimè annumerarunt.
Quiescit autem thorax & pulmo id temporis quod i-
tercedit inter ingressum spiritus, & eiusdem exitum.
Ac pro tempore quidem harum quietum, raram ap-

Rarum & crebrum dici pulsum ut respirationem ꝓ differentia quietũ intercidentium motib⁹.

pellant, vel crebram respirationem. Similiter dicũtur
rarus & creber pulsus: suntq́; vnà cum æqualitate sua
& inæqualitate, cumq́; ordine & illius perturbatione,
ex eorum genere, quæ non parua nunciant. Itidẽ in-
termittens pulsus, & intercurrens, ex eodem hoc ge-
nere, futurorum sunt haud negligenda signa. Nõ per-
peram autem Zeno mixtum quendam motum ait es-
se pulsum, non simplicem, neq; vniformem: quum ex
contrariis motibus constet, vt motus respirationis.

Pulsum eẽ mistum motum, ait Zeno.

Porrò quod commune est omnibus pulsibus, id debet
in definitione proferri: nempe res per quam pulsus cõ
cipiuntur, dicunturq́;, non per quam certi quidã pul-
sus. Ad hæc, rerum quæ in generatione sunt, definitio
causam efficientem complectens, optima habetur: de
quibus est pulsus: qui vt cæteri motus, dum fit, est. In
vniuersum igitur, definitione quidem significationem
explicare propositi nominis, si quidem propositã rem

Definitio rerũ quæ in generatione cõsistũt, quæ habeatur optima.

non omnes planè assequantur, non dico conducit, sed
necessarium est. Necessarium etiam, vbi quis vel ver-
sutia de industria, vel præ stupore imprudens, significa
tiones commutet nominum, tribuens aliis rebus, ac
omnes homines. At si absq; vtroq; horum sit, omnino
res non est aperienda definitione: q̃ suum ipsam no-
men abundè declaret. Nam definire omnia velle, ad
sophisticam pertinet disciplinam.

Definitiõe qñ est res explicãda, & qñ minime.

Definire omnia uelle, ad sophisticam pertinet disciplinam.

GALENI PERGAMENI DE DIGNOSCENdis pulsibus. Liber Primus.

SPECVLATIO AVTEM HAEC
quæ ad pulsuum dignotionẽ spectat, mi-
nimè quidem orationem prolixam desy
derat, sed tẽpus aliis simul omnibus lon-
gius: quãdoquidem tactu est nobis opus
exercitato

Pulsuũ dignotioni admodũ longum tẽpus desyderari.

exercitato, vt vel paruam eorum exactè differentiam
sentiamus: nec in nostra manu est illius exercitatio.
Itaq; ad exercendum tactum medicus plurimùm tem
poris postulat: vtpote cui plurimi vno eodemq́; tem-
pore affectus arteriæ sint perpendendi: primum disten
tionis quantitas: dein qualitas & tempus motus: quin
& mouentis facultatis cõtentio: ac deniq; ipsius tuni-
cæ arteriæ status. Hæc enim simul atq; illa attollitur,
omnia sunt cognoscenda. Quin etiam caloris qualita-
tem, * impulsus, qui in arteriæ motione fit, aperti⁹ in-
dicat: & etiam æqualiter an inæqualiter illa quæ me-
morauimus omnia, una ĩ parte & in diuersis fiãt. Atq;
in distentione hæc consyderanda sunt. In contractiõe
sanè similia illis: præterea tempus inter vtrãq; mediũ,
quo quiescit, duplex illud: vnum à distentione antè cõ
tractionem: alterum à contractione antè distentionẽ:
& horum mutua proportio, videlicet temporis mot⁹
ad tempus motus, temporis quietis ad tempus quietis,
& vtriusq; simul ad vtrũq;. Quæ sunt vniuersa antè al
terum arteriæ ictum cognoscenda, confecto iam pri-
mo pulsu. Nam quũ iam alter incœperit, cum ipso pri
ma sunt attendenda quæ declarata in priori fuerunt:
tum verò quo æqualitatem eorum & inæqualitatem
perspicias, omnesq́; differentias, quæ in illo sunt expo
sita, cum iis quæ in hoc, conferenda sunt. Inde tres,
quatuor, quinq;, atq; adeò multi deinceps sunt pulsus
videndi, vt ordo tibi atq; confusio sit explorata. Ad
quorum omnium absolutissimam cognitionem, totã
humanã requiri vitam existimo. Quãquã certè exer-
citatio assidua, vsum tandem scientificamq́; cognitio-
nem conciliat, cum maximo emolumento: vbi quis-
piam fuerit, vt veritatis studio accensus, sic ab immen
sa diuitiarũ siti, ac gloriæ cupiditate (quæ hodie domi
natur inter mortales) alienus. Neq; verò delitiis dedi-
tos, sed egregiè nauos, industriosq́; hæc commentatio

Tangenti arteriã, quæ simul sint perpẽdenda, ad dignotionẽ pulsuũ.

Vitam humanam totã desyderari, ad exactam dignotionem pulsuum.

Exercitatio assidua usum, & scientificã cognitionem cõciliat.

Pulsui vehemẽti, firmius inijcienda est manus: ut languido applicãda leuius.

desyderat. Porrò dum pulsui admouetur manus, hîc quidem firmius est infigenda: illic applicanda leuius: ut in vehementi & languido pulsu. Nam illum, nisi premas arteriam, non dignoscas: hũc tantum abest vt cognoscas premendo, vt semel etiam si ita facias, videatur immotus. In conuulsiuo autem pulsu, aut minimè sentiri distentio, aut parum certè & obscurè videtur: arteria nimirum ipsa in fidis modũ sursum deorsumq; iactata. Similiter etiam fit & vibratus pulsus, vbi arteria propriam sedem deseruit. Si tamen animum intendamus, non modò ictus (vt opinantur Empirici) sed distentio etiam omnium pulsuum, tactu ipso cognoscitur. Quòd autem contractio etiam sentiri possit, his rationibus euadet perspicuum. Quandoquidem tãgentia corpora partim leniter sese ac mutuò tangunt, palpitantia dũtaxat: partim verò vrgent, impellunt, euertuntq;: atq; ita quod fortius est & durius, veluti subit imbecillius & mollius: alterum aũt cedit, euertiturq;, ac veluti amplectitur id quod vrget: sanè discessus eorum mutuus non potest eodem modo effici: cæterùm quæ in superficie tangunt, discedunt subitò. At quæ cedente molliore, longius progressa, veluti intrãt illud, non reuertunt item subitò: sed quantò à primo occursu progressa penitus vrgebant, tantum illis discedentibus sensibile superest. Tempus nanq; intercedet inter primum impetum discedendi, & extremum finẽ, secundum quem non discedere amplius, sed subsistere iam dicetur. Quo tempore toto, paulatim discedente altero, paulatim etiam alterius remisso pressu, vtriusq; sentietur motus. Iam si hoc accedat, vt quod ab imo mouetur, feratur sursum: & quod tangit, supernè incumbat: præter hoc, quòd pressus ei quod incumbit, detrahetur, etiam accidet ei, vt veluti subsidat. Quia quod prius excipiebat, & sursum impellebat, nũc defertur. Quorum sanè omnium in vesicis ipsis & vtri-

Conuulsiuus pulsus.

Vibratus pulsus.

Contractionẽ pulsus etiã sentiri posse.

bus, possis periculum facere, cognoscereq;, sic se habere contactus corporum, atq; recessus vt diximus. Sentimus itaq; ab impressione vehementium pulsuũ, carnem nostram, vnà cum ambiente illam cute, repelli: huic autem est adiuncta moti & prementis cognitio. Quin etiam recedente arteria sentimus in ipso corpore nostro motum. Siquidem intrò compressa, siue ea cutis est, siue carnis pars, comitatur descendentem arteriam: pristinam sedem, qua deiecta erat, occupans: simulq; fit, vt in recessus cognitionẽ veniamus. Nam sentimus primos omniũ affectus nostrorum corporum: deinde, quæ hos induxerunt foris obiecta. Vbi igitur à premẽdo recedit arteria, sola inæqualitas pressus, reditum & contractionem eius annunciat. Porrò languidos pulsus, si quis leniter tãgẽdos illos ignoret, fortasse abolitũ homini pulsum dicet: qui quidẽ mentietur inde, quòd non rectè ipsos tetigerit. Contrà planè vehementes, quo ipsorum deprehendatur robur, requirunt vt qui tangunt, digitos validè infigant. Repelli enim hoc tibi magis videbuntur, quo eos vrgeas magis. Vnde etiam contractionem omnes vehementes pulsus habent sensibilem: languidorum verò nullus. Cæterùm qui maximus simul & vehemẽtissimus, durusq; sit (quatenus coniungi cum magnitudine durities valeat) non autem velox, hic apertissimam habet contractionem. Omnes alii, quatenus plus vel minus de illorum aliquo habeant adiunctũ, eatenus percipientur aut facilius, aut ægrius. At verò non ut maximos simul & vehementissimos, ita durissimos eosdemq; maximos vnquam pulsus reperias: ac ne duros pariter & maximos. Sed qui inter durum & mollem medius est pulsus, cum maximo connexus inuenitur frequenter. Etiam durum simul ac vehementem non raro eundem cernas: sicuti & durum simul & vehementissimum. At vehementissimus & duris-

Arteriæ systole quando deprehendatur.

Pulsus languidos esse leniter contrectandos.

Pulsus vehemẽtes, sunt validè apprehendendi.

Durissimũ simul & maximũ pulsum nõ reperiri unq̃.

Pulsus inter se coeuntes, & q coire non possint.

simus nunquam idem pulsus existit: nec maximus, vehementissimusq́;, atq; idem tardissimus. Quippe maximi & vehementissimi, maiori ex parte sunt celeres: sin minus, at non tardi. Vehementissimus ergo & maximus, qui nec mollis sit, nec velox, clarissimam contractionem adducet. Claram etiam vehementissimus certè, & magnus, & durus, & etiam vehementes simul & magni: & duri. Minus autem quàm horum, sed euidens tamen contractio vehementis, magni, & mollis existit. Manifesta adhuc vehementis simul & moderati magnitudine atq; duritia. Imò verò qui tribus differentiis est moderatus, perspicuam adhuc contractionem sortitur. At non facilè contractio vehementis & parui, qui omnino etiam durus est, cognoscitur. At parui, duriq́;, sed contentione moderata, etiam obscurior est. Iam si paruus nec durus sit, & moderato robore, vt deprehendatur is, sensum flagitat probè exercitatum. Languidus pulsus, neq; cum magno coniunctus, neq; cum paruo, apertam obtinet contractionem. Is si cū duro iungatur, necessariò erit minimus. Itaq; non cuiusuis pulsus potest contractio sentiri: nec quorum potest, perinde omnium est euidens.

Contractio arteriarū in quibus conspicua sit pulsib⁹: & in quibus obscura.

Cæterùm vel vehemens, vel non languidus is pulsus sit, est necesse, qui sensibilem tangentibus contractionem fuerit repræsentaturus. Porrò ex sanis, qui moderato sunt corpore, & temperata natura, in flore ætatis, maximè Vere inter anni tempora, regionéq; incolunt temperatam, atq; robusti sunt, & omni mœrore, metu, saturitate, motuq́; vacui, hi pulsum vehementem magnumq́; omnes habent. Qui si se moderatè exercuerint, fotiq́; sint modicis balneis, vel vini non permultum hauserint, vel irati sint, vel aliquā operam strenuam nauauerint, non magnos iam & vehementes tantùm, sed quāmaximos, vehemētissimosq; pulsus habebunt. Iidem si laborent syncera tertiana,

Contractionē exhibitur⁹ sensibilem pulsus, qualis nā esse debeat.

Pulsus vehemēs, magnusq; quibus adsit.

vel ardenti, miti, & simplici, vel qua alia magnopere calida, & veluti feruente febri: præterea diariarum aliqua, quæ ex bubone proficiscuntur, & ex adustionib⁹, modicisq́; lassitudinibus, maximos etiam tum, & vehementissimos pulsus habebunt. Quorum quidem si arterias contingas, clarissimè contractionem persenties. Nam vt maximum recessus arteriæ spatiū & tempus in illis est, sic apertissima eius erit cognitio. Sed nō nihil etiam conducit durities, ad percipiendam systolem: quum ad vim ictus magnopere conferat. Quòd igitur distentionis violentiæ semper respondeat contractionis sensus, hoc contractiones dignoscentur clarius, quo violentioribus succedent dilatationibus. Magnus tamen pulsus haud facilè cū duro miscetur. Cæterùm quibus ualida uitalis facultas est, sed in uictu delinquunt, ac præcipuè in vini intempestiua potione, iis tales pulsus contingunt, conspicuaq́; est in eis ipsius arteriæ contractio. Iam tarditas, quantum auget recessus tempus, tanto manifestiorem motum ostendet. Quòd uerò ad manus applicationem pertinet, si comprimendo applicemus tactum, nulla differentia sensibilis ex manus super arteriam, vel subter, applicatione, inuenietur. Vel si palpando tantùm, veluti suspensis digitis, ne tum quidem vllam differentiam animaduertamus. At tertius applicandi modus, qui medius est īter compressionem & palpitationē leuem, ne obiri quidē potest, si infernè tangas arteriam. Siquidem liberare oportet tum manum omnibus uoluntariis motibus, & ueluti languidā admouere. Quod ni fecerimus, delabetur manus à grauitate depressa, vt minus contrectare possit arteriam. Proinde supernè attingere tantùm licebit: infernè autem nequaquam. Quatenus igitur in uehementibus magnis, nec velocibus pulsibus, ab arteriæ distentionibus tactum repelli accidit, hactenus recedente illa, sensibilis contractio fiat, necesse est.

Diariæ febres unde proficiscantur.

Arteriæ duritiem conferre plurimum ad percipiendam systolem.

Applicatio manus ad carpū qualis molienda sit.

Contractio arteriæ qualiter discernēda sit.

At verò contractionem magis comprimendo, quàm leniter attingendo, dignosces: nec minus si infernè tangamus, quàm si supernè: quòd perinde vtrobiq; arteriæ contractionem tactus sequatur. Verùm manus ipsa quæ tanget, nō modò promptè sentiat oportet, verùm etiam sit mollis. Sic enim vel minimos motus dignoscet. Similiter etiam, si per longius interuallum feratur, clarius contractionem percipiet. Etenim media applicatio quæ citra ullā vim fit, hactenus motum sentiet in pulsibus minimè certè languidis, quatenus visus: in languidis verò sentiendis, etiam visui concedet. Altera, quum premimus, in languidis, suprà primam, motum arteriæ obscurabit: in vehementibus percipiet, præ cæteris. At tertia, qua veluti suspendimus manum, motum sanè quàm breuem sentiet. Iam verò, maximæ quidem arteriæ, quæ secundùm dorsum est sita, cuius fugit pridem motus, simul atq; contabuit animal, ad abdomē motus percipitur. Arteriæ quippe, leuiora corpora, vbi distenduntur, facilè secum attollunt: grauiora ægrius: prægrauia autē ne mouent quidem. Hinc fit, vt crassis pulsus exiguus insit, quòd videlicet longitudo eius minuatur, & latitudo fiat limitatior, cōstricta nimirum à multa carne. Ascensus item in illis vbertate corporum incumbentium supprimitur. Gracilium verò, cæterùm robustorum, insignem latitudinem & longitudinem pulsus habet: conspicuum etiam ascensum. Verùm enimuerò initium distentionis, nostrum sensum effugere, quum ob corpora quæ degrauant arteriam, tum interdum etiam ob internæ quietis magnitudinē, nemini obscurum existimo: quemadmodum & ipsius cōtractionis finem. Nam quum maiorem motum in contractionibus non sentiamus, sed vel parem ac in distentionibus, vel quod verum est, minorem: omnem autem in distentionibus non percipimus: planum est

Manus tāgendò apta qualis nam esse debeat.

Applicationis manus ad carpum tres differentiæ.

Arteriæ dorsalis pulsum ī tabidis ad abdomen discerni.

Crassis pulsus exiguus cur adsit.

Gracilibus simul & ualidis pulsum eē omni dimensione conspicuum.

Initium dilatationis arteriæ, & contractionis finē, cur nostrum sensum effugiat.

vtiq;, nec totum nos percepturos in contractionibus. Tanta autem pars distentionis non sentitur, quāta inter arteriæ primum impetum motus, & ictus vsq; ad nostrum tactum distributionem, intercedit. Similiter quando tantam sentimus contractionis partem, quantā distentionis, aut paulò minorē: erit etiam contractionis pars illa quæ non sentit, par distentionis parti, aut aliquantò maior. At verò arteriæ interna & externa quies per accidēs pulsus partes dicūtur. Quarum externam quidem, simpliciter manū admouens, quanta illa sit, maximè deprehendes: aut si etiam premere libeat, idq; in vehementissimis pulsibus, videlicet vrgendo hactenus, vt motum ipsum non lædas. Internam autem si premas, quoad tibi per præsentem liceat vehementiam, ita maximè illam dignosces. Atq; externam quidem totam quietem, si ordine attingas, planè animaduertes: internam verò, vnà cum partibus quæ sentiri nequeunt, utriusq; motus: fine videlicet contractionis, & distentionis initio. Vbi igitur dignoscere externam quietem est animus, citrà ullam vim applicare tactum debemus. Contrà, internam, ni vrgeas comprimasq;, non cognoscas. Nam contractioni arteriæ constantissimè debet hærere tactus. At premere minimè nisi in vehementioribus licet. Liquet itaq;, in his etiam solis internam quietem posse dignosci: imò ne hic quidem exactè: sed plerunq; sanè multò maiorem quàm re vera sit: interdum paulò, attamen adhuc illam maiorem animaduertes. Necessariò enim duo ei tempora accedunt partium insensibilium vtriusq; motus: & quod ad finem contractionis est, & quod in distentionis principio. Quæ cum aliàs aliam longitudinem habeant, nec parem semper accessionē tempus internæ quietis habebit, nec exactè vnquam dignosci poterit.

Quietes arteriæ p accidens pulsus partes dicuntur.

Quietum arteriæ dignoscendarum ratio.

Quietis internæ tempus in pulsu nō posse exacte dignosci.

GALENI PERGAMENI DE DIGNOSCENdis pulsibus. Liber II.

Distensionẽ esse pricipẽ pulsus partẽ, plurimumq; ad prę sagiendũ conducere.

DEINCEPS AVTEM QVAE partibus pulsuum insunt, accuratè exponamus, à distentione auspicati: quòd princeps hæc pulsuum pars sit, & plurimã habeat cognitionis in se varietatẽ, plurimùmq́; ad præsagiendum sit vtilis. Porrò quum multa sint quæ distentionibus insunt, inter ea omnia motus principalissimas partes occupat, ex ratione substantiæ pulsuum, maximè ad illas pertinens. Omnis autẽ motus tempus habet, quo fit: præterea celeritatem, vel tarditatem, uel æqualitatem, vel inæqualitatem: ad hæc, vbi feratur, spatium. At aliter videtur tempus dignosci: aliter tarditas & celeritas. Neq; enĩ si motionis sit breuius tempus, continuò pulsum dixero celeriorem existere. Est autem pulsus celer, qui in pauco tempore motũ finit: tardus, qui multo. Cæterùm motus præditi longiori tempore pulsus est non raro uelocior eo, qui breuius obtinet. Hallucinantur igitur qui formicantẽ pulsum, ꝙ imbecillus, creber, & paruus sit, celerem esse existimant. Siquidem ad iudicandam motus alicuius celeritatem, non modò temporis, sed spatii etiam in quo fit motus, ratio est habenda. Nam fieri non potest, q̃ arteria quæ breuissimo interuallo vehitur, minus consumat temporis, quàm quæ maximo. Si igitur & spatium spatio, & tempus respondeat tempori, æquè celeres fieri motus dicemus. Si verò maior sit proportio spatii ad spatium, quàm temporis ad tempus: vel temporis ad tempus, quàm spatii ad spatium, hos motus minimè existimamus pari celeritate fieri. Siquidem si

Motui quę insint.

Pulsus celer, et tardus, q sint.

Formicantem pulsum nõ eẽ celerem.

Celeritati pulsuum diiudicãdæ, quid expẽdere oporteat.

spatii cum spatio collati maior sit proportio, q̃ temporis comparati cum tempore, manifestum est eũ motum necessariò celeriorem existere. Contrà, si prioris motus spatium minorem habeat proportionẽ ad spatium alterius, quàm tempus, prior necessariò erit tardior. Fingamus igitur iam duos ascensu impares pulsus: sitq́; profunditas profunditatis decupla, & tẽpus temporis duplum. Pulsus certè, cuius altitudo erit decupla, multò erit celerior altero. Nam humilis, si in eodem constans motu, decuplo in profunditatis dimensione increuerit, fiet ille quidẽ æquè ac alter altus: sed tempore longe maiori, q̃ ille. Inuentus itaq; est humilis pulsus breui tempore durans, qui alto diuturno sit tardior. Iam verò vermicãs atq; formicãs pulsus mutuò inter se conuertuntur. Quippe vt vermiculantis extremus delapsus formicantem gignit, ita formicantis incrementum generat vermiculantem. Quamplurimùm autem interest, tardiorem dicas aliquem motum, an tardum: celeriorem, an celerem. Siquidem celer & tardus proferuntur absoluto sermone: at celerior, tardiorq́; referuntur ad alterum: similisq́; in aliis differentiis esse ratio videt. Porrò magnus & paruus, sicuti & maior & minor pulsus, si non ad relationis, at certè ad quantitatis prædicamentum spectant. Dicimus autem vnamquãq; rem magnam uel paruã, non absolutè, sed cum aliis sui generis comparatam. Atq; hoc sanè inter magnum & maius interest, ꝙ maius quidem, omni minori possit maius dici: magnũ verò non quolibet maius: sed tantùm cognatis. Eadem de minore & paruo distinctio est: nec non de celeri & celeriore: tardo & tardiore: duro & duriore: molli & molliori: crebro & crebriori: ac sic de cæteris oĩbus, quæ partim cum altero quolibet comparata, partim cum is tantùm cum quibus conueniunt, talia, vel talia dicuntur. Nec verò si cum omnibns quæ sunt eiusdem

Vermicantẽ & formicantẽ pulsũ sibi mutuo succedere.

Magni & maioris discrimẽ.

Comparationem magni & parui faciendã eſſe ad ipſius generis mediũ.

generis magnum comparemus, ſtatim ſic nominabimus. Cæterùm cum medio ipſo, moderatoq; in vnoquoq; genere, ceu cum regula, ſingula comparantes, quæ illud quidem excedunt, magna eſſe dicemus omnia: quæ contrà, parua: id quod vſu venit in omni vita, & præcipuè in artibus vniuerſis. Nam ad moderati omnes examen referuntur. Verùm pro ratione ætatum, habitudinum corporum, temperamentorũ, anni temporum, locorum, ſtatuum, inſtitutorum vitæ, ac deniq; animi affectuũ, alios magnos, alios paruos, alios moderatos pulſus dicimus eſſe. Iam hos celeres, illos tardos, quoſdam moderatos: pariq; modo in cæ-

Pulſus uariari pro ratiõe diuerſarum cauſarum.

teris differentiis. Siquidem pro ſingulis earum cauſarum indies ipſi pulſus variantur. Quæ cauſæ quũ ſemper mutuò permiſtæ ſint, difficile, ac potius impoſſibile fuerit, reperire diſtinctam aliquam differentiam pulſus, quæ omnino & ſigillatim earũ cuipiam reſpõdeat. Quare ſatius fuerit à tali inquiſitione ſuperſedere: per ſingulas autem earum cauſarum exercere hominẽ, cu-

Pulſuum examẽ qualiter ineundum ſit.

ius pulſum ipſe iam exploraris: ac ſic perpendere, quã in illum mutationẽ eiuſdem pulſus moliantur: id quod etiam in aliis, atq; aliis hominibus eſt faciendum periculum. Cæterùm ſi neq; id quod commune eſt, in ſuas diuiſerimus partes, nec cauſas quæ per ſe & primariò agunt, ab iis quę ex accidenti ſunt diſtinxerimus, haud dubiè in iudicio pulſuum turpiſſimè hallucinabimur. Nam ſi dixeris exercitatorum tales pulſus exiſtere, nec addideris quorum exercitatorum, nec explicaueris ipſius exercitii ſpeciem, nec modum, nec qualitatem, nec deniq; quantitatem, vtiq; magnum lapſum committes: quòd videlicet rem communem minimè in ſuas differentias ſecueris. At verò ſi qui plethoricus ſit, ac thorace & pulmone affecto, ſimul vt cœpit exerceri velociter, in dyſpnœam inciderit, vtiq; pro dyſpnœa ipſi pulſus variabunt: quorum alterationem

tu exercitationi attribues, quòd cauſam ex accidenti minimè à propria diſtinxeris. Ergo ne in experiundo fallamur, corpus propoſitum deſignabimus ad experientiam, quum ſanum ſit, ac nulli externæ obnoxium alterationi: tum exercitationem qua ad id utemur, moderatam quantitate ſeruabimus: præterea, in mutatione id attendemus, ecquid caſu inciderit non ex ipſa exercitationis natura. Si enim tria hæc re-

Pulſuũ cognituris permutationes, tria ſpectanda eſſe.

ſpicias, nullo negotio inueneris, quemadmodum & quatenus omnis aduentitia cauſa, pulſum ipſum immutet. Itaq; ſi in omni genere cauſæ, alterationem experientia didiceris, non eſt quòd ſis ſolicitus, ut qualis ſit, qui natura moderatus eſt pulſus, præſcias. Sed ſi, qui ſit ſingulis, de quibus agitur, peculiaris, teneas, quatenus mutatus hic eſt, quum ab aliis cauſis, tum verò ab ipſo morbo, noſcas licebit. Porrò moderata

Exercitia moderata quomodo immutent pulſus.

exercitia pulſus in magnitudinem, celeritatem, vehementiam, & crebritatem conuertunt. Pro ætatibus autem, maximi ſunt iuuenum pulſus: ſenum mi-

Pulſuum differentiæ ſecũdũ ætatis.

nimi: eorum quorum ætas declinat, maiores quidem quàm ſenum, minores tamen quàm iuuenum: ſenum deniq; minimi. Exoriri autem quæſtio poſſit, cur par-

Pueris cur pulſus ſit paruus.

uus pueris ſit pulſus: quanquam certè nullam reperio cauſam, cur debeat in eis eſſe talis. Proinde moderatũ pulſum cognoſcere, adhuc magis neceſſariũ videtur. Poteſt quippe vel pueri pulſus moderatum excellere.

Pulſum moderatum eſſe inueniendum.

Quare niſi moderatum prius pulſum inuenerit, ne Empiricus quidem ipſe obſeruationem accuratè inſtituere poterit: quum non omnium ægrotorum vſus ſit cõſuetudine per ſanitatem, quò experientia naturam illorum agnoſcat, indeq; memor illius, cum ægrotantibus eam comparet. Vbi igitur optimam cõſtitutionem humani iuenerimus corporis, primùm animaduertendum eſt, qui nam eius ſint pulſus: idq; nec obiter, nec negligenter: ſed in eo ſtatu hominem accipie-

mus, vbi suum proprium motum pulsus, à nulla exter na causa immutati, retineant. Hoc fiet si homo ipse ab omni excessu & defectu sit imunis & liber. Postea inue stigandæ sunt corporum vitiosæ constitutiones: ea- rumq; excessus atq; defectus, cum moderata & opti- ma conferendi. Dein verò, vbi quantū oporteat earū naturarum pulsus dissidere ab inculpatissimæ pulsu, perpenderis, longoq; vsu exercueris rationem simul & tactum, iam dæmum certò putabis te moderatū te- nere in omni genere pulsuum, illosq; etiam, qui aliquo modo vltra hunc sunt, & citra. Iccirco, quicunq; aut corporis nostri optimam naturam, aut vitiosas nō no uit, aut ratione quidē perspexit eas, sed vsu vt digno- sceret, non laborauit, nihil huic fructus feret hic ser- mo. Siquidem illa prius sunt ediscenda: postea huc ve- niendum.

Pulsum moderatum, immodicosq; inueniendi ratio.

Naturæ igitur optimæ pulsus, aliorum om- nium medius, ac veluti mensura & regula quædā exi- stit: cum quo vbi cæteros cōparamus, celeres, tardos, magnos, & paruos dicimus esse. Ipse verò qui medius & est & dicitur, nullo nomine quod immoderationē significet, nominatur: sicuti neq; homo eo ipso prædi tus. Quem quidem non crassum, non gracilem, nō ca lidum, frigidum, humidum, aut siccum dicimus, sed omnibus partibus corporis temperatū.

Pulsum naturę optimæ, aliorum omnium regulam & mensuram existere.

Cæterùm du bitauerit quispiam in hūc modum. Quum omnes quæ in corpore sunt arteriæ, esse æquales non possint, ac proinde, nec etiam distendi æqualiter, vtiq; non po terit pulsus vnus in quantitate distentionis modera- tus existere: ne si optima quidem natura fuerit: sed in motu & robore, cæterisq; generibus vnus esse per oēs arterias potest. Quippe similem quum inter se mutuò, tum cum corde motū omnes necesse est habeant: ma gnitudine verò, vt earum differunt corpora, sic disten tiones parest esse diuersas. Verùm hæc qui dicit, igno rat æquè, in magnis corporibus ac in paruis constare

Arterias inter se mutuo, & simul cū corde similem semp. motū seruare.

eandem naturam posse. * Quod quidem si exploratū haberet, neutiq; amplius requireret, nec arteriarū quæ in singulis partibus sunt, nec item ipsarū dilatationum, parem magnitudinem esse in vniuersis inculpatis natu ris, quum pro magnitudine ac paruitate corporū, illa etiam variet. Porrò vesicarum, follium, vtrium, om- nium deniq; rerum, quæ prædita cauitate aliqua sunt, magnas & paruas distētiones solemus dicere. Dicimus etiam interdum vesicam esse distentam maximè: v- trem autem & saccū, qui viginti eiusmodi vesicas fa cilè capiant, nondum maximam distentionē esse con- secutos. Censemus siquidem distentionem ad cuiusq; cauitatem corporis esse ęstimandā, non absolutè pro- nunciandam ad eundem vbiq; modum. Nam est cer- tus in re qualibet modus, in quo nec cōtendi tunicas, quæ cauitatem ipsam complectuntur, nec remitti con tingit. Vbi igitur aut tensio, aut cauitas in ipsis perci- pitur, tum magnas dicimus eis, aut paruas distēsiones inesse. Vbi verò nec sensibilis cauitas sese ostendit, nec tunicæ laborant tensæ sub ipsa dilatatione, modicam sanè & moderatam, natiuamq; corporis distētionem illam censemus existere. Similiter igitur est iusta quæ- dam ipsius arteriæ distentio, ita vt nec contendat, vel laxam aliquam sui partem relinquat.

Arteriæ iusta distentio.

Nam vt omnino considat, tunicarum dura natura prohibet. Atq; eam sanè distentionem moderatam & naturalem dicem⁹. Etenim in naturis optimis hactenus dilatatur arteria, quoad vsus expleatur largiter, & nihil lædantur tuni- cæ. Proinde qui regulā uelit attendere, in magnis pul sibus & tardis dignoscendis: optima natura inuenta, cognitaq; vnius in illa arteriæ cuiuscunq; magnitudi- ne corporis, atq; distentionis, recordandum illi & ęsti mandum est, arteriam hac maiorē, quantò oporteat maiorem distentionē habere, in naturis optimis. Quę si tanta reperiatur esse, quantam fore coniiciebat, sic

Pulsus moderatus quomodo iudicandus sit.

moderatum pulsum appellabit: sin vel maiorem hac, vel minorem, magnum, vel paruum. Arteriæ deprehendet in optima natura magnitudinem, aut per dissectionem, aut ex collectione signorum. Quòd si nesciat etiam quanta sit arteria præditis optima natura, certè eorum pulsus memor, si in alterum postea incidat, & colligere possit, num par sit maiores hunc aut minores, q̃ illum habere arterias: cum magnitudine iam distentionis cõferre poterit, cõiectareq́; an magnus, an paruus, an moderatus sit pulsus. ✻ Etenim si quantò videtur arterias maiores habere homo qui comparatur, tantò maiorem etiam distentionem sortiatur, moderatum esse illius dicemus pulsum. Quòd si arteriæ magnitudo videatur superare magnitudinem distentionis, aut minor q̃ illa sit, magnum tunc, vel paruum pulsum vocabimus. Præterea si arteriæ corpus videatur esse maius q̃ pulsus, paruum: sin arteriæ minus, & pulsus maior, magnum. Haud secus in reliquis generibus pulsuum: vt in ipsius motus genere, in quo celeritatem & tarditatem dignoscimus: in genere quietis, in quo crebritatem & raritatem: contentionis, in quo vehementiam & remissionem: ad hæc, corporis arteriæ, in quo duritiem & mollitudinem. Nam per hæc omnia, tum moderatum inueniemus in optima natura, tum immoderatos vel ob excessum, vel ob defectum, non inter se, sed cum moderato comparabimus.

Arteriæ magnitudo qũo cognoscenda.

Pulsus magn⁹ uel paruus qñ dicendus.

Pulsus in omni genere, moderatos, imoderatosq́; inueniendi rõ.

FINIS.

GALENI PERGAMENI DE DIGNOSCENDIS PULSIBUS, Lib. III.

CELER AVTEM PVLSVS vocatur, qui pauco tempore suũ motum absoluit: queadmodum tardus, qui multo. Etenim, si hoc prius nobis constet, moderatus pulsus quantò tẽpore, quantum confecerit interuallum: deinde alterius offendamus, qui par habuit tẽpus, spatium minus: multo tempore dicemus hũc motum fuisse. Siquidẽ si duo pueri dimissi in diuersos locos nõ æquè distantes sint, & simul reuersi: alterũ, ꝙ iter pauco tempore absoluerit, collaudamus: alterum increpamus, ꝙ multo. Nã ex viæ longitudine æstimamus, quũ paucum vel multum temporis dicimus, non absoluto sermone. Cæterùm ad dignoscendum celerẽ pulsum vel tardum, nec quantitatem temporis, nec interualli (vt iam quod verum est fatear) consyderandam censemus: imò ne proportiones quidem illorum, de q̃bus (ad extirpandum errorem quorundam, qui ex solius temporis quantitate, iudicium ipsorum pulsuum ferebant) verba fecimus in superiori libro. Nam celeritatem quidem & tarditatem, vt primùm occurrit arteria, noscimus: rationem verò temporis ad tempus, & interualli ad interuallum, vt exploremus, opus nobis est longo tempore. Quemadmodũ itaq; si ob oculos moueri quẽpiam videamus, impetus ipse iudicare potest motus celeritatem, sic & in arteria cõtingit. Nam aut incitatum, aut remissum eius motum inuenias. Omnia enim corpora quæ mouẽtur, ex locis ubi semper mouentur, quo modo moueantur, dignoscimus.

Pulsus celer et tardus q̃s sit.

Pulsuum celeritatem uel tarditatem ut cognoscam⁹, neq; tẽporis, neq; interualli q̃titatẽ esse spectandã.

Motus celeritatem aut tarditatem, ex locis ubi mouētur corpora, iudicari.

Siquidem si in iis immorentur, tardū esse motū cum dicimus: si verò descendant leuiter, celerē. Vnus itaq; sensus celeres & tardos pulsus declarat, ex ipso locorū transitu iudicium nobis confirmans. Quare celeritatis & tarditatis facilè notitiam consequimur, non perinde consecuturi, si quantitate temporis & interuallorū aucupata, eorum proportiones obseruare sustineremus. Atqui non sustinemus: nam vt primùm aciem intendimus, momento temporis obiectum motumq; corpus deprehendimus, ex quo coniicimus transitū. Quæ igitur eminus cernimus, ea diutius videntur nobis cōsistere, vel si agitentur celerrimè. Vnde liquet ratione nos motum colligere, minimè sensu deprehendere. Quia verò sensui rō coniuncta est, & transcursus mentis est velocissimus, sæpenumero non ratione, sed deprehendi sensu videtur. Non est itaq; temporum neq; interuallorum quantitas inspiciūda, sed ipsa qualitas motus, licet explicatu difficilis: à qua etiam dignotio inæqualium celeritate & tarditate pulsuum ducit originē. Quippe vnius distentionis sæpe initium motus planè celerius videtur: proximum tardius: iterum finis celerior. Quo minus leuiter palpandum est, vbi genus hoc pulsuum perpendimus. Alioqui extremum motus finem sentiemus dūtaxat; non integrum motum. Ex quibus liquet eiuscemodi pulsus nec paruos, nec languidos esse. Neq; enim trifariam possis secare motū, nec in paruis interuallis, nec in viribus imbecillis. Quāobrem nec in pulsibus lethargicis deprehenderis inæqualitatem. Porrò maximus & vehemētissimus pulsus validam fert compressionem: atq; alius quisq;, quantùm à vehementia vel magnitudine abest, tantò minorem. Quare qui cuiq; pulsui inuenturus sit cōtrectationē appositam, hunc singulari prudentia esse, & expertum in dignoscendo oportet. Moderatus igitur motu pulsus in optima constitutione, non ex interualli aut temporis

Motū non sensu, sed ratione colligimus. Ratio est sensui coniuncta, Mentis transcursus est uelocissimus.

Pulsum maximum uehemētissimumq;, ferre ualidā compressionem. Pulsum moderatum esse ex sola motus qualitate explorādum.

ris quantitate est, sed ex ipsa qualitate explorandus. Quo quidem qui percipientur celerius decedere, celeres: qui tardius, tardos vocemus. Cæterùm si pulsus æqualis sit, vniuersam distentionem non expectamus, sed ex parte eius, facere de tota coniecturam licebit. Si verò inæqualis, integram assequi expediet, tactūq; pro magnitudine pulsus & vehementia variè applicare. Deinceps de quantitate distentionis agamus. Enimuerò quum corporis arteriæ dimēsiones sint tres, longitudo, latitudo, & profunditas: nullam earum possumus totam sentire. Ac de longitudine quidem apertissimum est. Vtrinq; enim arteria, plerunq; longa tres cubitos, vsq; ad extremum terminum pulsat, quū tamen tribus aut quatuor dūtaxat digitis motus ipsius percipiatur. Sed nec in dimēsionibus cæteris, quod diximus obscurum videtur, quum à corporibus incumbentibus adeò circūuallentur & contegantur arteriæ, vt nec latitudo nec profunditas motus exactè deprehendi possint. Est tamen in singulis corporum naturis aliquid sub ipsa cute elucescens, verùm in natura optima, moderatum. Etenim si quid supra hoc secundum longitudinem sit, longum: si quid infra, breuem pulsum efficiet: qui definiri numero digitorum nō potest. Eodem modo iuxta dimensionem secūdam, tum latos, tum angustos pulsus cum moderato collatos deprehendes: similiter altos & humiles iuxta tertiam: sicuti in tribus simul dimensionibus, magnū & paruum. At verò singulos esse in singulis aliis pulsuum generibus moderatos, sed in sola quantitate non planè vnū, sed suum cuiq; corporis parti, antea explicatum est. Quandoquidem igitur dimensiones pulsuum non facilè deprehenduntur, danda nobis opera est, vt cōmonstremus rationem qua in optimam singularum cognitionem veniamus: * ac primùm sanè de illa dicemus, quæ circa longitudinem tota versatur. Esse autem eam

Pulsuū æqualitas & inæqualitas quō cognoscenda.

Arteriæ dimēsiones sūt tres, quarum nullā totam percipimus.

Pulsuum dimēsiones deprehendendi rō.

censendam optimam, quæ motus maximam partem sentiat, clarissimum est. Porrò in tribus his, natura videlicet, exercitatione, & applicationis modo, sensibilium cognitionum omnes differentiæ sunt sitæ. Nam qui naturam habet appositissimam ad sentiendum, & probè ipsum tactum exercitatum, quem sensibilibus etiam decenter admoueat, optimus hic explorator fuerit eorum quæ intus sunt condita. At qui hoc aliquatenus est inferior, quàmmaximè ab illo abest, tam pessimè absolutam cognitionem consequitur. Qui igitur ad tangendum fuerit optimè cóparatus, is, cogniturus longitudinem pulsus, omninò non premat, imò sæpe contrectet leniter, ac veluti suspendat manum. Qui modus accommodatus in primis est, paruis pariter & imbecillis pulsibus. Quorum quidem, si eos aliquatenus premas, magna ex parte motus exoluitur: imò verò perit sæpe vniuersus. At modicum pressum non grauiter ferunt quidem pulsus vehementes: non lædentur tamen ne hi quidem, si nihil premas. Qui modus tangendi, quum optimus sit languidis pulsibus, nec incommodus vehementibus, nulli alteri est postponendus. Porrò ubi diuersas partes secundum arteriæ longitudinem premis, non perinde videtur in omnibus lædi motus. Sed si cordi viciniores premantur, magnam iniuriam subiectis inferunt: si remotiores, sæpenumerò nullam, quæ animaduerti posit, si benè pulsus sit vehemens: interim tamen manifestam, in non vehementibus. Porrò vt sensu percipimus differentias latitudinis & profunditatis, sic nos sæpe circularem figuram deprehendere in pulsu manifestè fatemur. Quod igitur ad dignoscendas eas duas dimensiones pertinet, si leniter palpes, aut pluribus in partibus necessum est arteriæ occursum percipias, aut in paucioribus. Quo cognito, ad sensum ratio adiuncta,

Sensibiliũ cognitionũ omnes differẽtiæ, in natura, exercitiõe, & applicationis modo, consistunt.

Arteriam contrectandi modus.

Arteriæ circularem figuram in pulsu deprehendi posse.

nobis magnam distentionem suggeret esse, quæ multis partibus mouet tactum: paruam quæ paucis. Age fac circularem eius occursum esse: quid, non'ne clarum est, si insigni sit circunferentia circuli, magnitudine, totam etiam crassam esse distentionem arteriæ? & vniuersam distentiõnem gracilem, si circũferentia sit parua? Quòd si gibbosiores ac præruptiores videantur obliqui occursus arteriæ, præterea cauior quodammodo & humilior in profunditate, adeò vt ne circuli quidem circũferentia cernatur amplius, sed veluti recta linea: profectò apertum est talem pulsum latum fore atq; humilem. Ediuerso, si motus obliqui partes, longè citra medium constiterint, ac medium ipsum satis gibbosum appareat, planè is pulsus altus & angustus existet. Si semel angustus eius in latitudine occursus euadat, vt non modò imminutus esse obliquus motus, sed & totus periisse omnino videatur, difficilis cognitu est, vel potius cognosci non potest, quantum in his est, qualis sit pulsus. Iam verò opportunum est & de rhythmo etiam aliquid dicere. Qui quidem quum in collatione temporis distentionis cum tempore contractionis consistat, prius paranda nobis separatim vtriusq; temporis notitia est, id quod fuerit laboriosissimum: quandoquidem initium distentionis, & contractionis finis, cognosci non possunt. Iam quatenus aliquid motus nos latet, eatenus etiam præteribit & tempus. Cæterùm ad explorandam qnantitatem motus, quantum promota spatii sit, perpendimus. Quòd si finem distentionis accuratè teneamus, ratio cum sensu coniuncta, nobis eius quantitatem subiiciet. Possumus itaq; (nisi partem aliam præter finem motus sentiamus) quantum habeat temporis ignorare: scire tamẽ quantum interualli peruecta sit. At verò in vehementioribus pulsibus, si modicè arteriam compresserimus,

Distentio magna quæ sit.

Rhythmus in quo consistat.

Distẽtionis arteriæ initium, & contractionis finẽ, in perceptibilẽ esse.

perspiciemus quidem initium motus, sed quantitatem ignorabimus interualli. Non potest autem simul & examinari quantitas temporis motus, & celeritas vel tarditas percipi. Porrò ad dignoscendum rhythmum, solam quantitatem temporis quæ in motu absumitur, exploramus. Quare instituenda manus ea applicatio est, quæ arteriæ omnem motum intuetur accuratissimè. Si igitur pulsus magnus, sed languidus fuerit, in eo certè non possis deprehendere totius dilatationis motum, sed externi finis dūtaxat. Sic etiam contractionis initium dūtaxat, recessumq́; præterea nihil. Proinde leniter istiusmodi pulsus sunt palpitandi. Qua tactus applicatione quantitatem animaduertere interualli distentionis poteris: tēporis motus non poteris. At verò in cōtractione non tantùm temporis motus non inuenies quantitatem, sed ne ipsius quidem interualli: cuius etiā vel qualitas nobis ignota erit. Quî enim motus etiānum qualitas dignoscatur, vniuerso sensum latente motu? Nimirum requiritur prius essentia rei, quàm ipsa qualitas. Quæ quidē si fugiat sensum, parari neq; ipsius qualitatis notitia. Quandoquidem igitur motum distentionis & contractionis arteriæ noscimus in iis tātùm pulsib⁹, qui minimè languidi existunt, in eorum sanè solorum notitiam rhythmi veniemus, digitis ita moderatè applicatis, vt nihil motus externi interpellent. In solis itaq; vehementissimis pulsibus exactè rhythmus dignoscitur: quòd in cæteris magna pars initii distentionis, & cōtractionis finis, nos fugiat, id quod maximè rhythmum offendit.

Rhythmo dignoscendo qd explorandū.

Essentiam rei prius requiri, q̄ qualitatem.

Rhythmum in solis dignosci uehementissimis pulsibus.

GALENI PERGAMENI DE DIGNOSCENDIS PULSIBUS. LIB. IIII.

EST AVTEM IN DIstentione arteriæ veluti quidā ictus, qui, dum tāgimus, tactū ferit. Hunc, si violentus sit, propriè existimabis ictum vocari: at si violētia careat, nō item. Comitat̄ porrò ictus ipse multas ac varias species pulsuum. Duri siquidē pulsus, vehementis, magni, celeris, alti, conuulsiui, & vibrati est comes, atq; commune symptoma. Quare cōfundendi illi pulsus non sunt, sed discernendi suis notis. Quum igitur tactum impelli à pulsu, si illius debeat sentire occursum, necesse sit (impellitur enim non perinde semper, sed nunc plus, nunc minus, interdū vt palpet tantùm) quicūq; motus eum protrudunt, & longè submouent, ii sanè violenti ictus speciē referunt. Ac protrudere quidem longè potest, motus arteriæ duræ, veluti tactum contundens: & qui robore mouentis eam facultatis veluti euertit: præterea qui magnitudine distentionis progreditur plurimùm: iam etiam, qui qua fertur celeritate impellit valenter: & qui præ altitudine veluti subit ac intrat: quiq́; quòd tensus sit, ægrè mouetur: ac deniq; is, qui ob vibrationem, simul tensionis & duritiei, celerisq́; occursus imaginem repræsentat. Cæterùm incidas in multos quotidie medicos, qui illos omnes pulsus, vel maximè discrepantes, dicant vehementes esse. Etenim quòd occursus celeritas, non eadem sit cum violentia ictus, hinc cognoscere licet, quòd nec longius celer pulsus impellere valet tactum, nisi simul sit magnus. Vnde liquet non hoc eum sua sponte obtinere

Ictus quos comitet̄ pulsus.

Tactū nostrū qui motus repellant.

Impellere tactū solius magnitudinis est, cum uehementia coniunctæ.

symptoma, ſed ob magnitudinem iunctam. Quippe longè impellere magis ad magnitudinem pertinet: uel etiam ad hanc per accidens: videlicet vehementiæ rationis. Magnitudo ſiquidem, non quòd longius intret, ſed q multis in partibus longitudinis pariter & latitudinis, & profunditatis, attingat tactum, cognoſcitur. Si enim pulſus circunferentiam quæ ſatis magna eſt, perceperimus, ex ea facilè aſcenſum, qui ex multa profunditate fit, coniiciemus. ✳ vel ſi tactus totum interuallum aſſequutus non fuerit, ſed externum tantùm finem perſenſerit. Si verò ✳ à primo dilatationis impetu, velimus motum ipſum ſentire, magna ex parte magnitudinem interpellabimus: ita vt ne magnus iam eſſe pulſus videatur: idq; vbi magnitudini vehementia eſt adiuncta. Nam ſi in pulſibus qui citra vehementiam ſunt magni, aut aſcenſui occurras, aut ipſam arteriam comprimas, mox totus pulſus periecrit. Iam verò, ſi magnus pulſus tribus dimenſionibus præditus, niſi etiam vehemens fuerit, minimè tactum protrudit longius, manifeſtum vtiq; eſt, nec altum id ſua natura effecturũ, qui vna tantùm dimenſione operatur, ſed quòd ſimul aut vehemens ſit, aut certè minimè languidus. Omnes itaq; illi pulſus, vt longè propulſent tactum, planè vehemẽtiam deſyderant. Quãquam & aliis etiã, à quibus diuelli durities non poteſt, violenter feriunt, vt vibratus, & cõuulſiuus. Qui quidem non aliunde compararunt ictus violẽtiam, quàm à duritie perpetua. Quam ob rem duo tantùm genera habentur pulſuum violenter ferientium: nempe vehementium, atq; durorum. Etenim quibus carnis noſtræ natura cedit, ea dura vocant: quæ verò carni, vt aqua, hæc mollia dicuntur. Fingamus itaq; manum noſtram nunc aquæ rapido fluctui ex aduerſo occurrere: nunc lapidi, quem altera manus ſenſim admoueat: non'ne ab aqua perſpicies planè ipſam euerti, non preſ-

Magnitudo, pulſus, unde cognoſcatur.

Pulſum nullũ abſq; uehemẽtia poſſe tactum protrudere.

Pulſuum uehementer ferientium, duo tantum genera haberi.

Dura quæ dicantur.

Mollia quæ ſint.

ſam tamen: & lapidem ab hac euerti, ſed preſſa ab illo? Nam durum quidem, quo minus progrediamur, obſtare per ſe non poteſt: ſed aut per pondus, aut motum acquiſititium impedire interdum poterit: vehemens autem, ſuapte natura reprimere, cohibere, repellere, ac deturbare intelligitur. Liquet igitur aliud nos quum vehementia tangimus, aliud quum dura, ſentire. Nam hæc premunt carnem tantùm: illa impediunt progreſſum. At quia ſæpe fit vt ambo conueniant, atq; id quod occurrit ſit durum, pariterq; vehementer moueatur, non poteſt ſenſus etiam non duplex nobis offerri: vnus veluti prementis: alter veluti euertentis. Quæ ſi ſint ita, vt ſunt certè, duri pulſus, in premendo tactu, cognitio ponenda eſt: vt vtriſq; ictus violentia conueniat: ſed proprium duri ſit premere: euertere, vehementis. Hallucinatur autem Archigenes, dum pulſum: quum arteriæ ſtatus cognoſcitur, plenum pulſum appellat: potius is durus, aut mollis, aut moderatus dici mereatur. Dum verò ait, ſecundo alio pleni pulſus genere cognoſci qualitatem ſubſtantiæ in arteriis contentæ, quam qualitatem intelligat, haud pro dignitate explicat. Cæterùm grauiſſimè peccat tertium aliud genus pleni pulſus aſſignans, cuius vi, ea quæ in arteriis ſunt, innoteſcant nobis. Quippe tactus, ſpiritus'ne in arteriis tantùm ſit, an ſimul humores aliqui, indicare non valet. Quin etiam nullus prorſus eſt ſenſus, qui commoſtrare valeat, in arteriis contentus ſanguis, quàm ſit multus & qualis. Imò verò in ipſa aqua inter cutem neutiquàm licet nobis, humor'ne ſit an ſpiritus, qui in regionibus continetur ventris, ipſo tactu explorare, niſi preſſu cute cauata: quam nec frequenter cauari conſpicias in ſynceris aſcitis, & in eo hydrope, quem tympanitem appellant. Sed ad veram no-

Duri propriũ eſt premere. Vehemẽtis eſt propriũ euertere.

Archigenẽ ſugillat Galenus.

Aſcites. Hydrops. Tympanites.

titiam comparandam pulsare cogimur abdomen, vt attendamus si veluti tympanum resonet: secundo loco aliter componere hominem, conuerterecq; in latera, quo fluctuationem aliquam exaudiamus. Siquidem vt strepitus in motum tympani spiritum nobis annunciat, sic fluctuatio humorem. Vno autem admoto tactu, haud facilè deprehenderis, flatus'ne, an aqua subsit: tametsi cutis his contabuerit: tantum abest, vt per crassam arteriæ tunicam, & quæ peritonæi est sexcupla, quod latitat in ipsa arteria noscamus. Præterea ex magnitudine quidem pulsus, copiam cõtenti humoris cognoscimus. Sed non perpetuò hinc nobis (quod ille arbitratur) humidum esse ipsum humorem constat. Solæ itaq; fluctuationes & strepitus sunt, ex quibus cognosci possit quid sit, aut quale, quod contineatur. Sensus autem tactus, manet sui semper similis.

Contentorum quantitas, qualitasq; , unde deprehendat.

GALENI PERGAMENI DE CAVSIS PVLSUUM, Lib. Primus.

Pulsus a qbus mutentur.

QVAE IMMVTANT pulsus, partim eorum generationis sunt causæ: partim tantùm alterationis. Ac generationis quidem, tũ vsus, cuius gratia fiunt: tum facultas abs qua: tũ instrumenta per quæ distenduntur. Alterationis, cæteræ oẽs, & quæ præcedentes vocant, & quæ harum sunt procatarcticę. Nam triplex sanè, non in pulsibus modò, sed in aliis cũctis,

causarum genus existit. Vnum quidem primum, atq; præcipuum, quod cõtinens ideò appellatur, quia eorũ essentiam complectitur, nimirum generationis (vt modo diximus) existens causa. Reliqua verò duo genera, vt fiant pulsus, in causa non sunt: causæ tamẽ existunt illorũ qui iam sunt, mutationis. Quippe humorum crassitudo, abũdantia, lentor, acredo, efficere nõ valent pulsus, alterare valent. Ita frigidum balneum, vel calidum, & hyems, æstasq;, breuiter frigus & calor, alterandorum pulsuum sunt, non gignendorum, causæ. * Cæterùm quas vltimò commemorauimus, procatarcticæ siue præincipientes dicuntur. Quas verò antè has, illæ nempe quę circa humores versantur, antecedentes. In summa autem, quæcunq; extra corpus positæ, quicquã in corpore immutant, procatarcticæ causæ, siue præincipientes, vocantur, * ceu incipientes prius quàm dispositiones corporum. * Quæ quidem ipsæ dispositiones, quando continentes excitant, ipsarum antecedentes causæ redduntur. Densetur enim ab occursu externi frigoris, cutis: cuius densitas, naturalem halitus digestionẽ reprimat. Repressus ille coaceruetur, tandemq; febrim accendat, ob quam vsus pulsuum mutetur, ipsiq; similiter pulsus. Hic certè occursus externi frigoris est procatarctica causa: cæteræ vsq; ad vsum pulsuũ omnes antecedentes. Causa igitur procatarctica, antecedentibus causis mediantibus, quia vsum pulsuum permutat, quæ vna ex cõtinentibus causis existit, dicitur etiam pulsus ipsos variare. Neq; enim possit vlla continens causa mutari, vt constans maneat eius effectus. At prius quàm continentes alteratio attingat, pulsus immutari non possunt. Ideoq; principes hæ, & præcipuæ sunt, primæq; causæ pulsuum. Cæteræ sunt harum gratia: nec per se alterare ipsos pulsus possunt. Quare illum qui peritus euadere artis de pulsibus velit, in oibus cau-

Causarum genera tria.

Causæ continẽtes.

Causæ procatarcticæ.

Causæ antecedentes.

Causarũ quæ pulsus mutãt, generalis uno exemplo traditio.

Causa cõtinẽs alteratiõis pulsuum, est usus eiusdem.

Causæ præcipuæ pulsuum, sunt cõtinẽtes.

ſarum generibus apprimè eſſe exercitatum oportet. Porrò quatenus gignendorum pulſuum origines ſunt continentes cauſæ, eatenus etiam alterandorum. Si quidem differentię cauſarum in quãtitate qualitateq́; pulſuum differentias in qualitate & quantitate conſtituunt. At verò, quum perpetuò cor ipſum vnà cum arteriis omnibus, quãdiu ſuperſtes eſt animal, cernamus habere motum illum pulſatilem: homine autem iam vita functo, tum arterias, tum cor, ipſo pulſu deſtitui, ſanè conſtat aliquã fuiſſe cauſam, à qua ille motus excitaretur. Quam quidem cauſam, licet eius eſſentia nos fugiat, quòd facultatem tamen habeat faciendi pulſus, illam facultatem vocamus. Quum autẽ omnis facultas, alicuius facultas ſit, haud dubiè eius notio erit relationi ſubiecta. Cæterùm dum robur facultatis, virtutem'ue dicimus, aut contrà infirmitatem & vitium, hæc nomina ad functionem referimus. Siquidem quæ obit efficitq́; functionem cauſa, interim ad eam melius eſt appoſita: interim deterius. Quo fit, vt modò præclarius: poſtea ſi res ferat, deterius, functio ipſa obeatur. Ac præſtantior ad functionẽ diſpoſitio, facultatis virtus & robur eſt: deterior infirmitas, atq; vitium. Quod verò ad pulſuum vſum ſpectat, gratia tuendi caloris vniuerſi corporis, inſtituti videntur: vt videlicet illum refrigerẽt: & ſi quid ſit fuliginis ex ſuc corum aduſtione contractum, id è veſtigiò excernãt. Conferunt etiam ad gignendum animalem ſpiritum. Reliqua & tertia gignendorũ pulſuum continens cauſa, ipſum eſt arteriarum corpus. Siquidem omnis facultas quæ alicuius cauſa agit, inſtrumẽta quærit ad opus appoſita. Erat autem hîc inſtrumentum accommodũ, quod ſpiſſis tunicis eſſet, atq; intus cauum. Vbi igitur illa facultas refrigerãtem ſubſtantiam trahit, arteriarum corpus diſtenditur. Vbi verò fuliginoſum expurgat, contrahit. Nunc itaq; præpollet dilatationis vſus:

Animæ eſſentiã ignorauit Galenus.

Pulſus fuiſſe inſtitutos gratia tuendi uniuerſi caloris, gignendiq; animalis ſpiritus.

Arteriarũ corpus annumerari inter continentes pulſuũ generationis cauſas.

hunc contractionis: conſequiturq́; omnino alteram motus partem reliqua. Quum ergo ex his cauſis pulſus proficiſcantur, omnes variationes illorum pro cauſarum alterationibus fiant eſt neceſſe. Vnde tot ſunt primæ & generales pulſuum differentiæ, quot cauſarum. Et facultatis quidem differentiæ ſunt robur & imbecillitas. Natiui caloris, aduſtio, refrigeratioq́;. Arterię tunicę, duricies, & mollitudo: atq; præ his omnibus, in ſingulis generibus, commemoratorum mediocritates: quæ ut naturales efficiunt pulſus, qui medium locum inter excedentes ſortiuntur: ita exceſſus ipſi, pulſus gignunt præter naturam. At facultatis robur neceſſariò pulſum vehementem facit: infirmitas languidum: ſicuti inſtrumentorum duricies, durum: mollitudo mollem. Vt autem incremento uel decremento natiui caloris conſequatur ſemper unum & idem genus pulſuum, non eſt neceſſe. Nec enim celer, nec magnus, aut creber incidit ſemper, vbi natura aduritur: nec dum extinguitur, tardus, vel paruus, vel rarus. ✱ Diſputat autem contrà Magnum Archigenes, quòd celeritas pulſus, non à robore potius, quàm à facultatis imbecillitate proficiſcatur. At neutrum ſequitur neceſſariò. Magis tamen peculiaris celeritas robori facultatis eſt, abũdantiæq́; caloris, nec non mollitudini inſtrumentoꝝ: tarditas aũt cõtrariis. Eodem modo ualidę facultati magnitudo, & copiæ caloris, tum etiã mollibus inſtrumẽtis familiaris exiſtit. Paruitas verò ↄtrariis. At crebritas nulli neceſſariò ex cõmemoratis inhæret: magis tñ facultatis ĩbecillitati eſt propria, copięq́; caloris, ac duritiei itẽ inſtrumento rũ. Similiter raritas magis ad cõtraria declinat, non tñ illis perpetuò annexa. Si amplior in corpore fuerit collectus calor, animanti quũ maiori erit opus reſpiratione, tum maioribus pulſibus: & qa maioribus, continuò etiã celerioribus & crebrioribus. Vt enim qui ſi-

Pulſuũ uariationes, pro cauſarum alterationibus fieri.

Pulſuum tot eẽ primas differentias, quot cauſarum.

Mediocritates efficere naturales pulſus.

Pulſuum alterationes quę a quibus cauſis magis proficiſcantur.

tibundi ſunt, non multum modò, ſed & celeriter po-tant, & crebro, ita qui refrigerio indigent, copioſum ſimul & celeriter, crebroq́; attrahunt. Quamobrẽ pe-culiares dixi eſſe pulſus copioſo calori magnum, cele-rem, crebrumq́;, non tamen illi perpetuò, annexos. Poſtulant enim vt tales euadant, facultatem ualidam, atqꝫ ipſa inſtrumenta mollia. Quòd ſi infirma facultas ſit, aut inſtrumentum durum, nec magni eſſe, nec cele-res poſſint: quum inſtrumentum quidem ſit per duri-tiam aduerſus mouentem facultatem contumax: illa verò attollere quatenus oportet arterias, per imbecil-litatẽ impos. Quare vt celer pulſus, vel magnus fiat, tria oportet cauſarum genera inter ſe coeant: nempe vt vſus illorum generationis vrgeat: facultas valida ſit: mollesq́; arteriarum tunicæ, aut certè non rigidæ. Porrò vbi ſolus calor increuerit, & manſerit facul-tas, tunicæq́; arteriarum immotæ, pulſus neceſſariò maiores & celeriores fient, vnaq́; cũ calore augebun-tur, donec ad maximam diſtentionem peruenerint. Celerrimi verò ne ſic quidem prius erunt, quàm ca-lor ipſe ſuperauerit maximam diſtentionem, ita ut ab ea ſatis refrigerari non poſſit. Tunc enim celeritate reſarcietur motus defectus: atqꝫ ſic euadent pulſus ce-lerrimi. Cæterùm neqꝫ hæc ſatisfaciunt calori vehe-menter incenſo. Nam quod temporis inter duos mo-tus antea quieſcebat, nunc id præſecat etiam, adeoq́; efficit breue, vt totus vnus eſſe motus continuus nulla interceptus quiete videatur. Hoc tamen accidit, vbi extremè calor fuerit accenſus. Tunc enim, quum tres ſint pręſidii rationes in exceſſibus vniuerſis, omnibus ſimul vtitur. Nam & plurimum conſequitur refrige-rãtis ſubſtãtię, celerrimeq́;, & imprimis aſſiduè. Quo-rum primum maximos pulſus: ſecũdum celerrimos: tertium creberrimos reddit. Nec vbi liberaliter illum magnitudo diſtẽtionis refrigerat, irritat celeritatem:

Calori copioſo qui nã pulſus ſint familiares.

Pulſui celeti, uel magno, gignendo, cõſpirare ĩ unũ quæ cauſæ debeãt.

Celerrimi pulſus quando gignantur.

Pulſus creberrimi eſt cauſa calor extreme accenſus.

ſicuti nec crebritatem vbi ab ambabus auxilium reci-pit: ſed alterius illarum ſemper defectus, corrigitur al-tera: magnitudinis, celeritate: celeritatis, crebritate. Quid multis? crebritatis pulſuum cauſa vna eſt, prio-ris actionis defectus. Iam quoqꝫ defectum naturalis caloris nullus comitatur ex neceſſitate pulſus: fami-liaris ſunt tamen ei paruus & tardus præcipuè: mox etiam rarus. Nam vt natura quæ iampridem refrige-rata eſt, nec multum requirit, nec celere refrigerium, ſic nec breuibus interuallis. Porrò inter magnum pul-ſum & paruũ, naturalis intercedit & moderatus, cum quo comparantes & æſtimantes reliquos omnes, qui maiores ſunt eo, hos magnos vocamus: qui minores, paruos. Itidem inter celerem & tardum medius mo-deratusq́;, naturalis exiſtit. Sic inter crebrum & rarũ, durum & mollem, medii ſunt naturales. At naturalis non item videtur, qui inter vehemẽtem eſt medius & languidum. Validæ quippe facultatis eſt opus, vehe-mens pulſus: veluti infirmę languidus. Cuius ſanè non eſt contra naturam firmitas: imò hæc virtus eſt, & ſe-cundum naturam: infirmitas verò facultatis, vitium, atqꝫ præter naturam. Iam verò, vino modicè epoto, tum maiores & celeriores, tum vehemẽtiores aper-tè pulſus euadunt. In ira autẽ, & exercitationibus mo-dicis, non perinde apertè: imò ſi quid illis accedat ve-hementiæ, id adeò eſt minutum, vt animaduerti ægrè poſſit. Quum igitur in confeſſo ſit, à facultate diſtendi arterias, probabile eſt ipſam plus & celerius eas attol-lere validam: minus autem & tardius infirmam. Vt autem priora repetam, quorum pulſuum poſtulat ge-neratio vnam cauſam, huic perpetuò illi adhærebunt, eiusq́; fideliſſimum ſignum exiſtent: vt vehemens, ua-lentis facultatis: languidus, imbecillæ. At quorũ niſi plures interſint cauſæ, conſtitui generatio nequit, hos familiares cauſis eſſe dicemus, non autẽ ſignificare cer

Crebritatis pulſuum cauſa eſt prioris actiõis defectus.

Caloris naturalis defectui q pulſus ſint familiares.

Pulſus omnes medii ſunt naturales, excepto illo qui habetur inter uehementẽ & languidum.

Vino modice epoto, quales pulſus gignantur.

Iracundiæ comites pulſus, quales.

Pulſuũ, qui nã uni ſem p cauſæ adhęreſcãt, eãqꝫ fideliter ĩdicent: & qui rurſus familiares tantũ ipſis cauſis dicant.

tam ex illis aliquam. Eodem modo, si ex vna aliquãdo causa pulsus proficiscatur, sed non semper ab ea, familiaris quidem omnibus causis erit, quæ efficiunt eum: constanter verò nullam ex eis indicabit. Neq; enim si celeritas pulsuum adsit, statim robur quoq; necessariò facultatis adfuerit. Imò est, quum maior sit vsus generati animalis spiritus: & est quum caloris sit copia, vel instrumentorum mollities, vel horũ quædam, vel omnia simul.

Celeritas pulsuum a qbus causis oriri possit.

Haud aliter si magnitudo sit pulsuũ, erit vel facultatis robur, vel impendium animalis spiritus maius, vel calor in corde abundantior, vel mollitudo organorum, vel quædam horum, vel vniuersa.

Pulsuum magnitudo oriri ex quibus occasiõibus possit.

Qui igitur optimè constitutus ac tẽperatus fuerit, is homo, si calidior solito euaserit, atq; hac re sit alteratus dũtaxat, vehementiam pulsuum non immutauerit: imò nec duritiæ, nec mollitudinis genus: sed in magnitudinem & celeritatem vertet: interim etiam in crebritatẽ: prout magis vel minus eius calor increuerit. At si frigidior iustò sit factus, primũm raritas perspicua erit: deinde tarditas: postremò paruitas. Nam quum valida facultas existit, & si paulò minor sit usus, primam actionem nec paruam necesse est, nec tardam esse: secundam verò, post longius tempus, q̃ si vrgeret vsus, est consentaneum rationi.

Facultate existente ualida, nunq̃ pulsus fiunt perfecte tardi uel parui.

Iam si maior fuerit refrigeratio, eoq; magnopere vsus ipse remissus, unà elanguescet celeritas motus, atq; minor statim erit distentio. Si plurimũ sit refrigeratio progressa, necessum est pulsus ipsos rarissimos quidẽ esse, cæterùm nec tardissimos, nec etiã minimos. Nam perfectè tardi vel parui, si valida facultas sit, vel si ad modũ sit ipse vsus remissus, nunq̃ fient pulsus. Eadem & in respiratione est ratio. At verò, vbi nõ modò vsus, verũ etiam facultas mutatur, quatuor tũ differentiæ diuersæ in vniuersum erunt. Quarum prima quidem circa facultatis imbecillitatẽ, caloris q; augmentũ versatur.

Pulsuum differẽtiç quatuor, dum facultas simul atq; usus mutatur.

Si igitur magnopere sit im-

becillis facultas, calor aũt igne⁹, parui & tardi pulsus, creberrimiq; orientur. Sin noxa sit moderata, æquè fiunt crebri, sed in distẽtione & motu mediocres. Secunda coniugatio, in imbecillitate & perfrigeratione consistit. Cui pulsus competit quũ imbecillus, tum paruus, tardusq;, sicut pulsus prioris cõiugationis: sed nõ æquè vt illi, ad extremam deuenit crebritatẽ, nisi vbi omnino facultas prostrata fuerit. Tunc enĩ pulsus minimus erit, intermittetq; & deficiet frequenter. At si modicè sit facultas infirma, validaq; refrigeratio, creber minimè euadit pulsus: q̃ videlicet vsui faciat talis facultas satis. Tertia cõiugatio fit, vbi calor simul atq; facultas augentur. Quam quidè coniugationem vehementissimi pulsus & maximi comitantur: sed nõ perinde celerrimi. Creberrimi uerò ferè non sunt apertè. Quarta cõiugatio est, in qua coeunt robur facultatis, & caloris penuria. Cuius sanè sunt pulsus magnitudĩe moderati, sed tardiores, & satis rari. Nam quũ sit paruus tum pulsuũ vsus, totumq; facilè magnitudo distẽtionis tueatur, haud immeritò diutissimè quiescũt arteriæ: tamen ob facultatis robur, distentionis non impeditur apertè vel dilucidè quãtitas. Qua rõne etiam, nec multum prępollet tarditas. In vniuersum autẽ, ipsius ictus qualitas, ferientis naturæ respondet.

Ictus qualitas, ferientis naturam sequitur.

Porrò molle instrumentũ, quia promptè in omnem partem extẽditur, facilè dilatatur: durũ non absq; magno negotio.

Molle instrumẽtum facile dilatari: cõtra q̃ durum.

Iam comes est promptitudinis distentionis, magnitudo: renixus & contumaciæ, paruitas: itemq; celeritas, prioris generis: sicuti alterius, tarditas: non tñ ex æquo & magnitudo & paruitas. Paulò enĩ celerior est pulsus profectus à mollitudine instrumẽtorum, eo quẽ procreat durities: maior aũt, permultò: quia tunicæ ipsius arteriæ, quãuis duriores interim sint, ad celeritatem quandã motus sunt faciles: ad magnitudinem verò distentionis, ineptissimæ oĩum. Nam opus est, vt

Pulsuum differẽtiæ, pro mollitudine uel duritie organorũ.

in oẽm partem extendatur facilè. quod maximã dila-
tationẽ ſit effecturũ. Huiuſmodi eni eſt molle. Cæterũ
vbi à natura lõgiſsimè aut ad mollitudinẽ, aut ad duri
tiẽ, corpus arteriaꝵ receſſerit, tardior mollis pulſus fit
duro: magnitudine tñ non modò cum etiãnum ſupe-
rat, ſed illũ etiam qui ſecundũ naturam habet. Iam ve
rò, quum durorum inſtrumẽtorum dura diſtentio ſit,
ac proinde minus expleatur vſus: mollium contrà, in-
ſignis diſtentio fiat, & quæ vſui par ſit explendo: meri
tò cum duris pulſibus crebritates: cum mollibus rari-
tates cohærent. Quòd ſi quando incidat, vt cum duri
tie concurrat refrigeratio, & calor cum mollitudine,
tum pulſus duri, mollibus euadent rariores. Si igitur
durum corpus arteriarum ſit coniunctum cum innati
caloris refrigeratiõe, pulſus efficiet iuſto minores, tar
dioresq́; . Si ſuperet durities, minores q̃ tardiores. Sin
autem refrigeratio, contrà tardiores q̃ minores. Ad
eundem modum crebriores, ſi durities refrigeratione
ſuperior ſit: ſin vincat refrigeratio, rariores. At ſi par
ſit vtriſq; à natura flexus, tantò fient pulſus minores,
quantò tardiores: à raritate verò & crebritate nõ ab-
ducentur. Eſt altera coniugatio, in qua cum calore ſu-
perat mollitudo. Quę etiam tres neceſſariò primas dif
ferentias producit. Interim enim par mollitudinis eſt
& caloris mutatio: interim præpollet vel mollitudo,
vel calor. Quare ſi quantum naturam mollitudo reli-
querit, tantũdem deſciſcat etiam ab ea calor, magnos
neceſſe eſt, & celeres fieri pulſus: non tamẽ ſtatim cre
bros, ſed vbi generandorum eorum vſus vincat ma-
gnitudinẽ diſtentionis. Si mollitudo præſtet, magnitu
do etiam ſuperabit celeritatem. Si verò ita prępolleat
calor, vt vſum actio complere nequeat, celeriores vt
fiant neceſſe eſt, quàm maiores pulſus: ſimulq́; etiam
crebri. Quòd ſi abundè natura fruatur vſu, æquè ma-
gni atq; celeres. Sed & tertia erit cauſarũ complexio,
quæ

Duris pulſib⁹ crebritates: mollibus raritates annexas eſſe.

Calore coeunte cum mollitudine inſtrumentorũ, quæ pulſuum differentiæ oriantur.

quæ pulſum in hoc genere variant, vbi calori ſit ad-
iuncta durities. Quum igitur vterq; plurimùm à natu
ra declinat, pulſus erunt celerrimi, creberrimiq́; : mini
mi autem nequaquam (niſi ſimul facultas oblæſa fue-
rit) ſed aliquatenus iuſto minores. At ſi immodicus ca
lor ſit, & inſtrumentum non magnopere durũ, uerùm
paululum à moderato variet, tantũ abeſt vt iuſto fiat
diſtentio arteriarum minor, vt etiam maior euadat.
Erit autem celeris, vtra cauſarum excellat: maximè ta
men quum calor: quo tempore luculentior erit & bre
uitas. Supereſt coniugatio ex mollitie & frigiditate.
Quia verò magnus pulſus hîc quoq; eſt mollitudini af
finis, & paruus frigiditatibus, vtra lõgius à natura de-
flectat qualitas, illi neceſſe eſt pulſus aſsimilent. Enim-
uerò omnes naturales pulſus inter exceſſus modera-
tos & medios annumerantur: non tamen quicũq; ſunt
moderati, etiam naturales exiſtunt. At verò quot
excellentiam caloris affectus ſequuntur pulſuum, tot
etiam vſus generandi animalis ſpiritus. Sic inſtrumen
torum durities facultatis imbecillitati coniuncta, par-
uos pulſus & tardos, & crebros concitat: robori, par-
uos & crebros, non etiam tardos, imò longè interim
quàm par ſit, celeriores. Verùm ſi inſtrumentũ ſit mol
le, facultas autem valida, maiores quidem manifeſtò
pulſus fiunt, at aliquantò tardiores, rarioresq́; . Quòd
ſi ad mollitudinem inſtrumentorum infirmitas adiun
cta ſit facultatis, ſi quidem æquus vtriuſq;, ſimulq́; mo
dicus fuerit à natura flexus, moderati ſimul & natura
les videbuntur ii pulſus eſſe: niſi ꝙ erunt mollitie va-
rii. Sin valde immodicus ſit, parui, tardi, atq; crebri
fient. Si verò imbecillitas multo præpolleat, tũc etiam
erunt parui, tardi, crebriq́; . Si ſuperior ſit mollitudo,
accedẽt pulſus ad moderatos. Reſtat iam vt omnes
ſimul committamus differentias continentium cau-
ſarum pulſuum: ex quibus octo coniugationes con-

Calori ſi ſit adiuncta inſtrumentorum durities, quas pulſus differẽtias admittat.

Frigiditati mollities organorum ſi cõiungatur, quę pulſuum differentiæ ꝓueniant.

Pulſus omnes qui moderati ſunt, non continuo & naturales exiſtunt.

Pulſuum differentiæ, pro miſcellæ modis q̃bus facultas & inſtrumẽta miſcentur.

Continentium cauſarũ uariantium pulſus, octo coniugationes.

flantur. Duę, quũ remissa facultate pariter & vsu, modò mollius solito fit instrumētum, modò durius. Duæ alterę, vbi languescat facultas, & vsus auctus sit, instrumentaq́; vel mollia, vel dura. Præterea aliæ duæ, quando valida sit facultas, sed remissus vsus, vnà cum variante instrumentorum differentia. Reliquæ duæ, quũ valens facultas sit, auctus vsus, accedatq́; instrumentorum, quam diximus, differentia. Ac languida quidē facultate simul & remisso vsu omninò in paruitatē & tarditatem mutantur pulsus, in vtraq; differentia instrumentorum. Cæterùm non redduntur necessariò crebri vel rari. Sed si parua facultatis offensio sit, nec insignis instrumentorum duritia, nihil crebritate pulsus variant. Siquidem non pulsus modò, sed vniuersæ actiones crebriores ob defectum euadunt, qui earum accidit singulis. Iam defectus, vsu æstimatur. Quum ergo remissus hic fuerit, paruaq́; læsio facultatis, nisi per instrumentorum nimiam duritiem, nihil in actione desyderabitur. At si facultas sit magnopere læsa, modicē vsus remissus, instrumentaq́; bene dura euaserint, non poterunt non pulsus fieri, quàm postulat vsus, minores: itaq́; imperfectũ simul officium: ac quanto quidem imperfectius, tanto etiam crebrius. Verùm prout facultas plus vel minus, aut vsus offensus est, etiam pulsus ipsi necesse est plus vel minus ad paruitatē transeant & tarditatem. Nec verò existimandum est, alterationem pulsuum quæ ex omnibus simul causis moderatē oblæsis procedit, maiorem oportere ea esse, quam facit vna. Possunt siquidem, vel ob vnicam tantùm causam exactē affectam, ad vltimā deuenire ipsi pulsus alterationem. Igitur facultas extremē deiecta, minimos efficit pulsus, etiam si molles quidem tunicæ instrumentorum sint, vrgeat autem necessitas. Itaq; ad pulsus extremos constituendos, interdum plures causæ desyderātur: interdum satis est vna. Maximus

Actiones omnes reddi crebriores, ob defectum qui accidit illis.

Facultas extreme deiecta, minimos efficit pulsus.

quippe pulsus neutiquàm fieri possit ob facultatis robur summum, citra opem aliarum: minimus autē non nunquam ob imbecillitatē fit solam. Quare antē omnia in pulsuum alterationibus, attēdenda quantitas est causarum offensionis. Vt autem ad tertiā & quartam coniugationem explicandas nos cōuertamus, vbi languescat facultas, vrgeat vsus, durumq́; instrumentum sit, potissimũ ad crebritatem, deinde ad paruitatem, postea ad tarditatem pulsus videbis vergere: non necessariò tamen, nec perpetuò, nec etiam in quolibet illorum, nec simul concurrunt omnia. Etenim vbi læsæ insigniter sint oēs causæ, minimi, creberrimi, & tardi ipsi pulsus fiunt. At si offensio sit instrumentorum & facultatis parua, ac generationis eorum multus vsus, hi non erunt iusto minores, nec tardiores: imò interdũ manifestē celeriores: maiores autem si non apertē, pares certē perspicuē moderatis. Si verò infirma facultas sit, & maior vsus, vnà cum mollitudine instrumentorum (quod in quarta coniugatione contingit) si quidem permultum vsus non crescat, nec longē à natura absint facultas & instrumenta, multo magis increscet pulsus in magnitudinem, quàm in celeritatē. Crebrior etiam iusto erit, sed non perinde ac ille tertii complexus, ꝙ vsui q̃ ille, magis hic satisfaciat. Quòd si paululum vsus & facultas à naturali statu deflectant: instrumenta verò multum ad mollitiē desciscant, ad mediocritatem pulsus horũ affectuum accedent, tum quātitate distentionis, tum qualitate motus, præterea quietis tempore, tantumq́; vna occursus mollitudine statũ naturalem excedent. Si verò non ita deflectant multũ vsus & instrumenta, facultas aũt vehemēter laboret, tales pulsus admodũ parui erunt & crebri: modicē verò tardi. Si aũt durum sit instrumentum, facultas valida, & vsus remissior (hoc enim erit quintũ coniugiũ) minores pulsus gignentur, non tũ necessariò tardio-

res, ſicuti nec crebriores. Verùm ſi admodum remiſſus ſit vſus, & inſtrumenta modicè dura, non minores modo, verùm & perſpicuè tardiores, atq; rariores fient. Si vitium vſus, à vitio inſtrumentorum vincatur, abundè fuerit is pulſus paruus, & creber. Si verò inſtrumenta ſint mollia (quemadmodum per ſextam coniugationem) neutiquàm minor quàm naturalis, quod quidem conſpici poſſit, pulſus ipſe videbitur: niſi ſingulariter vſus ſit iminutus: & omninò hoc rarior apparebit, quo diſſolutior ſit vſus. Porrò ſi vſu aucto, facultateq; valente, mollia ſint inſtrumēta (hāc enim conſtituo coniugationē ſeptimam) prorſus magni erunt pulſus & celeres: crebri verò nō ſemper, ſed vbi modicè ipſe vſus increuerit. At ſi arteriarum duræ ſint tunicæ (quæ octaua & vltima eſt coniugatio) ſi parua quidē durities ſit, ſed vſus inſignis mutatio, maiores, celeriores, crebrioresq;, quàm iuſtū ſit, ipſi pulſus euadent. Sin autem æquo vtraq; cauſa, nec illo admodum lōgo interuallo, à natura deflexerit, pares quidem naturalibus, ſed celeriores atq; crebriores fient. Iam ſi inſignis læſio vſus & inſtrumētorum ſit, vt hæc planè duriora ſint reddita, ille vrgeat impenſè, celeriores etiānum moderatis erunt, minoresq; & crebriores. Quum igitur à valida facultate vehemēs diſcludi pulſus non poſſit, nec mollis à mollibus inſtrumentis, ſi quando pulſum deprehenderis celerem (qualem diximus familiarem eſſe robori facultatis, vſuiq; vrgenti, & mollitudini inſtrumētorum) ſi quidem cum neutro illorum celeritas ſit coniuncta, intelligas eum pulſum oriri à ſolo vſu vrgente: ſi verò cum altero, omninò ex illo orietur, quod ſignū tale producet: neceſſarioq; etiam ex incremento vſus. Non poſſunt ſiquidem celeres pulſus exiſtere, ſicuti nec magni, niſi vſus poſtulet. At quatenus ad robur uel imbecillitatē facultas tranſiit, ex propriis eius pulſibus dignoſcas li-

Pulſus nec celeres poſſe eē, nec magnos, niſi uſus poſtulet.

cet. Eadem eſt ratio & in qualitate inſtrumentorū noſcenda. Quantus aūt pulſuum generatiōis ſit uſus, colligendum eſt ex commutatione magnitudinis crebritatis, atq; celeritatis. Si enim pulſus maximus ſit, creberrimusq; & celerrimus, ſummè vrget vſus. Sin magnus tantùm, & paulò celerior ſit, non tamen maximus, nec creber, vſus non erit magna immutatio. Ex aliis etiā ſignis, citra pulſus, ipſe vſus cognoſcitur. Nā ſiue copioſus ſit calor, ſiue exhauriatur animalis ſpiritus, id haud magno negotio exploratur: quòd videlicet calor quidem tactū non fugiat: ac præterea ſpirandi difficultate, ſiti, atq; interno laborantis ſenſu prodatur: animalis autem ſpiritus, abſumatur in iis qui exercentur immodicè, ac per halitum digeruntur: & quibus humores fluunt ad interna.

Calor quibus ſignis deprehēdatur.

Animalis ſpiritus in quibus ſoleat abſumi.

GALENI PERGAMENI DE CAVSIS PVLſuum, Lib. II.

INAEQVALIVM PVLſuum, quidam in arteriæ vno motu labefactant ęqualitatem, alii illā euertunt in pluribus: quam medici collectiuam inæqualitatem appellant. De cuius ſanè cauſis primo loco conſyderabimus. Comitantur enim eiuſcemodi pulſus inæqualem cordis temperiem, vitiaq; inſtrumentorum & facultatis. Nam aut obſtructionibus, aut compreſſionibus, aut duritiei, aut plenitudini ſuperueniūt: Sic vt intelligas plenitudinem quę æſtimatur ad vires, ſeu facultatem. Quum igitur tres cauſæ ſint continentes pulſus generationis, inſtrumentum, facultas, & vſus: non poteſt ex vſus alteratione cōſtitui collectiua, quæ aperta ſit, inæqualitas: quòd nec repentè, nec cumulatè

Pulſus inęquales a qbus cauſis proficiſcantur.

Pulſuum generationis cauſæ cōtinētes ſunt tres, inſtrumentum, facultas, & uſus.

adeò vnq̃ immutari vſus poſſit, vt pulſus, verbi gra-
tia, prior ſit magnus, vel celer, vel crebrior: alter tar-
dus, vel paruus, vel rarus. Cæterùm non quos rõ colli
git eſſe impares, uocare inęquales ſolemus: ſed quos di

Iracũdia eſt ueluti innati caloris feruor.

lucidè comperimus ſenſu tales exiſtere. Porrò iracun
dia (quæ videtur innati caloris eſſe veluti quidam fer

Iracundia, dũ illi eſt timor adiũctus, pulſus inæquales efficit.

uor) habet ſanè interdum & ipſa inæquales pulſus: nõ
illos quidẽ ſua ſponte (ſemper enim haberet tales) ſed
vbi adiunctus ad eam aliquis timor fuerit. Iure ergo
tunc & inæquales apparent, quum non tantũ à diuer-
ſis alterentur cauſis, ſed etiam natura contrariis. Nam

Timorem eſſe affectũ iracundiæ contrariũ.

propter vindictæ cupiditatẽ, alti, magni, celeres, vehe
mentes: quia verò timor eſt maior accipiendi mali, q̃
ſpes inferendi, parui, humiles, languidi, & tardi fiunt.
Quare inuicem vtriq; pro cauſæ præpollẽtis natura,
videnť variari: ac excellit modò quidẽ ira: modò me-

Timor uehemẽs, qua rõne pulſus inęquales efficiat.

tus. Quin imò, ipſe timor vehemens exiſtens, inæqua-
les efficit pulſus, idq́; nõ vſu, ſed facultate oblæſa, nec
imperante oĩbus inſtrumentis. Non tñ omni faculta-
tis læſioni ſuccedit collectiua inæqualitas. Siquidẽ quũ
per ſe infirma eſt, gignit pulſus non ita crebro inæqua
les. Vbi verò ſuapte natura eſt valida, opprimiť autem
à copia humorũ, aut etiam cõtumacia inſtrumẽta for
titur, tunc illã inæqualitatem efficit. Quũ itaq; delapſa
in imbecillitatẽ inſignem facultas arteriæ fuerit, pul-

Facultas arteriæ extreme imbecilla, uel aliqua mole humorũ oppreſſa, quos pulſus edat.

ſus æduneť languidi, parui, tardiq́;. Sin illa, quantum in
ea eſt, valeat: ſed aliqua copia opprimať, varios ita &
inæquales cõficit pulſus: plurimos quidem, languidos,
tardos, & paruos, quũ videlicet graui onere eſt preſſa:
plurimos aũt vehementes, celeres, atq; tardos, vbi le-
uiori. Quòd ſi nec admodũ grauis, nec nimiũ leuis of-
fenſio ſit, contrarii ex æquo, pareſq́; numero ipſi pul

Inſtrumentorũ uitia quõo inæquales pulſus efficiant.

ſus cõſpirant. At inſtrumentorũ vitia, in hunc mo-
dum gignũt inæqualitatẽ. Vbi enim circũiectas regio
nes arteriæ, quæ ad hoc deſtinatæ ſunt, vt illam diſten

tam excipiant, aliud corpus inſederit, non põt per il-
lud reſtrictæ arteriæ diſtendi ſatis. Itaq; ſingularũ actio
num defectus, * tandẽ confertim vnum magnũ opus
abſoluit: q̃ alioq vſus non expleať. Quo tempore vio
lenter & vehementer agere ipſa facultas cogitur, vt
explodat omninò illa, quæ ſua inſtrumẽta obſederũt,
& prohibuerunt motu. Ac ſic ſanè maiorẽ prioribus,
& vehemẽtiorẽ, & celeriorem, neceſſe eſt pulſum eua
dere: qui etiã crebrior * vel ab ipſo principio fuerat:
quandoquidẽ imparium vſui actionum, neceſſariò co
mes eſt crebritas. Si igiť parem impetũ facultas in om
nibus, quæ cõſequunť, diſtentionibus retineret, æquè
magni ſemper fierent, & vehemẽtes, & celeres pulſus:
quia verò nõ retinet, ſed refert ſe ad priſtinũ motum,
ne in caſſum defatigetur, varia oritur, & continua in-

Pulſuũ inęqualitatẽ accidere interdũ ob ſanguinis copiam in uenas aut in arterias infuſam.

æqualitas. Accidit etiã interim inæqualitas ob ſangui-
nis copiã, aut in venas, aut in arterias ipſas infuſam.
Ea tñ facillimè ſanguinis detractione ſedať. Siquidem
ſanguinis copia in uenis, vicinas arterias non ſecus ac
tumor præter naturã conſtringens & premens, ſi per
venæ vacueť ſectionem, ſubitò arteriis amplum exhi
bet locũ. Quòd verò ſanguis in ipſas arterias influẽs,
præcipuè ſi craſſus vel lentus ſit, viã intercipiat ſpũs,
variasq́; & difficillimas edat inæqualitates, nemo eſt q̃
neſciat. Vbi igiť aut validè comprimunť, aut obſtruun
tur arteriæ, vel ſi integra ſit facultas, inæqualitas corri
pit pulſus. Quòd ſi vnà cum inſtrumentorũ affectu, fa-
cultas etiã perpeſſa fuerit, clariſſimũ eſt, magis variam
inæqualitatẽ exiſtere. Verùm ſi inſtrumentorũ illæſus
ſtatus ſit, ſed magnopere facultas infirma, decurtata
inæqualitas fiet. Ab admotis enim digitis victa facul-
tas, minores ſemp imbecillioreſq́; pulſus creat. Cæ

Facultatis ob læſiones diuerſæ, uarias pulſuũ inæqualitates producũt.

terùm ipſarũ facultatis imbecillitatũ, quæ quidem pri
ma & exigua exiſtit, minores, lãguidioreſq́;, non aũt
decurtatos pulſus efficit. Quæ verò eſt hac tanto ma-

ior, vt iam facultati sint oneri applicati digiti, hæc pulsuum decurtatorū est causa. Quorū ii quidem, qui ad pristinum reuertunt motum, reciprociq; vocant, minorem imbecillitatē ostendunt: qui vero alicubi restitant, maiorē. Quemadmodū si perfectè pulsus deficeret, extremam imbecillitatem nunciaret. Verùm hæc omnia exploranda esse applicitis arteriæ digitis, non suspensis, apertissimum est. Differt autem abolitio pulsus, ab eo deficiente, quod illa quidem veluti priuatio sit totius functionis: hic, dimidiæ tantùm amissio. Qui sanè deficiens pulsus, quantò decurtatis est grauior, tantò leuior existit ipsa pulsus abolitione. Atque hi quidem tres status quantitate noxæ differunt. Quartus est reciprocorum decurtatorum: nēpe omnium leuissimus. Quintus his additur intermittentiū, qui præcedit deficientium statum. Quod enim in vno aut altero erat, aut certè in numero pulsuum certo, id status deficientium, in omnibus efficit. Porrò intercidentes pulsus, contraria ratione, ac intermittentes, noscuntur: qui quidem etiam inter inæquales, qui aceruatim fiūt, consistunt: inciduntq; vbi valens facultas, copia humorū, vel instrumentorum obstructione impeditur. Vt ergo ad repellenda quæ molestant, maiores sæpe & vehementiores ædit, celerioresq; pulsus: ita plures quoque in eiuscemodi præsertim statibus, atque alti pulsus fiūt: itaque decretoriam excretionem portendunt. Nec verò tantùm facultatis infirmitas inducit intermittentē pulsum, sed instrumentorum etiam valida obstructio, compressioq; & constrictio, vbi in se nihil prorsus arteriæ allicere valeant. Nunc verò de causis inæqualitatis in vno pulsu est agendum. Solet igitur celeriter quidem primùm concitata arteria, deinde parua interposita quiete, motu quodam tardo reliquum distētionis absoluere, dum & vsus vrget, & facultas, quantùm in ea est, obsecundat: interrumpitur tamen ab instru-

Decurtatorum pulsuum discrimen.

Pulsuum abolitio a deficiente pulsu quō differat.

Pulsus decurtati reciproci.

Pulsus itermittentes.

Pulsus intercidentes.

Decretoriā excretionē q pulsus indicent.

Intermittens pulsus a qbus causis oriri possit.

Inæqualitatis in uno pulsu causæ.

mentorum vitio, aut ab humorum insigni abundātia. Etenim facultatis robur, prioris motus celeritas indicat: sicuti vrgentem vsum, motus qui sequitur quietē. Quippe nisi vsus vrgeret, nūquam inceptum motum facultas absolueret, sed vbi inhibitus primùm eius motus esset, ibi desineret distentionem, vnumq; hunc faceret paruum pulsum. Est & alia differentia distentionis per mediam quietē distinctæ, in qua motus vtrinque est celer. Videturq; tunc facultas propriam contentionem tueri, copiæq; humorū reluctari: quare differentia hæc omnium est saluberrima. Est præterea quidam alius status medius inter vtrūque, vbi motus secundus, medius est inter tardum & celerem: hoc est, moderatus. Hæ sunt tres differentiæ distentionum quiete interpellatarum. Sunt præter has & tres aliæ, vbi tardo priore motu, alter trifariam variat: vt aut tardus, aut celer, aut moderatus fiat. Ex quibus pessimus est, qui pulsus vtrūque motum tardum habet. Ac longè hoc cōmodior, in quo celer alter: medius inter vtrūque, ubi sit moderatus. Haud aliter quum à primo motu moderato, alter tribus modis conuertitur, commodiorem significabit statum celer motus: perniciosiorem tardus: medium moderatus. Quin etiam tempus quietis, quo fuerit in singulis harum differentiarum longius, hoc est deterius. E diuerso, diuturnius motuū tempus meliorem declarat statum. Præterea vtriusque distentionis magnitudo, optima: contra pessima, est paruitas. Similiter vehemētia optima: remissio pessima. Quòd si omnia quæ commemorauimus mala, in vno pulsu conueniant, hic illorum pessimus erit. Contra, si omnia cōmoda, optimus. Transeundo autem ad eos pulsus, qui totius distentionis habent quidem perpetuū motum, non vniuersum tamen pari celeritate, certè qui iam inde ab initio in celeritatem insurgūt, minus onerari facultatem annunciant: qui contra, magis. Cæte-

Distentionum pulsus qete interpellatarum, tres differētiæ.

rùm facultate oppreſſa, nullus horum exiſtit. Eſt au-

Pulſuū in contraria affatim permutatorū, quid propriū.

tem proprium iis qui in contraria affatim mutantur,
non ſolùm grauari facultatem, ſed etiā obſtrui, & pre
mi inſtrumenta. At in contraria affatim mutari intelli
go, ſi quum moueātur celeriter, ſubitò fiant tardi: aut
ſi ex tardo primo motu euadāt celeres. Oriūtur enim
hi, quum ex obſtructionibus & compreſſionibus, tum
ob facultatem, humorum colluuie oneratā. At ve-

Vibratus pulſus unde fiat.

rò vibratus pulſus fit, facultate exiſtēte valida, inſtru-
mento duro, vſuq́; vrgente. Quorū ſi abſit quicq̄, *mi

Vſus quando urgeat pulſuū.

nimè vibratus exiſtet. Cæterū uiolenta duræ arteriȩ di
ſtentio, proximè illi⁹ gñationē ꝯſtituit. Vrget aūt vſus,
ubi functio ipſi nō ſatisfacit, idq́; aut ob propriā imbe
cillitatē, aut contumaciam inſtrumentoꝝ, vt etiā ma-
iorem vſum. Quum igit̄ in propoſito pulſuū genere fa
cultas requirat̄ vegeta, relinquit̄ ut uel uſu increſcēte,

Vſus pulſuum abundātia caloris augetur, uel exhauſto animali ſpū.

vel redūdantibus inſtrumentis, uel utriſq; iunctis, diſtē
tio in uibratis pulſibus, ipſi uſui ſit ĩpar. At uſus, abun-
dantia caloris auget̄, vel exhauſto animali ſpiritu. Con

Inſtrumēta cōtumacia quomodo fiant.

tumacia inſtrumēta fiunt, ob obſtructiones, cōpreſſio
nes, atq; duritiē. Quæ ſanè durities inflāmatis, ſcirrho
affectis, reſiccatis, ꝑfrigeratis, ac deniq; diſtētis accidit
inſtrumētis. Itaq; iam oēs inuenimus cauſas originis ui
bratorū. Nam intēperata inæqualitas, ſi progrediat̄, ui
brationē quidē augebit, non tñ̄ cauſa eſt eorum gñā-

Dicroti pulſus (q̄ neceſſario enim uibrat⁹ eſt) generatio.

tionis. Dicrotus aūt pulſus (q̄ fieri non pōt, quin ſit vi-
bratus) in hunc gignit̄ modum. V bi parte illa arteriæ,
quā tangimus, duriores ſint, frigidioresq́;, atq; ita dif
ficilius moueant̄, partes utrinq; ſitæ, quas non attingi-
mus: ac deinde partē mediā diſtentione ſua concitaue
rint, retraxerintq́; intrò, ac ſecū rurſus extulerint, bis

Dicrotus tantum pulſus, q̄ dicatur.

neceſſe eſt ipſe tact⁹ feriat̄. Atq; huiuſcemodi pulſus eſt
dicrotus tantū: non aūt uibratus perſpicuè. Alter uerò

Dicrot⁹ uibratus unde.

qui iuxta & ſatis uibràtus eſt, & dicrotus, fit ad hūc mo
dum. V bi enim arteriȩ ſublatæ cū uibratione, pars illa

quæ ſola cute eſt intecta, iactetur facilè, aliæ aūt partes
utrinq; ſitæ, craſſitudine numeroq́; onerent̄ corporū
incumbentiū, adeò ut ne motus quidē earum occurrat
tangentibus: neceſſe tum eſt, parte hac, quȩ eſt aperta,
omni iam ſublata, reliquas nō manifeſtas, quæ utrinq;
ſunt, adhuc attolli: ac proinde etiā media, quȩ delata iā
dudū eſt, de integrò unà cū illis quæ utrinq; ſunt, attol
letur: ita vt redeat, occurratq́; iterū foris ipſam tāgen
tibus. Planū eſt igit̄ dicrotū pulſum, interim ex magna
intemperie ortū trahere, paruaq́; duritie arteriæ: inte
rim ex ingenti duritie cōiuncta cum intēperie aliqua,
vel craſſitudine, vel colluuie humoris, uel carnis. Ca

Caprizātis dicrotiq; pulſus diſcrimen:

prizanti uerò pulſui hoc cū dicroto cōuenit, ꝙ bis pul
ſat: cauſa aūt non conuenit. Neq; enim cū inſtrumen-
torum duritia neceſſe illi eſt, nec cū intemperie, ut iun
gatur. V erùm ubi facultas contentionē natiuam reti-
net, arcetur aūt à motu, uel ob humorū colluuiem, vel
obſtructionē, uel compreſſionē inſtrumentorū, quies
tum diſtentionē intercipit. Cuius altera pars poſt quie
tem, iure robuſtior eſt illa, quæ eā antecedit, ꝙ ab ĩpe-
tu collectæ facultatis oriat̄. Quòd ſi etiā ille ſecūdus im
petus inferior atq; ĩbecillior fuerit, erit ſanè is caprizā
te deterior pulſus: non tñ̄ dicetur caprizans. At vn-

Vndoſi & uermicantes pulſus ſola differunt quātitate.

doſi & uermiculātes pulſus, ſola differunt q̄titate, ſub
uno cōprehenſi genere. At ſunt ſanè inter eos nōnulli,
qui in diuerſis partibus arteriæ, inȩqualitatē, idq́; ĩ una
diſtētione, ſortiant̄. Sunt aūt illorum gñationis cauſæ,
imbecillitas facultatis, uel copia humorū, uel inſtrumē
torum ſumma mollities. Nam quū uis à principio in ar
terias permeans, totum uas attollere pari firmitudine

Arteriarū partes oēs, dū pro naturæ modo ſe habent, eodem mouētur tempore.

nequeat, hîc quæ propinqor eſt parti principi, motum
primò auſpicat̄: ſicuti q̄ remotior, ſerius. Id quod Eraſi
ſtratus ꝑpetuò fieri, cæterū falsò, arbitrat̄. Siquidē ne-
mo ignorat, oēs arteriarum partes naturaliter eodem
moueri tēpore. Raro aūt, idq́; præter naturam, partes

cordi uiciniores mouentur prius : ac dein remotiores.
Qui pulsus nec vndosus, nec vermiculās est, nisi etiam
hoc illi accesserit, vt quod fluere per arterias videtur,
sisti alicubi, & quiescere appareat: mox verò iterū flue
re, ac iterum retineri, atq; hoc per vniuersam arteriā.
Porrò qui ex his à copia humorum gignūtur, ab illis,
quos imbecillitas facultatis, citra humorum copiam,
induxit, sola magnitudine differunt. Vnde hi ob par-
uitatem, vermiculantes: illi ob magnitudinem, vndosi
appellati sunt. Et causam habent illi facultatis languo-
rem: hi abundātiam humorum. Sed consequunť etiam
extremam mollitudinem instrumentorū huiuscemo-
di pulsus. Cuius rei molles ac tenellæ virgæ, quæ vn-
doso modo tenduntur, nobis exemplum suggerunt.
Validam itaq; facultatem vndosus habet: cuius nimi-
rum ope, magnas poterit arteriarum partes attollere:
imbecilliorem vermiculans: ꝙ paruis interuallis tum
* ipsa facultas moueatur. Quem certè necesse est, in-
æqualem alioqui, etiam intermittentem euadere.

Vermicantes pulsus.

Decurtati etiam pulsus, consequuntur imbecillitatē
ipsius facultatis, à qua nimirum pulsus creantur. Vbi
enim à corde vis permeans in arterias singulas, magis
ac magis dissoluitur in partibus remotioribus, mino-
res tunc, languidioresq; necessariò earum motus fiet.
Si autem verum sit illud, reperiri nonnunquam mino
res motus in partibus origini propinquioribus, ad in-
æqualitatem intemperiei arteriarū causa id genus pul
suum est referenda. Siquidem instrumentum à pari ro
bore, eodemq;, si humiditate & calore sit modico tē-
peratum, facilius ac magis mouetur: squallidum autē,
aut impensè humidum, aut frigidum, lētius minusq;.

Decurtati pulsus unde proueniant.

Annuentes autem, & circūnuentes pulsus, fieri ali-
quando simili modo possunt: sæpe aliis de causis acci-
dere. Si enim valida sit facultas, corpora autem incū-
bentia arteriis, marcescant, qua parte illorum maxi-

Annuētes pulsus, circūnuentesq; unde gignantur.

mè marcida, atq; eo leuiore, emicare motus possit, ibi
etiam maximè illius magnitudo elucescit. Quòd si hu
ius partis dilatationem aliis vtrinq; minoribus compa
res, decurtatum motum in vtrisq; partibus cernes. Id
quod fieri in facultatibus validissimis nequit. At ve
rò ex situ arteriæ fit inæqualitas pulsuum, vbi tendun
tur in illas corporis partes, in quas distorquentur. Por
rò inflammationes, scirrhi, abscessus, & crudorū quo-
rūdam generatio tuberculorum, ac breuiter oēs præ-
ter naturā tumores, vicinas partes ad sese trahere va-
lent. Squallida præterea durities, frigusq; immodicū,
nec non conuulsiua intentio, ac breuiter intemperatu
ra inæqualis, arterias ipsas distorquet. Conuulsiuus
autem pulsus ab ipsa specie, & affectu, quem denotare
solet, rectè nomen accepit. Tendi enim ad vtrūq; arte
riam putaueris, statimq; homo conuulsione corripiť.
Est enim confluxio vna (vt rectè dixit Hippocrates)
& conspiratio vna, & omnia consentiunt oībus, estq;
omnium natura communis. Nam nisi hoc esset, duo
animalia esset, non vnum, quisq; nostrum. Cor igitur
cerebro arterias, vinculū societatis, transmittit: cere-
brum neruos cordi, pari vicissitudine: qui quanquam
non magni sint, mandatum tamen rationis, perferre
possunt. * Singulis preterea arteriis fibræ à neruis de-
ductæ ad societatē cohærent, per quas fit mutuus qui-
dam, non modò actionum, sed affectuum etiam cōsen
sus. Nihil itaq; mirum, si quum vniuersum neruosum
genus coniunctum arteriis sit, cōmunis appareat affe-
ctus. Vt autem de alti, humilis, lati, angusti, longi,
& breuis pulsus etiam generatione dicamus, sciēdum
est, in valentibus oībus & ægrotantium plerisq;, dum
dilatantur arteriæ, nos earum superficiem * supernam
multo clarius percipere, q̄ partes obliquas, & quòd illa
propius ad nostrum accedat tactum, & ꝙ eum * pau-
cioribus interpositis corporibus feriat. Proinde si re-

Inæqualitatis ex situ arteriæ causæ.

Cōuulsiui pulsus causæ.

Confluxio in toto corpe est una.

Membrorum principalium necessitudo.

Arteriis singulis ineē fibras a neruis deductas.

Pulsus naturalis cur altior semper uideatur.

ctē expēdas, naturalis pulsus est altior, q deficiat semp
eius in latū motus: præpolleat aūt in altum. Verùm qa
is aliorum oīum nobis est mēsura & veluti regula quæ
dam, nec altū ipsum, nec angustū vocamus, sed mode
ratū, atq; inter oēs excessus mediū. Etenim longus &
breuis ad hūc collatus dicit. * At verò dū moderatū eū

Pulsus moderatus qui dicatur.

pulsum dicimus, nō sensum, sed naturalē proportionē
& mediocritatē, constituimus æqualitatis normā. Nā
si pro sensu iudiciū facias, in illo pulsu lōgitudo præstat
profunditati: quēadmodū hæc latitudini. Equidē altos

Pulsus alti, latiq;, ubi cernantur.

pulsus in iracūdia, & antè iudicationes, fieri manifestè
cōperio: latos aūt vtplurimùm in excretionib' decre-

Pulsus alti qui sint dicendi.

toriis. Pulsus igit moderati memores, si qn offendant
ipsius motus admodū altitudinem auctā, latitudinem
aūt, aut nihil, aut pa℞, rectè vocabim' eos pulsus altos.
Quòd si latitudini manifestū incrementū accedat, eos
magnos simul & altos dicemus. Si ambo increuerint,
altitudo simul & latitudo, sed non multū latitudinē al
titudo superet, hos magnos appellamus dūtaxat. Quū
verò eadē proportione altitudo adaucta latitudinē vin
cat, qua etiā in naturali pulsu superaret, is pulsus eādē,
quam moderatus, retinebit speciem. Itaq; non altus,
vt neq; ille, sed maior tātùm illo videtur. Quin etiam
eadem est & in longitudine ratio. Nam vbi eadē pro
portione augetur, qua prufunditas, & latitudo, uniuer
sum pulsum, vti diximus modo, repræsentat maiorē.
Quare vt magnus sit pulsus, non requirit ut pares sint

Pulsui magno gignendo qd requiratur.

motus qui in dimensionibus trinis augent: sed tantùm
vt proportione æquales existant. At constat eo℞ pro
portio, ubi nulla præter naturā insignis in crassitudinē
mutatio, aut in gracilitatē corporis fiat: præterea nec
siccitas īmodica, uel humiditas, uel maximæ distentio
nis necessitas. Perit aūt, aut perturbat, cuiuspiam ho℞
præsentia. Vt si cætera oīa se rectè habeant, facultas
aūt compellatur ita magnā facere distentionē, ut eius

tumorē circūiecta arteriis loca non capiant, in eo affe
ctu necessum est altus pulsus appareat. Dū enim in eā
attollit magnitudinem distentio arteriæ, ut nusq̃ coar
ctet, naturalem triū dimēsionum proportionē tuebit.
At coarctata, tantū detrahet de illa dimensione, quan
tum est progressu prohibita. Quocirca iratis, licet cor

Iratis fit pulsus altus.

pore sint optimè cōparato, fit pulsus altus. Distētionis
enim summū excessum, ne is quidē cōmodè ferat ha-
bitus: sed iam ex imo premit, & ex obliquo arteria. So
la ergo pars illius ea, quæ instrata sola cute est, nempe
superna, oēm calorē excipit: quare necessariò fit altus
pulsus. Ceterùm multis gracili corpore, nec facultate
admodū firma, pulsus, si irascant, magni, & nō alti vi-
dentur esse. Nam quū in altis pulsibus tantū facultatis
robur desyderet, ut maximam distentionē moliri pos
sit, & quā loca arterias ambientia excipere nequeant,
manifestū vtiq; est, in cōmemoratos affectus nō posse
altos pulsus incidere. Iam uerò, ubi naturali robore fa

Pulsus lat' qn accidat.

cultas aliquatenus deficiat, & latitudo sit insignis loco-
rum, pondusq; accedat arteriis ex superioribus parti-
bus, hic pulsus collatus ad moderatū, est latior. Etenim
aut altitudo īminuta, aut latitudo aucta, pōt latum pul
sum efficere. Inuenitur aūt motus nonnunq̃, qui qua-
tuor occurrat digitis, sed ita angustus & obscurus, vt
subtilis fidis spēm referat: atq; is quidē pulsus longus

Pulsus longus qua is, & quid significet.

vocat. Ac talis quidē pulsus, qui videlicet fidē, aut pilū
refert, non solū tunicarum maximā siccitatem oñdit,
sed etiā indicat facultatē imbecilliorē, q̃ quæ possit cō
tumax instrumentū distendere. Quid igit si hæc vera
sunt, * non stati talis pulsus fit breuis? An q huiuscemo
di pulsus, in tenui corpore, contentaq; & aliquāto du-
riori cute accidat? Eteni si cutis remissa & crassa, ma-
gnā partē motus * obscurat, utiq; tenuis simul cōten-
taq;, totū oīnò seruabit. Vñ liquet cōspirare gracilitatē
toti' corporis oportere, & duritiē cutis simul & instru

mentorum, cum facultatis imbecillitate, non summa tamen, ad talem pulsum gignendum. Ac vocatur quidem per excellentiam lõgus: propriè autem tenuis & gracilis. Nam propriè & absolutè dicitur longus, cuius neutram reliquarum dimensionum percipimus. At verò breuis fit pulsus, vbi in parua quapiam particula, arteria sola cute contegitur, ob idq; sensibiliter pulsat: partes autem ex vtroq; illius latere omnes in profundum merguntur: vnde prodere motum nequeũt sensibilem. Dicitur etiam per excellentiam hic pulsus breuis. Proprium tamen eius nomen est, crassus & turgidus. Nam qui simpliciter breuis est, vel ex corpulẽtia nascitur, vel ex paruitate. Proximum est vt de ordinatis & inordinatis agamus. Qui quidem quandoquidem inæquales omnes sunt, sed in eo variant, q̃ æqualitatẽ hi certis orbibus seruent, illi confusi vndequaq; sint: intelligendum est, causam, quæcũq; inæqualitatẽ efficiat, semper firmã in ordinatis & fixam esse: in inordinatis autem, nequaquam. Insuper ordo, vt æqualitas, naturæ, si quid aliud, est familiaris. Quare si alterũ eorum sit cõturbatum, minorem significat offensam: sin vtrũq;, maiorem. Concurrunt autem ambo in inordinatis: alterum in ordinatis qui sunt inæquales.

Pulsus longus qui proprie dicatur.

Pulsus simpliciter breuis q̃ fit.

Pulsus ordinati, inordinatiq; causæ.

Ordo æqualitasq; naturę familiaris existit.

Quod verò ad mutatorum rhythmorũ causas pertinet, si rectè quidem est demonstratum, allici per arteriarum dilatationes aeream quandam substantiam: in contractionibus autem excrementa excerni, & quasi fuliginem adustorum humorum: certè necessum est, quum distentionis vsus instet, maiorem fieri, celerioremq; distentionem: quum cõtractionis, contractionem. Quam ob rem, quibus in ætatibus plurimi insumuntur humores, ac proinde plurimum excrementi colligitur (semper enim quantitati confectorum succorum, excrementorum respondet quantitas) quæ sunt vsq; ad iuuentutem, in iis nonnihil cedit contractioni

Rhythmorum mutatorũ causæ.

Arteriæ dilatatæ trahunt aerem: contractę expellunt fuliginem.

Excrementorũ quantitas respondet quãtitati confectorũ succorum.

ctioni distentio. In quibus autem paucissimi (quod cõtingit in senibus) longè maius est distentionis tempus tempore contractionis.

GALENI PERGAMENI DE CAVSIS PVLSUUM, Lib. III.

QVANDOQVIDEM pulsuũ alterationes, quæ ex primis & pręcipuis causis proficiscuntur, abundè * sermo antè habitus enarrauit, illas nunc explicabimus, quæ ab aliis omnibus fiunt, quæq; nõ per se planè, sed q̃ mutent primas, causæ pulsuũ vocant. Cęterùm quia hæ partim præter naturã sunt, partim naturales, partim etiã inter has medię, quas nõ naturales appellant, rõni videtur cõsonum, vt à naturalibus exordiamur, idq;, eundẽ sequentes ordinem, quem in libro tyronibus descripto obseruauimus.

Causarum differẽtia triplex.

Viri igitur * in vniuersum, mulieribus habent pulsum longè & maiorem, & vehementiorem, paulo tamen tardiorem, sicuti & satis rariorem. Siquidẽ quum mas sit calidior & siccior fœmina, necessum est vsum generationis pulsuum, & instrumentorum * constitutionem, differre in illis: ac proinde ipsos pulsus. Atqui copiosi caloris magnum pulsum esse familiarem ostendimus. Igitur quum mas sit nõ calidior mõ, sed multo calidior fœmĩa, vtiq; maiores, ac multo maiores q̃ illa pulsus habebit. Siquidem pro naturali temperamẽto, maior tantùm, nõ multo maior erit ipsius viri pulsus:

Viri in uniuersum mulierib* habẽt pulsum longe, & maiorẽ, & uehementiorem.

Mas est calidior & siccior fœmina.

si autem accesserit à peculiaribus vitæ institutis vtriusq; differentia (illa enim in otio viuit, hic in multis laboribus) vt sanè multo ita calidior vir redditur, sic pulsibus est quàm fœmina longè maioribus . Addidimus autē sermoni particulam illam (in vniuersum) vt studiosis vice stimuli esset, ad totius rei perscrutandum naturā. Sic enim statim de naturali differentia viri & mulieris meditabuntur, reperientq; vniuersum genus in omnibus animalibus, masculinum valentius fœmineo esse. Cæterùm secundum alias differētias præter naturam (vt videlicet si hominem frigido præditum temperamento, molliterq; educatum, cum biliosa viragine cōferas) certè in muliere ipsa reperies quàm in viro pulsum longè maiorem . Naturalis itaq; differentia , vt maris quidem ad fœmellam, maiores tantùm , atq; vehementiores : vt viri autem ad mulierem, multo maiores ac vehementiores pulsus producit: quòd nimirum viris naturale robur laboribus crescat . Quin etiam & facultatis robur, quod maribus adest, & ipsum aliquid confert ad magnitudinem pulsuum. Quippe validis facultatibus magni pulsus peculiares existūt. Taceo totum corpus virile, ad perspiratum esse optimè comparatū, purum, excrementisq; vacuū, neq; compressum: fœminis autem contrario modo dispositum . Quare ut illorum habitus ad magnitudinem, sic harum ad paruitatem pulsus videtur aptus. Nam et si ipsis adsit instrumentorum mollities , quæ ad pulsus magnitudinem facit, plures tamen fortiores quàm aliæ sunt paruitatis causæ: nec plurimum viri à mulieribus dissident mollitudine . Quòd si multo mulieris instrumentum sit mollius, quum facilius sic cessurum humoribus infestantibus, id ipsum erit etiam in causa, ut minores in eis pulsus fiant. Est autem mulieris pulsus celerior quidem pulsu virorum, non tamen excessu insigni. Siquidem quum earū pulsus sit multo minor , quàm ut pos-

Viris naturale robur laboribus crescit.

Facultatib⁹ ualidis magni pulsus peculiares existunt.

Mollitiē instrumentorum, ad pulsuū magnitudinē facere.

Mulierum pulsus est, quàm uirorum, celerior.

sit vsum explere, auget quantum potest celeritatem, cui eandem ob causam accedit crebritas . At verò infans masculus maiorem tantùm, vehementiorem, rariorem, non item multo, pulsum habet , quàm infans fœmella. Qui natura calidi sunt, multo habent maiorem, celeriorem, atq; crebriorem pulsum: non autē multo vehementiorem. Cæterùm impræsentiarū calidos (vt moris est) dicimus, qui humiditate, siccitateq; temperati quum sint, caliditate exuperant. Hi igitur quo calidiores sunt temperatis, eo maiores habēt, celeriores, atq; crebriores pulsus. Cur autem nō multo vehementiores, id quidē iam exposuimus prius, de ipsoq; nonnihil postea dicetur. Graciliores citra ullum affectum alium, maiorem, rarioremq; multo, vehementiorem paulo pulsum sortiuntur. Nam quū gracilitas ipsa, regiones arteriarum magis dilatet, leuioraq; incumbentia corpora reddat, pulsibus magnitudinem haud contemnendam conciliat. Atqui, vbi pari relicto vsu, crescit magnitudo, rariores tunc necesse est pulsus fiant, idq; tanto, quanto scilicet sunt maiores. Maiores verò erant multo: proinde rariores etiā multo erunt. At vehementiores esse apparebunt, non quòd vllum acquisierint robur : sed quòd magis prodant quam habebant tensionem. Pro ætatibus hoc pacto pulsus variātur. Infantis pulsus creberrimus est: rarissimus senis : omnes qui inter hos intercedūt, pro portionem seruant , prout vel ad puerum, vel ad senem accedunt, propius . Celerrimus item pueri pulsus , tardior senis existit . Reliquarum ætatum pulsus ambigunt inter hos . At senex à puero , longè magis raritate , quàm celeritate distat . In vehementiæ & magnitudinis differentia, maximus est, vt in ætatibus, pulsus iuuenum: minimus senum: medius & paulo maior pulsus puerorū . Iam vehementissimus iuuenum: languidissimus senū: medius inter hos, puerorum est pul-

Calidiorū natura, pulsus.

Graciliorū pulsus quales.

Pulsuum secūdum ætates discrimina.

Iuuenum pulsus est maximus.

sus. Etenim quum calore nõ pauco pueri præditi sint, substantiã quoq; quæ refrigeret illum, non paucã postulant. Quin etiam substantiam animalis spiritus in illis non tantùm nutriri oportet, vt in adultis, sed etiam vnà cum instrumẽtis augeri. Itaq; his nominibus pueri magnis dilatationibus egent. Quia verò etiam humores exhauriunt plurimos (videlicet nutrimenti & incrementi ratione) ob idq; fuliginosorum excremẽtorum aceruum per totum corporis habitum contrahant, vtiq; desyderant etiam arteriarum maximas cõtractiones. Maximum ergo, simulq; celerrimum pueri vtrũq; motum requirunt: sicq; infra vsum est functio in iis. Nam licet quammaximè celeres sint, & magni, vsum tamen non explent: quare hîc crebris opus est motibus. In senibus autem planè contra habet: calor paucus, cui par est generatio fuliginosorum excrementorum, spiritusq; animalis nutritio. Iure itaq; habent contrarios illis pulsus, paruos, tardos, & raros. Sunt ergo pulsus puerorum magni, si cum magnitudine eos arteriarum conferas: parui autem, si quantitatẽ tantùm distentionis spectes, eamq; ad pulsus iuuenum conferas. Sed tamen non maximos pulsus sortiuntur pueri, ne si ad magnitudinem quidem eos arteriarum perpendas. Siquidem q̃ nec facultas eorum peruenia ad summum robur, & coarctentur in eis molles arteriarum tunicæ, multum de maxima distentione detrahitur: tametsi pulsus eorũ medium superet. Porrò mollitudines instrumentorum, quæ remotæ à coarctatiõe sunt, ad pulsuum magnitudinem conferunt: quæ uerò premuntur atq; grauantur, ad paruitatem: præcipuè si facultas destituatur robore. Quum autem vtriusq; motus plurimus infantibus vsus sit, minimus senibus, & omne interpositum tempus ætatum vtrunq; vsum remittat, magis autem contractionis, rationi consonũ est, vt quantum à pueris recedant ad senes, tanto sem

Puerorum pulsus celerrimi, magni, & crebri.

Senum pulsus parui, tardi, atq; rari.

Mollities instrumentorum quãdo ad pulsuum magnitudinem conferant: & quãdo secus.

per vtrũq; motum habeant tardiorem: magis autem contractionis. Atq; ex his nascuntur differentiæ rhythmorum pro ætatibus. Est autẽ vehementissimus iuuenum pulsus, & languidissimus senum, quoniam illis quidem facultas validissima est: his debilissima. In aliis etiam ætatibus, pro robore illarum vel imbecillitate pulsus remissione & vehementia different. At uerò, pro anni temporibus, medio quidem Vere pulsus maximi & vehementissimi sunt vt in temporibus: celeritate verò & crebritate commoderati. Pari modo medio autumno. ✱ Progrediens autem Ver, nonnihil de magnitudine & vehementia detrahit, sed auget celeritatem & crebritatem: ita vt ineunte æstate iam languidi, parui, celeres, crebriq; fiant. Autumni progressus cuncta imminuit, magnitudinem, vehementiã, celeritatem, & crebritatem. Sic ineunte hyeme in paruitatem conuertuntur, remissionẽ, tarditatem, & raritatem. Respondet autem initium veris, extremitati autumni: illius finis, initio huius. Aestatis item principium, suo, & principiũ hyemis, suo fini. Proinde quæ pari spatio à media æstate & media hyeme in vtranq; deflexerunt partem, similiter variant. Porrò mædia æstas, partim conuenit cum media hyeme: partim dissidet. Nam parui vtrobiq; & languidi sunt: sed celeres, crebriq; æstate: tardi, rariq; hyeme. Nõ perinde tamẽ parui æstate ac hyeme: sed æstate minus. Nec ita hyeme languidi, vt æstate. Quæ igitur secundum tempora accidunt, ad has referuntur tres causas: ad vsum, facultatem, & instrumenta. Nam prout in ipsis horũ singula variant, mutantur pulsus. Ac medio quidem Vere, aeris status nos amplectentis, temperatissimus est: itaq; corpora etiam sunt sana. Siquidem eo præcipuè tempore, facultas est robustissima, & moderatissimus calor, nec non instrumenta ipsa libera ab omni excessu. Vnde & pulsus corporibus quidem optimè compa

Vere pulsus quales.

Autumno quales fiãt pulsus.

Hyeme quales fiant pulsus.

Pulsuum differentiæ secũdũ tempora referunt ad usum, facultatẽ, & instrumenta.

Ver mediũ esse tẽperatissimum: quo tempore hñt optime corpora.

Pulsus peculiares optime cōstitutioni corporis, quales.

ratis maximi & vehementissimi fiunt. Nam hi peculiares sunt validæ facultati, & moderato vsui, instrumentisq; naturali lege cōstitutis. Si verò vsus nōnihil mediocritatem excedat, non modò magni & vehementes, sed etiam celeres fient. Quòd si ne sic quidem functio expleat vsum, mutatio transibit in crebritatem. Aestate porrò crescit vsus, sed languescit facultas. Quam ob rem aliquatenus decrescit illa vehementia simul & magnitudo: sed tamen hæc minus. Nam quia vrget vsus, augetur nonnihil: vnde etiam celeritati & crebritati accedit momentum non contemnendum. Hyeme contra, quàm æstate est validior facultas: non æquè tamen ac Vere: sed vsus remittitur generationis pulsuum. Quare languidiores pulsus hyeme quàm Vere sunt, & vehementiores, quàm æstate: cæterùm satis sunt parui: quòd & facultas infra summum sit robur, & vsus remissus admodum: quæ ipsa in causa remissio est, cur tardi, rariq; existant. Iam verò, vbi Hippocrates dixit: quę augent, plurimū habent calidi, non simpliciter calidi dixit: sed innati addidit: ut qui alterū sciret calidum acquisititiū esse, cuius magna copia iuuenibus suppetit. Est enim tēperatus calor natiuus: acquisititius autem intemperatus, & quasi igneus. Similiter quando inquit. Ventres hyeme & vere natura calidissimi sunt, de calore natiuo intelligit. Quem quidem quum obtineant æstate paucissimum, aduentitio calore abundant: vnde marcescit potius, quàm nutritur, corpus. Ad hæc is aduentitius calor, tantum abest, vt functiones meliores reddat, vt eas etiam longè inferiores efficiat illis, quæ à moderato proficiscuntur. Pro regionibus etiam, perinde vt pro natura temporum. In vehementer calidis, sicuti media æstate: in magnopere frigidis, vt media hyeme: in temperatis, ita vt medio Vere. Ad harum proportionem, quæ medium locum sortiuntur. Simi-

Aestate crescit usus pulsuum, sed languescit facultas.

Hyeme augetᷓ facultas, sed pulsuū usus minuitur.

Crescentia plurimum habent calidi innati.

Calor innatus est tēperatus: ut acquisititiˀ intemperatus.

Calor aduentitius functiōes reddit imbecilliores.

Pulsus immutari a regionibus, non secus q̄ a tēporibus.

liter alii status aeris nos circundantis, calidi quidem, temporibus calidis: frigidi frigidis: medii medio Veri respondent. Prægnantium pulsus, maiores, crebriores, & celeriores sunt: * cætera verò tuentur. In eis siquidem, præter vsum, priorum mutatum est nihil. Increscit autem is, & augetur, quòd mulier non sibi iam soli respiret ac pulset, sed fœtui etiam cogatur. Quare celeriores, maiores, & crebriores fiunt pulsus. Somni etiam, si quid aliud, inter naturalia censentur: qui & ipsi variant pulsus: initio siquidem minores, languidiores, tardiores, rarioresq; illos efficiunt: * procedētes, tarditatem pedetentim augent, & raritatem, præsertim à cibo. Tunc tamen sunt maiores, vehementioresq; pulsus: tandemq; si diuturni fuerint, ad remissionem & paruitatem redeunt, tarditatem & raritatem seruantes. Etenim facultas concoctrix per somnum se intrò recipit magis. Quum ergo intrò moueatur, conficiatq; materiam, primò quidem veluti imbecillior redditur, oneraturq;: paulò autem post, dum alimento fruitur, quod conficit, confirmatur ipsa, calorq; animantis augetur. Quia igitur oneratur facultas initio somni, atq; debilitatur, oportet minores pulsus & languidiores existere: at mox ea confirmata, è diuerso maiores, vehementioresq;. Cur autem concoctiones per somnum exactius fiant non in ventirculo modo, sed in arteriis & venis, non est huius loci explicare. At verò, quandoquidem dormientibus motus caloris qui foras tendit, est imminutus: viget autem, qui intrò: contractionē quidem oportet celeriorem fieri, distentionem verò, tardiorem: Ac proinde totus ille pulsus non est absolutè tardus, potius quàm velox: sed tantū altera parte tardus. Nam si motus qui intrò pergit, præpolleat, prorsusq; considerat: ac rursus inde incipiat, qui foras tēdit, haudquaq̄ hic pulsus distentionē producet plurimam.

Prægnantium pulsus maiores, crebriores, & celeriores.

Sōni quos pulsus faciant.

Concoctrix facultas p somnū se intro recipit magis.

Contractiones arteriarum per somnos cur celeriores ipsis dilatationibus fiant.

Si verò præpolleat motus qui cócitatur foras, cótrario existente debili, minimè sanè tunc ab extremo ordiur collapsu in distentione, ac summam tandem assequitur magnitudinem. Porrò dormiētium pulsus, qua parte foras mouetur, similis est vigilantium pulsibus: qua intrò, permultum videtur distare: q̄ terminos internos motuum sensus noster non assequatur. Minor tamen est, & languidior, præsertim in ipso principio. Præterea tardus in distentionibus est, & in contractionibus velox introq́; recurrens magis. Quare si vehementem eum in contractionibus dicas, nihil erres. Etenim excrementum fuliginosum, quod tunc ex confectis succis copiosius colligitur, arteria excernere vehementius desyderat. At verò vbi absolutè succi confecti sunt, si in somno permaneat homo, immoderatus erit vtiq; talis somnus: ob idq́; meritò vterq; motus erit minor, tardus, imbecillus, & rarus: quum nimirum somnus sit mortis frater. Nam si alimenti elaborationem excipias, quæ communis somno cum viuentibus adest, cætera mortem referunt: non videre, non audire, nihil intelligere, vel cogitare, vel sentire, rōne carere, ac breuiter, proiectum esse. Quid itaq; aliud est somnus, illo communi ablato, quàm ad interitū via?

Somnus post confectos succos perdurās, immoderatus existit

Somnus ē mortis frater.

Somnus est uia ad interitum.

Qui expergiscuntur, è vestigio pulsus magnos, vehementes, celeres, crebros, & cum quadam uibratiōe habent: qui mox mediocritatem assequuntur. Non perinde autem in somnum incidimus vigiles, ac ex somno euigilamur: q̄ hoc ferè subitò, illud omninò pedetentim fiat. Etenim turbulenta insomnia, vel si qs vociferetur, perstrepat, aut ipsum dormientem tangat, celerem sic, & subitaneam concitat mutationē. Quare tunc pulsus illi quos nuper commemorauimus, clarissimè percipiuntur. Fit autem somnus, vbi natiuus calor, aut ex fatigatione, & nimia siccitate ad alimētum sese conuertit: aut ob immodicam humiditatē foras nequit progredi. Quorum primus quidem saluber & naturalis existit: secundus autem, qualis est in comatibus & lethargis. Cui opposita est phrenitidum & vigiliarum non naturalium vigilantia: vbi desiccatus natiuus calor est, & quasi inflammatus: atq; iccirco foras etiam mouetur immodicè. Ascititiæ habitudines corporis, perinde pulsus vt naturales immutant. Nam gracilis natura, si quadrat[9] euaserit, ei qui talis natura est, assimilem pulsum habet: ac sic de cæteris habitudinibus est dicendum: semota tamen omni virium immutatione. Iam etiam temperamenta corporis ascititia, pulsus naturalibus temperamentis mutant similiter. Calida siquidem calidis, frigida frigidis, assimiles pulsus creant. Nam temperamentorum in humiditate & siccitate discrimen, continetur in habitudinib[9] corporis. Siccis quippe gracilitas: corpulentia est humidis familiaris. Præterea duritia corporis, sicca temperamēta: mollitudo humida comitat̄: atq; ita pulsus his mollis est: illis durus. Vt autē mutationes alias, quæ causis naturalibus carēt, recenseamus, exercitationes q̄dem, si moderatæ sint, vehementes, magnos, celeres, & crebros pulsus efficiunt: sin autem multæ, viresq́; laborantis excedant, paruos, languidos, celeres, & crebros in summo. Nimiū immodicæ, adeò vt ægrè iam se possit homo mouere, & multis interpositis quietibus, aut nihil prorsus possit, sed remissæ vires impensę sint, pulsus mire paruos & languidos, tardosq́; & raros. Quòd si peruentum eò sit, vt vires oppressæ sint, pulsus creant illis proprios. Etenim facultas in exercitationibus, vniuersam adhibet contentionem: vnde pulsus excitantur vehementes: vsus autem increscit, vnde magni, celeresq́;. Quum verò ille duplici ex occasione augeatur, nempe & exhalatione spiritus, & incremento caloris, ob id nimirum crebri fiunt pulsus, quòd eorum vsus haud satis magnitudine & celeritate

Experrectorū pulsus.

Somnus quo fiat modo.

Somnus naturalis, qui.

Somnus præter naturam.

Vigiliæ immodicæ.

Ascititiæ habitudines, pulsus ut naturales, imutant.

Ascititia tēperamenta, peritinde ut naturalia, permutant pulsus.

Pulsuum pro exercitationū uarietate mutatio.

Vsum pulsuū augeri ob exhalatione spiritus, & incrementū caloris.

compleatur. Quòd si adeò quis laborare cogatur, vt non modò superiores facultate labores sint, sed continenter necesse habeat interquiescere, huic vniuersum corpus refrigeratur. Quare pulsus ob imbecillam facultatem, languidi sunt & parui: ob frigus, nec celeres, nec crebri. Balneæ calidæ, moderatæ si sint, pulsus creant magnos, celeres, crebros, vehementes: si immodicæ, paruos, & languidos, tamen adhuc celeres, & crebros. Quòd si hîc non cessetur, paruos, languidos, tardos, & raros. Etenim ex balneis commoderatis, si quis eis opportunè vtatur, videlicet vbi defessi fuerimus, incaluerim⁹, refrigerati, resiccati, nausea ue affecti, aut inæquali intemperie, fuerimus, aut denique euacuationem desyderarimus, manifestè corpus iuuatur. Nam corpori restituunt mediocritatem temperamenti, vires corrigunt, opportunum calorem augent, ac denique vnà cum sudoribus nonnihil * flatuū discutiunt. At immodicæ balneæ, ipsam facultatem dissoluunt, vsumque præter modum intendunt. Frigidæ balneæ, illico paruos & languidiores, & tardos, rarosque pulsus efficiunt. Postea, prout id sit, quod induxerunt, omnino vel torporem conciliabunt, uel robur. Quæ torporem induxerunt & refrigerarunt, paruos, & languidiores, & tardos & raros efficiunt. Quæ excalfecerunt, & robur concitarunt, magnos, vehementes, celeritate & crebritate moderatos. Etenim balneæ frigidæ statim refrigerant omnino: postea verò vel confirmant, vel obruūt facultatem, vnaque perfrigerant. Itaque & pulsus pro ratione immutātur causarum. Porrò in lotione frigida, arteriarū motus plus intrò quàm foras fertur: quòd & calor illuc illico magis feratur. Cibus adeò copiosus, vt opprimat facultatem, pulsus inæquales atque inordinatos concitat. Modicus, magnos, celeres, crebros, vehementes. Parcior, quàm qui satis nutriat, non æquè ac modera-

Pulsuū pro uarietate calidorum balneorū mutatio.

Balneorū moderatorū commoda.

Balnea immodica, facultatē dissoluunt.

Balnea frigida qūo pulsus immutent.

Pulsuū pro cibi uariis modis mutatio.

tus, cæterùm minus mutat, neque id diu. Vinum pulsus cæterà vt cibus variat: hoc verò interest, quòd illico immutet, & citius mutatio à vino profecta recedat, quàm illa quæ à cibo: quòd item celeritatem amplius & magnitudinem, quàm vehementiam & crebritatem augeat. Etenim appositio quam facit vinum, celeris est, quòd humidum sit, & calidum. Præterea, quæ affatim ac subitò nutriunt, hæc celeriter permeant. Quam ob rem, vt celerem, ita minimè diuturnam à uino appositionem corpora accipiunt: quum facilè digeratur per halitum. Porrò quod nutriat, pulsus ita ut cibus uariabit: quòd autem amplius quàm ille calfaciat, insigniorem adiiciet illis & magnitudinem, & celeritatem. Iam uerò, in choleris, magnis alui fluoribus, mensibus, ac omnibus denique iis, quæ immodicè corpus uacuantia, ipsam facultatem debilitant, continenter pulsus uermiculantes accidunt. Vbi autem oppressa est à febre cacoethe facultas, formicantes oriuntur. Siquidem ut pulsus uermiculans sit, tardus omnino esse atque rarus debet. At in acutis febribus (cuiusmodi necessariò sunt cacoethes) non sustinet pulsum caloris copia, uel tardum in summo, uel semel fieri rarum. Cæterùm tardus est, aut certè non celer pulsus, ubi facultas opprimitur.

Vinum q̄ celerrime ipsos pulsus immutat.

Vini appositio ad corpora, ut celeris, ita minime diuturna existit.

Vinū cur pulsum, q̄ cibus, maiorē, & celeriorem reddat.

Vermiculātes pulsus quibus affectibus accidant.

Formicātes pulsus quando gignantur.

Cacoethes febres.

GALENI PERGAMENI DE CAVSIS PVLSVUM, Lib. IIII.

IN HOC AVTEM LIBRO, de causis pulsuum præter naturam dicamus, ab animi perturbationibus orsi.

Iræ igitur altus est pulsus, magnus, vehemens, celer, & creber. Siquidem

Iræ pulsus qualis.

facultates animalis moderatrices, si quando impendeat necessitas, maiore vi suas obeunt functiones, id quod in iracundia conspicitur. Similiter etiam per bonas iudicationes, pulsus fiunt manifestè vehementes. Tunc siquidem facultas, vt molesta explodat, se ipsam excitat. Lætitiæ magnus, rarus, & tardus est pulsus: at nihil differt vehementia. Lætis enim diffunditur per vniuersum corpus calor, ac plus foras eius motus effertur: vt tristibus intrò. Vnde maior fit meritò pulsus illorum: non tamen vehementior. Cæterùm ea quæ diximus, * de moderata lætitia, & quæ propria ratione pulsus ipsos immutat, non de immodica, quæ vires ipsas * resoluit, intelligenda veniunt. Tristitiæ paruus, languidus, tardus, & rarus est. Nam quum tristitia ipsa refrigeret, caloremq; intrò concitet, meritò contrarios pulsus superioribus efficit, qui lætitiam sequuntur. Timoris recentis, vehementisq;, celer, vibratus, inordinatus, atq; inæqualis est pulsus. Nam inueteratus, similem habet tristitiæ. Neq; enim quicquam à tristitia abest diuturnus timor. Omnibus autem his, si diuturna, aut vehementia fuerint, pulsus succedunt, quales viribus dissolutis: quum nimirum dissoluant omnia hęc facultatem: breui quidem, vehementia: tempore verò, contraria. Dolor, qui quidem variat pulsus (variat autem ingens, aut qui principes occupat partes, quemadmodum & inflãmatio) si paruus sit, atq; incipiens, pulsum ædit maiorem, vehementiorem, celeriorem, crebriorẽ. Auctus verò iam, admodumq; validus, vt etiam vitale robur offendat, minorem, languidiorem, celerem, atq; crebrum. Et quo diuturnior sit aut vehemẽtior, hoc illorum quodq; increscet magis. Qui verò iam facultatẽ dissoluit, in remissionem & paruitatem, ementitamq; celeritatis speciem, atq; ingentem crebritatem cõmutat. Siquidem vt in omni molestia facultas, ita in doloribus sese solet, ad reiiciendum id quod infestat, accingere. Quare in magnitudinem & celeritatem, vehemẽtiamq; ipsos pulsus permutat. Quæ si in eo nihil proficiat, veluti ex inani labore vis eius atq; contentio opprimitur: ac sic pulsus in remissionem recidunt. Inflammatio omnis habet communem pulsum, veluti serrantem: vt alia pars attolli arteriæ, alia haudquaq̃ videatur. Habet etiam vibrationis aliquid hic pulsus, ac celer quidem & creber est, non tamẽ perpetuò magnus. At singulis est suus proprius. Orientibus quidẽ, maior iusto, vehementior, celerior, & crebrior. Augescentibus adhuc, quum illa omnia increscunt, tũ clare etiam durior, magisq; vibratus est. Vigescentibus autem, manifestior est, duriorq;, atq; vibratus magis, sed minor est q̃ dudum, non tamen languidior, nisi superet facultatem affectus: quin etiã crebrior fit, atq; celer. Quòd si diuturnior sit inflammatio, atq; durescat in scirrhũ, accedet dictis gracilitas pulsus, duritiesq;. Atq; hęc quidem in inflammatione cernũtur quæ pulsum per totum corpus immutat, vel quia magna est, vel quia principem partẽ obsidet. Si verò minimè vniuersum corpus afficiat, talis erit pulsus in parte inflammata, qualem descripsimus. At verò partes neruosiores, duriores ædunt pulsus, magisq; serrantes, & minores: quæ pluribus venis præditæ sunt, & arteriis, contra. Atq; inter hos maior est, dum arteriæ in parte abundant: fitq; tunc inæqualis, ac facilè inordinatus. Porrò quibus septum transuersum est inflammatum, hi conuulsionibus sunt obnoxii: quibus pulmo, suffocationibus: quibus os uentriculi, syncopis: quibus iecur, atrophiæ: quibus uentriculus, cruditati: quibus renes, urinæ suppresioni. Ad hæc, partes insigniori præditæ sensu, pulsus etiam dolorum nomine mutant: quæ minus sentiunt, pro affectu tantùm. Etenim omni parti quæ inflammata est, hæc necessa-

Pulsus reddi uehementes, p bonas iudica. tiones.

Lętitię pulsus.

Lætis diffundi calorẽ per uniuersum corp⁹.

Tristibus itro conuerti caloris motum.

Tristitiæ pulsus.

Tristitia refrigerat.

Timoris pulsus.

Timor inueteratus a tristitia non differt.

Pulsuum pro dolorũ uarietate mutatio.

Pulsuũ pro ratione inflãmationum mutatio.

Neruosiores partes pulsus duriores edũt.

Inflãmationes diuersarũ partiũ, uaria symptomata inducunt.

Inflãmatis partib⁹ accidit necessario imodicus calor, & tensio.

riò duo accidunt, calor immodicus, & tensio: quæ
corpori vniuerso communicantur, vbi aut pars no-
bilis inflammata fuerit, aut insigni prædita inflamma
tione. Atqui immodicus calor qui vniuersum corpus

Febris quid.

occupet, febris est: quæ vsum pulsuum alterabit dilu
cidè. At partis inflammatæ tensio peruadet arterias:
quam ob rem pulsus durior reddetur: præcipuè in ner
uosis partibus, quòd præ cęteris hæ tendantur inflam-
mationibus: vt quæ sunt sua natura iam tensæ: atq;
vnà secum partes vicinas contendunt. Nihil autem

Arteriosis partibus inflãmatis cur inęquales fiãt pulsus

est mirum, si inæquales in arteriosis partibus inflam-
matis fiant pulsus, quum eorum facultas effectrix, op
primatur humorum colluuie, ipsaq́; sint affecta instru
menta. Pleuriticorum celer est pulsus & creber, nec

Pleuriticorum pulsus.

admodum magnus. Videri etiam possit vehemens.
Est tamen nec vehemens, nec languidus, quod ad af-
fectum attinet. Etenim pleuriticorum pulsus, quia ner
uosiorem dnrioremq́; arteriam prodit, imperitis im-
ponit, vt videlicet durum pulsum, esse vehementem
existiment. At verò, illa inæqualitatis species, quæ ser

Pleuritidis ꝓpriũ signũ, est serrãs uocatus pulsus.

rantis præbet imaginem, pleuritidis in primis propriũ
est signum: si quidem remissa sit, mollis & facilè ma-
turandæ: si verò magna, difficilis, & admodum crudæ
pleuritidis. Tales cum imbecilli facultate coniunctæ,
periculosæ existunt: cum firma autem, aut tardè co-
quentur, aut ad suppurationem deflectent, aut tabidus
eas excipiet marcor. Ac illius sanè quæ maturescit, pul
sus pedetentim deponit omnem mutationem præter
naturam. Quæ vergit ad suppurationem, pulsus sup-

Pleuritis est inflammatio costas succingentis membranę.

puratorum proprios sortitur: sicuti & marcorum il-
la, quæ in tabem degenerat. Est autem ipsa pleuritis in
flammatio costas succingentis membranæ. Itaq; fe-

Pleuritici cur acute febricitent.

briunt acutè, quia pars affecta, cordi est vicina. Quia
verò eo modo febricitant, ideo habent & pulsum ce-
lerem: durum autem insigniter, quòd pars neruosa

Pleuriticorum pulsus celer, durus, minor q̃ febri expediat, nec nõ creber existit.

affligatur. Iam quia ita habet, ideo minor est pulsus,
quàm febri expediat. Quare vt & creber fiat, par est:
quòd magnos pulsus calor postulet, refragetur autem
durities. Siquidem quantum ab vsu abest magnitudo
ipsius pulsus, tantum à crebritate pensatur. Inæqualis

Pleuritidis uaria symptomata pro differentiis humorũ a quibus gignit.

autem in iis est crebritas, quòd neq; humorum qui in-
flammationem committunt, vna sit species. Quare si
sint biliosiores, etiam febris acutior erit, cõsequeturq́;
facultatis offensio quædam. Sin pituitosiores, & le-
uior erit febris, & ad soporem procliuior. Nunquam

Pleuriticis & peripneumonicis cur caput perpetuo afficiatur.

enim in pleuritide & peripneumonia fit, vt caput non
afficiatur, quòd humorum excipiat in illis inflamma
tionibus putrescentium fuliginem. Verùm si putris
humor fuerit biliosus, vaporem edit instar fuliginis
acrẽ: qui mordicat, & erodit, irritatq́; cerebrum: itaq;
ad delirium perducit. Si pituitosus sit, nec fumo acri
similis, sed caligini crassæ turbulentæq́;, quasi nubem
quandam ad caput attollens, humectat id, grauatq́; ce
rebrum, cogitq́; in grauem somnum deferri, atq; sopi
ri hominem. Rectè ergo, quum pulsus in maiorem

Pleuriticorum pulsus, si ĩ maiorẽ crebritatẽ mutẽtur, nunciant peripneumoniam, aut syncopem.

crebritatem mutantur, aut peripneumoniam, aut
syncopem nunciant. Peripneumoniam, quòd occu
pet semper, offendatq́; lateris inflammatio vicinas
partes: vt quæ à calido gignatur, ferventeq́; hu-
more, atq; facilè mobili: syncopem verò, ex affe-
cta facultate, vel per neruorum læsionem, vel sopo-
rem, quum ex pituitosis humoribus vaporantibus,
cerebrum ipsum repletur. Quòd si læsio progredi ad

Pleuritidẽ etiã gigni a pituitosis humoribus.

ramulos valeat, consequetur offensio neruorum: si-
cuti sopor, si nequeat. Ac talibus quidem humoribus,
rariores: contrarijs, puta biliosis, crebriores iusto mo
do, pleuritidis pulsus eueniunt. Porrò autem medius
est inter raritatem & crebritatem modus in pleuriti-
de, vbi qui morbum cõmittit humor sanguineus sit.
Sic etiam modus medius duritiei ex tali humore, ac

moderata inflammatione, oritur. Augetur verò, aut ob inflammationis immodicam magnitudinem, aut ob humores biliosos. Itemq; per contraria imminuit.

Pulsuum durities a q̄bus augeri soleat.

Suppuratorũ pulsus.

Suppuratorũ pulsus initio statim pulsum refert vigescentis inflammationis: nonnunquam est inæqualis & inordinatus ob vitiata instrumenta & facultatẽ imbecilliorem, sed omnibus hecticus. Vbi verò iam pus adfuerit, cætera quidem fit pulsus similis: æqualior tamen. At quum erumpit, languidior, latior, tardior, & rarior. Qui igitur multum puris inter thoracẽ & pulmonem collectum habent, ii suppurati appellantur. Qui fiunt, vbi maxima iuxta costas inflammatio, peruenit ad suppurationem. Interim affectus is comitatur peripneumonias. In vniuersum autẽ, omnes quibus inflammatum viscus aliquod cõuersum ad suppurationem est, suppurati, siue purulenti dicũtur.

Suppurati qui dicantur.
Suppuratio q̄n accidat.

Marcoris nomen unde trãslatum.
Marcescentis caloris pulsus.

Marcoris nomen translatum à marcescentibus flãm'is est, quæ * penuria alimenti extinguuntur. Vbi igitur animantium natiuus calor eodem modo marcescit, oportet esse lãguidos pulsus. Siquidem sic affectis, redditur facultas languida: ac proinde etiam fiunt parui. Iam celeritate etiam quadam videntur præditi, ꝙ neq; hęc abesse à febrientibus possit. Quia verò & febricitant, & facultate sunt imbecilla, itaq; pulsum habent paruum, necessariò iam simul & crebrum obtinent. Porrò facultatis imbecillitatem comitatur etiam circumnuens pulsus, qui in vtraq; parte decurtatus existit. Planum autem est sic affectos habituros pulsum semper vndequaq; similem: quòd non ex humoribus morbus, neq; spiritu oriatur, sed in ipsis cõsistat solidis partibus. In his enim corporis habitus vniuersus, vt carbo quidã, est factus: qua de re hecticos neoterici medici hos pulsus appellant. At quibus iam calor extinctus est totus, quod accidit potissimum senibus, rarior quoq; fit pulsus. Hunc marcorem Philippus vocat ex

Marcescentes febricitare.

Marcescentiũ pulsus est undequaq; æqualis, quum consistat in solidis partibus.
Hecticus pulsus.
Seniũ ex morbo.

morbo

morbo senium: quo * præcipuè occupantur prouectiores ætate, & interim etiam iuuenes. Qui igitur vnà cum inflammatione, quæ nondum discussa sit, emarcuerunt, languidos & celeriores, mireq; crebros pulsus habent, ac decurtatos magnitudine in vno ictu. At verò hecticus pulsus omnibus marcescentibus inest: estq; eis communissimus. Post illum autem inæqualitas distentionis magnitudine decurtata: quæ etiã adest plerisq;: deinde crebritas. Etenim hęc quoq; omnibus qui ex inflammatione marcuerint, perpetua adhæret. Paucis autem marcescentibus in aliam inæqualitatem pulsus, ac illam quæ penes magnitudinem est, permutatur. Phthisici habent pulsum paruum & lãguidum, ob facultatis imbecillitatem: at non nimium celerem, ut pleriq; febricitantes: quòd vrente febri non detineantur. Cæterùm habent & hi, vt febrim, sic pulsum hecticum. Peripneumonicorũ magnus est pulsus & lãguidus, mollisq;, similiter atq; lethargicorum pulsus: nisi quatenus præpollet inæqualitate, & in uno pulsu, & collectiua, quam vocant. In uno ictu, nam veluti interpellatur, vndosusq;, ac interdum bis feriens redditur. In collectiua autem, quum alias differentias sortitur, tũ modò intermittit, modò intercurrit. Neq; enim est mirum, vel magnum esse pulsum illorum, vel languidum, vel inæqualem, ob pulmonis inflãmationem, visceris tam laxi & mollis, fistulisq; inanibus vndiq; infinitis caui, tamq; vicini cordi. Nam quia laxum est & molle, & vndiq; vacuum, à pituitosiore atq; crassiore inflammatur sanguine. Talis enim fluxio, tunicã vasorum irrigat, frangit autem vim facultatis, quæ in illis est: quo fit vt magnos simul & languidos pulsus efficiat. Quia verò cordi est ipsum viscus coniunctũ, multiformis inæqualitas gignitur: nimirum pulmonis arteriis oppressis, constrictis, atq; languidis redditis. Rarò itaq; in peripneumoniis pulsus dicrotus accidit: ꝙ

Marcidorum simul cum inflammatione, quales sint pulsus.

Phthisicorum pulsus.
Phthisici habẽt ut febrim, sic pulsum hecticum.

Peripneumonicorum pulsus.

Pulmonis substãtia laxa, mollisq; quum sit, a pituitosiore inflammat̃ sanguine.

is vasorum duritiem postulet. Iam pro offensæ magnitudine, vel intermittentes pulsus, vel intercurrentes cernentur. Quum autem febre teneantur acuta omnes peripneumonici, atque habeant adiunctum nonnihil comatis, si insignior esse videatur febris, pulsus erit admodum creber: sin maius coma, minus creber existet. Lethargicorum pulsus pulsui peripneumonicorum est similis, magnitudine, remissione, mollitudine: sed eo est tardior, rariorq; ac minus inæqualis, intermittēs potius q̄ intercurrens. Est quū dicrotus fiat. At vndosus semper in altis quidem soporibus est. Gignitur autem lethargus etiam ex pituitoso humore. Vnde meritò eius pulsus simillimus est peripneumonicorum pulsui: verū hoc tardior, quòd procul sit à corde remotum cerebrum. Est autem intermittens potius quàm intercurrens, quum longè frigidior sit, atque vt ita dicam letalior morbus lethargus, quàm peripneumonia. Etenim affectui frigido, facultatiq; valdè refrigeratæ, proprius pulsus intermittens existit. Phreniticorum pulsus est paruus modiceq; contentus. Rarissimè autem conspectus est magnus. Est præterea durus, neruosus, mireq; celer & creber. Habet præterea nonnihil vndosi: atque interim subtremere tibi videbitur: interim etiam præcisus cum cōuulsione quadam. Etenim febrium proprium celeritatis symptoma hic obtinet euidentissimè, in vtroque termino distētionis, præcipuè extremo. Inuenias etiam inæqualitatis in positu genus, insigniter aliquādo in illo apparere. Imò totam subinde arteriam, sua sede deserta, cōspicias attolli potius cum vibratione ebullientem, q̄ more pulsus distentam. Pari modo detractam, potius quàm contractam. At verò immodica eius crebritas proximam denunciat syncopam. Nec sanè causas illorum quæ diximus inuenire, magni laboris fuerit, si scias generari à bilioso humore phrenitim, vt lethargum à pituitoso. Præterea lethargum * præcipuè gigni in cerebro: phrenitin verò in tenui meninge, atque septo transuerso. Quæ si memineris, etiam paruos meritò pulsus & duros esse, non habebis necesse discere. Atqui si affectus calidus est, pulsus autem parui, omnino etiā crebri sunt. Porrò phreniticorum pulsus rarissimè vndosus percipitur, quòd mollitudine vacet. Quòd verò subtremere imbecillæ facultatis sit signum, alibi à nobis ostensum est. Vbi enim arteriarum facultas ob caloris copiam distendere illas amplius conatur, idq; tunicæ durities prohibeat, quodammodo videtur pulsus subtremere: id quod tunc potissimū accidit, vbi syncopa imminet: quo modo vbi conuulsio, etiam motus pulsuum est conuulsiuus. At hoc phrenitici pulsus habent perpetuum, vt cum conuulsione quadam motus eorum abrumpatur, non autem paulatim desinat. Calor siquidem viget, suntq; dura instrumenta. Iam verò insignis illa crebritas, quum ab imbecilla facultate exoriatur, syncopem instare portendit. Est & alius quidam affectus ex phrenitide & lethargo conflatus: quo quidem qui tenentur, * vt plurimum oculis conniuent, somnolentiq; sunt, & stertunt. Rursus oculis fixis, incōniuentibusq; diutissimè, ut catochi intuentur. Quòd si illos ad colloquium compelles, difficiles sunt, ad respondendumq; tardi. Plerūque etiam stultè loquuntur, temereq; respondent. Horum igitur pulsus sunt celeres, crebriq;, perinde vt phreniticorum, minus tamen: & roboris item minus quàm illi obtinent. Lati autem sunt, ac breues. Externum motum non habent subitò truncatum, sed alio modo veluti intrò se proripiētes subterfugiunt, ac concitant contractionem, & quasi suffurantur distentionē. Catochorū pulsus cætera lethargicis similes sunt, magnitudine, tarditate, crebritate: vt nec totius huius affectus species latè ab illo dissidet.

Peripneumonicis omnib⁹ adesse febrē acutam, nonnihil que comatis.

Lethargicorū pulsus.

Lethargum gigni ex pituitoso humore.

Lethargū esse perniciosiorē morbum peripneumonia.

Phreniticorū pulsus.

Phreniticorū pulsuū immodica crebritas, proximā denūciat syncopā.

Phrenitin a bilioso pduci humore.

Lethargū ab humore pituitoso exoriri.

Lethargum gigni i cerebro. Phrenitim gigni i tenui meninge, & in septo trāsuerso.

Phreniticorum pulsibus qd nā adsit pperuo.

Catalepticorū descriptio & pulsus.

Catochorum pulsus.

Catochorũ lethargicorũq; discrimen.

Catochorum tamẽ non imbecillis est pulsus, nec mollis, sed in his sanè multum differt: vt etiam ĩ hoc, quòd laxatur lethargicis atq; intumescit totus habitus: contra stipatur cogiturq́; catochis. Præterea æqualis est catochorum pulsus, inæqualis lethargicorum.

Conuulsorum pulsus.

Conuulsorum ipsum corpus arteriæ videtur compactum, & vndiq; coactum esse, veluti instrumentum cauũ ex vtroq; fine distentum. Motus autem ipsius arteriç est, in modũ chordæ sursum deorsumq́; agitatæ, inæqualis, idq́; minimè certis tẽporibus. Cæterùm vehemens & magnus conuulsorum pulsus videtur. Est verò hic non imbecillus nec paruus: non perinde tamen, vt videtur, vehemens vel magnus. Ictus enim imponit, dũ ob tensionem validus, ob vibrationem exilire apparet.

Paralyticorũ pulsus. Paralysis est morbus frigidus.

Paralyticorum paruus pulsus, languidus, tardusq́; est. Nonnullis rarus quoq;, aliis creber, sed nõnihil inordinatè intermittens. Est enim paruus & tardus, quia morbus est frigidus: languidus, q facultas infirmior.

Comitialium pulsus eẽ pulsibus apoplecticorum similes.

Comitialium & attonitorum pulsus sunt similes: quare quæ de comitialibus exponemus, eadem de attonitis, sed cumulatius sunt accipienda. Dum affectus non vsq; adeò inualuit, nulla insignis in pulsu mutatio cernitur. Tantũ est conuulsis intenta iure utrinq; arteria. Sin autem affectus superet facultatem, inæqualitatem atq; tensionem validam sibi contrahit pulsus: nec non minor, lauguidior, rarus, tardusq́; efficitur. Si morbus opprimat facultatem, languidos, paruos, celeresq́; pulsus conciliat.

Anginæ pulsus.

Anginæ pulsus tensione quadam præditus est, conuulsiuo persimili. Magnus est & vndosus, vt pulsus peripneumonicorum. Cęterùm si peripneumonica species superior sit, in peripneumoniam: si verò conuulsiua, in spasmum angina desinet. Quicũq; autem ex anginosis suffocantur vehemẽter, paruum hi habent, & rarum pulsum: vbi verò iam animam agunt, crebrum atq; inæqualem. Plus autem uel

minus tensionis habet anginæ pulsus, prout humor in fauces influens aut biliosior, aut pituitosior fuerit: nec non pro ipsorum instrumentorum in aspredine diuersitate. Siquidẽ neruosiora, & contentiora vehementius pulsum tendunt: carnosa & remissa, illum vndosiorẽ efficiunt.

Orthopnoeæ pulsus.

Orthopnoea acuta (talis enim est, quæ diuturna) inæqualem habet pulsum, & inordinatum, deficientemq́; nonnihil. Quæ mediocriter est grauis, crebrum. Quæ violentissima, tardum & deficientem. Quæ iam perimit hominem, crebrũ, & languidum. Cæterùm pro diuersitate offensæ, uel creber magis, uel rarus fit pulsus. Nam celer, ob facultatis imbecillitatem fit nunquam.

Vteri suffocationis pulsus.

Vteri * suffocationis pulsus, vt si conuelleretur, protẽsus est, atq; rarus. Quòd si exitialis sit suffocatio, creber, inordinatus, & nonnihil deficiens. Quum enim neruosus sit locus affectus, par est vt protendatur pulsus, quasi conuulsus existat. Quia verò affectus est frigidus, adiuncta est raritas. At vbi oppressa iam prorsus facultas sit, rectè fit creber, inæqualis, & nonnihil deficiens.

Pulsuum differentiæ pro uariis oris uentriculi affectibus

Os ventriculi affectum, si dũtaxat sit inflammatum, ita pulsum immutat, ut solet corporis neruosi inflammatio. Si comprimatur, vellicetur, languescat, singultiat, uomat, nauseet, fastidiat, doleat, pro genere cuiusq; symptomatis. Nam uellicationes, uomitus, nauseæ, singultus, languor, non solùm paruum & languidũ reddunt, & interim modicè celeriorem, sed etiam admodum crebrũ. Sola uerò compressio, rarum, tardum, paruum, & languidum, qualis etiam per caninam famem cõspicitur.

Fames canina.

Porrò omnes affectus qui in crebritatem mutant, si sint diuturni, uel grauiores euaserint, pulsum gignunt uermiculantem. Qui uerò in raritatem, non solùm cõmemoratas differentias adaugent, sed speciem etiam inæqualitatis in uno pulsu generant, ut multis locis ptusum corpus arteriæ uideatur: nimirum ob ipsius in-

Hydropū singulæ spēs quā pulsuum differentiam sortiātur.

Ascites.

strumenti intemperiem. Aquæ inter cutem pulsus, ascitæ paruus, crebrior, subdurus, & cum quadam tensione est. Tympanitæ longior, non imbecillus, celerior, creber, subdurus, cum quadā tensione. Illius quā anasarca vocant, vndosus, latior, mollisq́;. Ascites siquidem, copiam aceruans non modicam secundū uentrem humoris aquosi, simul magnas arterias intendit, grauat, refrigeratq́;. At tensionis quidē nomine meritò reddit pulsum cum tensione quadam subdurum. Quia verò facultas læsa & refrigerata est, minorem. Iam quo minorem iusto, hoc etiam crebriorem, præsertim vbi adiuncta sit febris. Tympanites minus grauat, verùm non minus tendit: quare pulsus etiā subduros gignit, cum nonnulla tensione: sed aliquanto celeriores, minusq́; ībecillos, q̄ ascites: at crebros, iisdē de causis, ac ille. Longiores, ob leuitatē tegentiū arterias corpoꝝ: quæ quidē in tympanite adest. Etenim spiritu vniuersum corpus replet. Anasarca aūt, qa imbuit vniuersum corporis habitū humiditate copiosa, tunicas reddit arteriarū molles, ac proinde pulsus molliores, undosos, latioresq́; efficit. Elephantiasis pulsus paruus, lāguidus, tardus, creberq́; est. Ictericoꝝ pulsus est, si absit febris, minor, durior, crebrior, non languidus, nec celer. Vim enim possidet desiccandi flaua bilis, vt muria, & mare. Quam ob rem tunicam arteriarum indurando & desiccādo, pulsum quoq; reddit duriorem, atq; minorem: ac proinde etiam crebriorem. Cæterùm nec languidus est, nec celer, quia nec imbecillitas, nec febris adest. Qui sumpserunt veratrum, ii paulo ante vomitum, vbi comprimuntur, pulsum habent latum, rarum, languidiorem, atq; tardiorem: interea dum vomunt, & diuelluntur, inæqualem & inordinatum. Quum rectius habere cœperint, ordinatum quidem, sed inæqualem adhuc, minus tamen quàm antea. Vbi uerò iam ad naturalem reuertuntur

Tympanites replet uniuersum corpus spiritu.

Anasarca ibuit humiditate uniuersum corporis habitū.

Elephantiasis pulsus.

Ictericorū pulsus.

Flaua bilis obtinet uim desiccandi.

Verattū epotū qualiter soleat pulsus mutare.

statum, æqualem ac maiorem quàm dudum, vehemētioremq́;. Qui horum syncopa corripiuntur, conuelluntur, atq; singultiunt, paruum hi, & languidum, inordinatumq́;, & celeriorem, atq; multum crebrū sortiuntur. Qui ex his suffocantur, paruum, languidum, inordinatum, inæqualem, nō autem crebrum, nec celerem, sed potius tardū. Representat etiam nonnihil vndosi & lati, atq; interdū paruam arteriæ tensionem.

GALENI PERGAMENI DE PRAEGOGNItione ex pulsibus. LIB. I.

QVOD NON TANTVM * futurorum præscientia sit, sed præsentium etiam atq; præteritorum, satis id Hippocrates demonstrauit. Cuius quidem qui peritus futurus sit, eū in iis quæ de dignoscendis pulsibus, deq; differentiis, & causis pulsuum à nobis tradita sunt, prius exerceri oportet. At verò causarum pulsuum diximus esse unū genus, eorum generationi coniunctum, quod scilicet naturale existit: alterum autem contrarium, nempe causarum præter naturam: ac tertium deniq; causarum nō naturalium. Quæ tria genera referuntur ad illorum essentiam veram: aliud autem quartum, ad apparentem. Quod quidem, quia proprium est in primis præsagiendi commentationi, diligentissimè est explicandū. Porrò nullus pulsus mutari potest, nisi effectrix eius facultas, vel tunica arteriæ, vel vsus, quam ob rem fit, in aliqua sint mutatione & alteratiōe. Vbi igitur pulsus, exempli gratia, maior æquo videatur, expendendū est, facultas ne sit robustior, an hæc eadem māserit, mollis autem euaserit tunica arteriæ: an quòd increuerit vsus, talis mutatio

Præscientiā haberi non futurorū modo, sed præsentiū etiā, atq; prætetitorum.

Causarum gignentium pulsus, tria gña.

an ꝙ increuerit usus, talis mutatio acciderit. At si facultas robusta sit, pulsus erit uehemẽtior: posuimꝰ aũt eum maiorem dũtaxat uideri. Quòd si tunica tantùm arteriæ emollita fuerit, pulsus necessariò erit mollior. Si igitur neutrum appareat, clarum est mutatum aliquatenus esse usum pulsuum generandorum, quẽ esse docuimus duplicem: primum atq; maximum, tutelã natiui caloris: alterum, animalis spiritus generationẽ. Sic uoco illum quo vtitur anima ad uoluntarias functiones. Cæterùm si parua fiat à natura * alteratio ob usum, sola perspicua erit magnitudo: nondum autem celeritas. Si maior, increscet magis magnitudo, & cærẽ celeritas apparebit. Sin adhuc amplificabitur, magnitudo celeritasq; augebuntur, atq; accedet præterea crebritas. Sin autem nõ sit factus maior pulsus, sed talis esse uideatur, gracilius solito aliqua de causa euasit hominis corpus. His cognitis, ineundũ examen est, primum in corporibus simpliciter sanis: mox in iis, ubi adiunctus est aliquis ascititius motus: postea in corporibus * simpliciter ægrotantibus: ac postremò in iis, quibus alteratio quæpiam adest externa. Etenim in corporibus inculpata ualetudine præditis, docebit magnus pulsus & temperamentum hominis, & corporis habitudinem. In corporibus, vbi adiunctus est ascititius status, illum præpollere motum, cui magnus pulsus est peculiaris. At in iis qui ægrotant simpliciter, indicabit magnus pulsus calidam * morbi constitutionem. Si unà cum morbo recens aliqua * externaq; alteratio adsit, illum uincere motum, cui magnus pulsus sit familiaris. Reuocandus autem ad memoriã pulsus est moderatus (qualis reperitur in corporibꝰ optimè temperatis, atq; ab omni qualitate aduentitia alienis) & quem nunc inuenimus, magnus, ut in comparatione illius consyderandus est, ex qua causa in magnitudinem ipsam excreuerit. Aut enim ex gracilita-

Pulsuum usum esse mutatum, qua rõne deprehendemus.

Pulsuum generandorũ usus est duplex: tutela innati caloris, & animalis spiritus cõseruatio.

Pulsus moderatus in qbus nam reperiat.

te corporis, aut ex calore temperamenti, aut ex ascititio motu. Cæterũ, motus ascititii mox desinunt: per manent verò amplius ob gracilitatem & temperamẽtum. At verò omnium alterationum quæ corpori accidunt, certissimam assequimur in illis corporibus cognitionem, quorum naturam noscimus. Hanc autem non agnoscimusꝰ semper, quare nec in exactam vbiq; cognitionem veniemus: verùm à cognitione absoluta tantum aberimus, quantum ab ipsius naturæ cognitione. Igitur mutationes pulsuum ex causa externa, in hunc modum sunt discernendæ. Quæ ex balneis, cursibus, frictionibus, cæterisq; motibus fit, nõ est diuturna, sed mox ad pristinum statum reuertitur. At magnitudo pulsuum ex vino & cibo profecta, diuturna existit. Hæc ex vehementia exploratur, quæ illi coniuncta est. Nunc tantùm is propositus est, qui dũtaxat sit maior. Iam etiam magnitudo quam ira concitat, adiunctam habet vehementiam: quæ alioqui prudentẽ non latet, si oculos irati respiciat, vniuersumq; corpꝰ. Etenim calor quidam copiosior secundum pectus iratorum, non secus quàm exercitatorum percipit. Atq; hi sanè sunt artificiales modi causarum dignoscendarum. Externos autem, vbi minimè intẽtatores, ac pessimos sycophantas, fraudulentos'ue incideris, partim per inuestigationem, partim ex eo ꝙ non discesse ris ab ægroto, quàm optimos fore iudico. Nam q fiũt dum medicus non semper ægrotis adest, nec illi uolũt veritatem exponere, hi sunt difficillimi, & medicũ requirunt accuratè prudentem. Cui sanè ad veritatẽ per uestigandam esse primus scopus debet ipsius accessionis tempus: dein ægrotantis cõsuetudo & mores. Sunt siquidem qui medico imponant, nihilq; magis habeãt in votis, q̃ ut coarguant illum, eumq; nihil firmi scire demõstrent. Quare tunc habẽda omnia suspecta sunt, distinguendaq;, tum quæ propria artis ratione perti-

Ascititii motus mox desinunt.

Pulsuum mutationes a causa externa, quõ discernendæ sint.

Causarum dignoscẽdarum qui sint artificiales modi.

Causarum dignoscẽdarum modi extra medicam artẽ positi.

Fraudulenti quorundã sycophantarum mores.

neant ad dignoſcendum, tum quæ adueniunt extrinſe
cus. Alii contra ſunt cãdidi, modeſtiq́;, nec celant quic
quam, diſſimulant'ue: quare in his nil clam factum, eſt
ſuſpicandum. Porrò quum magnus pulſus nũc ad mo
deratum, nunc ad alium quẽlibet referatur, quumq́;
duplex ſit hic quilibet, aut minor moderato, aut ma-
ior, deinceps de incremento ad magnitudinem eſt di-
cẽdum vtriuſq; pulſus: dico enim minoris eo qui me-
diocris eſt, & maioris. Commune igitur eſt omnis ad
magnitudinem incrementi, ſolùm auctum calorẽ eſ-
ſe, quo ſcilicet tempore nec facultas affecta ſit, nec in-
ſtrumenta, ſitq́; immotus ægrotans. Proprium autem
eſt defluxui illius à natura, vnius magnitudlnis incre-
mentum. Reliquorum duorum etiam, nempe celerita
tis, & crebritatis, nonnunquam. Cõmutationis etiã
pulſuum in paruitatem, tres numero ſunt differentiæ.
Aut enim ex moderato, aut ex maiore q̃ hic ſit, aut ex
minore, mutationes in paruitatem contingit fieri. Vo
catur autẽ qui moderato eſt maior, abſolutè magnus:
qui minor, paruus. Sit igitur pulſus cuipiã homini mi-
nor q̃ dudum, mutatione præditus præterea nulla vl-
lius generis. Etenim minor ſolito pulſus fit, aut quum
imbecillior facta ſit facultas, aut inſtrumẽta duriora,
aut vſus remiſſus. Nunc autẽ nec imbecillior facta fa-
cultas eſt, alioqui cõiuncta ſit cum paruitate remiſsio:
nec corpus arteriæ durius (neq; enim tum minor tan-
tùm, ſed & durior pulſus eſſet) ſupereſt ergo ſolũ eſſe
alteratum vſum: ac ſi id tẽporis quietus homo fuerit,
quantitati refrigerationis quantitatẽ reſpondere mu-
tationi. Quę quidem mutatio accidit ex maiori pulſu,
q̃ qui ſit naturalis. Nam de naturali ſtatu ob frigidita-
tem mutatio ad paruitatẽ, ſimul etiam rariorem eum
atq; tardiorem reddit. At imminutio ex magno ſupra
modum aucto, ſtatim adiungit ſibi celeritatis & crebri
tatis aliquid, q̃ qui multum ultra modũ ſit auctus, tri-

Pulſuum mutationis in paruitatem, tres numero ſunt differentiæ.

bus in generibus variet. Quam ob rem q magnitudinẽ
tantùm imminuit pulſus, & reliqua ſeruat ĩmota, hic
eſt, qui paulo maior ſit iuſto: ſolusq́; ex paruo incremẽ
to caloris conſtat. Iam verò, quẽadmodum vbi cor-
pus calfit pręter modũ, magnitudo planè prima, mox
celeritas, inde crebritas apparet in pulſu: ſic etiam ubi
refrigeratur, raritas primò percipiť: dein tarditas, ac
vltimo loco paruitas. Porrò cauſæ refrigerantes toti-
dem numero ſunt quot numeranť calfacientes. Aer ſi
quidẽ frigidus nos circũſtans, inſpiratusq́;, & aqua fri
gida, vel balneum, vel medicamentũ corpori inunctũ
refrigerat. Quin etiã longa quies, & veluti latebræ, &
pituitoſus cibus, medicaminaq́; refrigerantia, ac bre-
uiter metus diuturnus, corpus frigidius efficiunt. Ex
contentis in corpore humoribus, qui frigidi tempera
mento quũ antea qeſcerent, nunc cõmoti, aut tenuio
res quodãmodo calidis ſunt effecti, etiã corpus refri-
gerant. Arteriæ altitudo ſemper æqualẽ latitudini
diſtentionẽ habet: ſed fit vt occultetur aut arceať ſępe
à corporib⁹ circũiectis, & oppoſitis, vel vniuerſus mo
tus, vel certè eius quædã pars: idq́; aut in profunditate
magis, aut ĩ latitndine, aut ſimul in vtraq; dimeſione.
Vbi igiť per totum corpus ſenſu nr̃o pulſare nulla ar-
teria percipiť, is affectus dicitur pulſus priuatio: reuera
tñ in corpus viuum nunq̃ cadere poteſt. Neq; enim eſt
vnq̃, quin cor vnà cum arteriis, in oĩbus agitetur. At
verò longi dicuntur pulſus, q̃bus ſenſibilis motus lon
gitudo naturalem excedit: breues, quibus infra natu-
ralem ſtatum eſt: quibus par eſt naturali ſtatui, mode-
rati. Tantum enim animaduertitur ſemper de motu
arteriarum, quantum permittunt adiacentia corpora.
Vnde fit, vt corpulenti breues pulſus ſortianť: graci-
les verò, longos: & quadratis, moderatisq́;, eſſe mode
rati videantur. Iam etiam apparentis motus his, non
æquè ſemp̃ vt profunditas, latitudo impediť. Verùm

Refrigerantes cauſæ tot numero ſũt, quot calfacientes.

Timor diuturnus corpus refrigerat.

Pulſuum priuatio ĩ corpus uiuum nunq̃ cadere poteſt.

Pulſus lõgi q̃nam dicantur.

Pulſus breues qui.

Pulſus moderatus.

vbi arteriarũ regiones in obliquo, vel adipis, vel car-
nis, vel vaporum, vel humoꝝ sint plenæ, ac incumbẽs
supernè cutis nihil eas oneret, latitudinis tm̃ obscura-
tur motus: & magis si vehemẽs pulsus & magnus, quã
tum in ipso est fuerit. Quũ verò regiones vicinæ sunt
mundæ, rugosa autem quæ eas tegit cutis, magis pro-
funditatis motus latet in eo corpore, ac potius si non
vehemens pulsus & magnus, quod in eo est, sit. Si igit
pulsum inuenias longiorem iusto, si quidem unà latitu
do eius, profunditasq; icreuerit, vide gracilior homo
solito, an calidior euaserit, remoto motu aduentitio.
Nam si factus gracilior sit, idq; tanto, quanto est pul-
sus maior, vnum hoc tantùm eum immutauit. Sin au-
tem non tanto, non hoc modo est causa, verùm etiam
calor. Quòd si in eadem cõstiterit habitudine corpus,
solus mutatus est calor. Sin crassior euaserit, duplo au-
ctum calorem æstima. Sin longior sit factus pulsus, &
latior, non autẽ perinde auctus profunditate, sed mo-
deratus, huic præter superiores notas, necesse est rugo
siorem euasisse supernè arteriæ incumbentem cutem.
At si conuertas membrum, vt quæ eius pars modò
superior erat, nunc sit inferior, nulla tum profunditas
videbitur impedita. Atq; hi quidem duo pulsus in pri-
mo libro de eoꝝ differentiis, omnium primi inter vi-
gintiseptem pulsus constantes ex dimensionibus ter-
nis, sunt in tabellam relati. Reliquorum autem vigin-
tiquinq; haud difficile fuerit causas simili etiam metho
do inuestigare. Igitur vbi supra proportionẽ profun-
ditatis & latitudinis longitudo fuerit extensa, corpo-
ris significat gracilitatem: non tamen vbi * imminuta
infra proportionem profunditatis est, corpulentiam
denotat: sed vel naturalem quãdam conformationẽ,
vel situm arteriæ inæqualem. At verò quæ quidem in
omnium primo, ac magno distĩncta sunt pulsu, eadem
etiam in vltimo, nempe breui, angusto, humiliq; (qui

Latitudinis motus qñ in pulsu obscuretur.

Gracilitatem corporis qui pulsus significet.

nimirum vocatur paruus) sunt distinguenda. Nam si
naturaliter comparata sit corporis habitudo, hic pul-
sus non solùm videtur paruus, sed etiam talis existit.
At quum crassior sit, si * quanto homo seipso crassior
euasit, tanto sit pulsus minor, erit tum quidẽ quod ad
ipsum attinet, moderatus: sed ob corporis crassitudi-
nem minor moderato videtur. Si longè sit crassior, q̃
pulsus minor, is pulsus quantum in ipso est, mediocri
erit maior. Sin autem minus sit crassus, quàm paruus
pulsus: hic, si eius naturã spectes, naturali erit minor.
Quòd si gracilius corpus sit, q̃ videatur pulsus paruus:
is sanè est paruus natura: sed non perinde videtur par
uus, ac verè est: ꝗ gracilitas, quatenus à natura reces-
sit, hactenus ei speciem magnitudinis augeat. Similiter
etiam in aliis pulsibus omnibus adhibenda eadem est
distinctio, quæ de paruo & magno pulsu est adhibita.
Sciendumq; illorum quenq; vel paruum esse natura,
vel magnum, vel moderatũ. Ac tres hi pulsus in quan-
titate distentionis positi sunt, quod ad ipsius rei natu-
ram attinet. Videntur verò esse vigintiseptem ob cras
situdinem vel gracilitatem corporis, vel ob rugosiorẽ
cutem, vel regionum arteriarũ inæqualem angustiã,
vel proprietatem conformationis. Iam verò longus,
angustus, & humilis pulsus, quod quidem ad suam na-
turam pertinet, idem erit & paruus: nimirum longitu
dine ipsa accedente ob tenuem habitudinẽ corporis.
Quòd autem & languidus sit, hinc euadit perspicuum,
ꝗ nunquam facultate valente, pulsus esse paruus ad
summum possit. At duritiem nihil est necesse coniun-
ctam esse huic pulsui. Oportet tamen cor vnà cum ar-
teriis esse refrigeratum, atq; etiamnum perfrigerari.
Quòd verò refrigeratum esse, læsam esse facultatẽ sit:
refrigerari autẽ, mutari vsum, vtiq; intelligere opor-
tet. Facultatis essentia singularum partium in singu
larum illarum posita commodo temperamento est.

Facultate ualẽte nunq; pulsus esse paru9 ad summũ potest.

Essentiam facultatis cuiusq; partis, i cõmodo eiusdẽ partis temperamento consistere.

Nam tum dæmum ſuum quæq; munus obit ſtrenuè,
vbi ſit temperatisſima. Contra malè fungitur, ſi intẽ-
perata ſit: atq; hactenus malè, quatenus ſit intempera-
ta. Ad eundem modum cordis corpus quũ immodicè
fuerit refrigeratum, calfactum, humectatum, aut exic-
catum, pulſus pro ſuæ intemperiei modo facit langui-
dos: id quod illi eſt facultatẽ oblæſam eſſe. At verò con-
ſuetudinem habere cum ſanguine in ipſius contento
ſinibus, & cum ſpiritu, qui calidior longè ac naturalis
ſtatus requirit, ſit, aut cum eo qui in inuolucro cor am-
biente conſiſtit, vel in pulmone, aut cum ipſo etiã in-
uolucro cor ambiente, & pulmone: vſum eſt tantùm
variaſſe, citra facultatis offenſam. Ac ſic eãdem ratio-
nem habet refrigeratum eſſe, & refrigerari. Nam ſi in
ipſa cordis temperie frigidum elementum prępolleat,
& facultas læditur. Sin verò in tunica cor ambiente, &
in pulmone, ſanguineq; & ſpiritu, quos eius ventricu-
li continent, vſus eſt remisſio. Iam humiditates & ſic-
citates, ſi in ipſo corpore cordis conſiſtant, nocent fa-
cultati: ſi in quopiã vicino, non immutant vſum. Siqui-
dem proba temperatura, intemperiesq;, ex quatuor
fiunt elementis: vſus verò incremẽta vel remisſiones,
dũtaxat ex calido & frigido. Porrò ubi iam ad vltimã
vſus diſſolutionem deueniat, corporibus vicinis cordi
vehementer refrigeratis, non poterit etiã cordis cor-
pus non intemperatũ exiſtere, id quod nihil eſt aliud,
quàm facultatem debilitari. At verò vbi cum duritie
coniunctus eſt pulſus ille oblongus, anguſtus, & humi-
lis: neceſſariò etiam ei adeſt vel languidus, vel medius
inter languidum ac vehementem: declaraturq; eſſe is
affectus in corpore, qui reddit arteriã duram. Hæc eſt
ſiccitas, vel conſtrictio à frigore, vel tenſio. Siccitas qui-
dem in ardentisſimis febribus, vbi pesſimè inueterarint: ac præcipuè * in marcore torrido certisq; melan-
choliæ & quartanæ febris generibus. Conſtrictio fit à

Temperiẽ in-temperiemq; cordis, ex quatuor elementis conſtari.

Siccitas in quibus morbis arterias inuadat. Conſtrictio

rebus refrigerantibus. Tenſio ab affectibus conuellen-
tibus, & ingentibus inflammationibus. Ex ſcirrhis ve-
rò conſtrictio arteriarum & tenſio naſcitur: quũ aliàs,
tum vel maximè vbi lien & hepar ſcirrho indurantur.
Sed tactu eiuſmodi affectus deprehendentur, & p vri-
nas, & alui excremẽta, perq; tum linguæ, tum vniuer-
ſi colorem corporis: atq; adeò etiam per febrium ge-
nus. Qui autem alii corporis affectus pulſum creãt du-
rum, partim originem ex recẽtibus offenſionibus re-
pentinam trahunt: reliqui omnes pedetentim. Offen-
ſiones quæ inducũt eiuſmodi affectus ſunt vini potio,
& frigidæ, intempeſtiua. Sæpe etiam fructus refrige-
rantes, balneumq; frigidum. Deprehendes noxã à vi-
no illatam, quum ſubitò pulſus non durus modò, ſed
maior etiam fit, celerior, & vehementior. Cæteras à
vino in communi diſcernes, quòd nec magnitudinem
adiunctam, nec vehementiã, nec celeritatem habeant:
ſingulas autem ſeorſum, vbi ſymptoma aliquod appa-
ruerit, eorum quæ fructibus id genus ingeſtis ſolent
ſuperuenire: vt delirium exempli gratia, quod à vi-
noſis fructibus proficiſcitur. Iam verò ſi neruorum
originem aliquis dictorum affectuum occupet, con-
uulſiuas diſpoſitiones inducit. Sic enim illas appel-
lo, quas ante mortem, conuulſionis aliquod neceſſa-
riò comitatur ſymptoma. Ac moriuntur ſanè om-
nes in hunc modum affecti, etiamnum calidi: contra
ac illi, qui corripiuntur ſyncopa. Hi ſiquidem vehe-
menter etiam frigidi viuunt adhuc. Eſt autem ope-
ræpretium noſſe, omnes duros ſimul & paruos pul-
ſus, quàm citisſimè fieri vibratos: & ſi qui vibra-
ti non ſunt, eos aut ob vitalis facultatis imbecilli-
tatem, aut remisſionem vſus, aut vtriuſq; concur-
ſum, nõ admittere vibrationem. Nam ſi quidem vſus
magnam poſtulet diſtentionem, visq; operari valeat
vitalis, ſed vnum refragetur corpus arteriæ, quod

Tenſio.

Noxa illata a uino, quo deprehendenda.

Conuulſiuæ diſpoſitiões quę ſint.

Duros ſimul et paruos pulſus, omnes fere ſieri uibratos.

attolli in magnam distentionem præ duritiæ non possit, vibratio in eum statum incidit. Nulla præterea ratione fiat arteriæ vibratus motus. Quocirca hic pulsus qui videtur vibratione carere, aut extremam imbecillitatem virtutis, aut remissionē vsus declarat maximam. At vibratus si sit, nonnihil roboris facultatem possidere portendit, nec pulsuum vsum prorsus dissolutum existere. Ad eundem modum si pulsus citra vibrationem * longior sit naturali, angustiorq; & humilior, non longissimē tamen à natura in singulis his recesserit, sed aliquantulum: si quidem etiam sit durus, frigiditatem, vel facultatis imbecillitatem indicat, vel vtrunq; simul. Atq; hæc ex consequentibus discernūtur. Si verò simul & durus sit, & vibratus, illos significabit affectus, à quibus durus pulsus producitur: facultatem tamen non imbecillam, vt in illis, nec dissolutum vsum. Quanta verò vtriusq; sit noxa, in facultate indicabit vehementiæ & remissionis differentia, vnà cum q̃titate ipsius vibrationis: in vsu, differentia celeritatis & crebritatis, cum vibrationis item quantitate. Reliqua ex antedictis coniicito. Haud aliter si non paulum, nec multum tribus differentiis pulsus ille à naturali recedat, sed mediocriter & moderatè, ex dictis notato discrimina. Celer etiam pulsus dicitur, interim comparatus cum moderato: interim cū quolibet alio. Præterea ille ipse moderatus, nunc absolutè dicitur: quem in optima natura conspicimus: nunc de vnoquoq; homine, qui ĩculpata sanitate fruatur. Atq; hic ex comparatione absolutè temperati æstimatur, docetq; quale nam sit ipsum temperamentum. Ac celerior quidem calidius: tardior frigidius temperamentum declarat. Verùm solam non est reperire mutationem in celeritatem & tarditatem, nec in sanis, nec in affectis corporibus. Nam qui calidiore est temperamē to, quàm simpliciter moderatus, si videat habere celeriorem,

Vibratio pulsus qñ accidat.

Vibratus pulsus si adsit, nō nihil roboris facultatē possidere declarat.

Moderat⁹ pulsus quot modis dicatur.

Celerior pulsus, calidi⁹: tardior, frigidius temperamentum declarat.

leriorem pulsum, eum habet necessariò maiorem. Et cui pulsus est aliqua ex occasione celerior solito, omnino etiam est maior: neuter tamē horum necessariò est crebrior. Siquidem crebritas illis, vbi calor accumuletur copiosior, accedit. Itaq; cum celeritate, modò magnitudo, modò etiam crebritas est cōiuncta. Similiter mutationes in tarditatem pulsuum, partim ex moderato statim, in raritatem simul mutātur: subinde etiam in paruitatem, vbi amplius vsus sit imminutus: partim ex statibus non naturalibus, nunc aucto vsu, sæpe vnà cum mutatione in paruitatem; interim cum raritate: nonnunquam cum mutatione in vtrāq;. Cęterùm mutationes pulsuum ob imminutum vsum, ĩ tarditatem fiunt, cum raritate & paruitate. Habes primas & simplicissimas pulsuum mutationes in celeritatem & tarditatem: * quarum causæ antecedentes & primatiuæ, eadem inueniuntur ratione, atq; illæ quas de magnitudine & paruitate exposuimus. Mixtæ verò mutatiões atq; compositæ, cum vehementia, vel remissione, vel duritie, vel mollitudine coeunt. Quæ etiam examinādæ discernendæq; sunt eadē via & ratione, quā quum de longo, angusto, & humili disputaremus, declarauimus. Vt exempli gratia, si simul & celerior esse & mollior videatur pulsus, animaduertendū est, tanto'ne celerior sit, quanto mollior: an magis. Nam si quanto est mollior, tanto etiā celerior sit, à sola mollitudine ipsa mutatio est facta. Sin celerior quàm mollior, nō à mollitudine tantùm, sed etiam ab vsu aucto. Contra si mollior, quàm celerior, quanto mollior est, tantum detraxit solius vsus remissio. Similiter in aliis coniugationibus danda opera est, vt præpollentem causam inuestigemus: magnitudinem quarū ex proportionis excessu deprehendes. Quum igitur in distentione arteriæ quatuor generales sint differentiæ: prima, eadēq; inter omnes maximè pulsuum propria, quæ in qualitate cō

Celeri pulsui modo magnitudo, modo adiungitur crebritas.

Mutatiões primæ & simplicissimæ pulsuū in celeritatē & tarditatem.

Distētionis arteriæ quatuor generales sunt differentiæ.

sistit motus: secunda, quæ in quãtitate distentionis: tertia quæ facultatem: quarta deniq; & vltima, quæ tunicam arteriæ indicat: hoc certè postremum genus, non est proprium pulsuum, sed aduentitium. Cæterùm tũ ipsum, tum penultimum genus, causam semper à qua gignuntur, manifestè declarant: duo autem reliqua genera superiora, nõ perpetuò. Etenim duobus obuenit generibus posterioribus, vt ab vna vtrũq; causa constituatur: primis verò duobus, vt ab oĩbus causis, quas tres demonstrauimus esse: quare in primis illis ad inueniendam causam, q̃ in vltimis, pluribus opus est distinctionibus. Porrò secũdum genus, quod circa distẽtionis quantitatem versatur, hoc præter cætera habet, q̃ septem & viginti pulsuum differentias cõplecti videatur, quæ tamen sunt tres dũtaxat. Porrò vehemens pulsus à facultatis semper robore fit: proinde * quanto vehementior fuerit, tanto facultatis maius esse robur significabit: languidus, ex facultatis imbecillitate: quare * quanto languidior sit, tanto facultatem ostẽdet imbecilliorẽ. Haud aliter durus pulsus efficitur ab arteriæ tunica dura: mollis, à molli. Præterea quãtitas pulsus duritiei mollitudinisq;, quantitatẽ duritiei mollitudinisq; arteriæ declarat. Cæterùm qui medius est inter durum & mollem (qualis dicitur moderatus) primus natura est inter eos: solusq; dicitur naturalis. At inter languidum & vehementem hac ratione medius est nullus, q̃ languidus sit oriundus ex facultate imbecilla, & decifcente à natura: vehemens autem à firma & rectissimè habente. Verùm alio modo, inter languidum & vehementẽ medius aliquis esse posfit. Modus autem dignoscendi per tactũ adhibitum est. Nam quũ à pulsu euertitur, eum vehementem vocamus: vbi tactus euertit pulsum, languidum: vbi neutrum fit, medium eum pulsum dicimus inter vehementem & languidum: qui quidem non aliter atq; languidus, præ-

Quantitatẽ dilatationis arteriæ, feptẽ & uiginti pulsuum differẽtias cõplecti.

Vehementem pulsum, a facultatis sẽp̃ robore fieri.

Pulsus durus & mollis unde proficifcantur.

Mediũ pulsũ, q̃ naturalis sit dari nullũ iter languidũ & uehementẽ posse.

Medius pulsus inter languidũ & uehementẽ quomodo dignofcatur.

ter naturam est. Porrò alterationes pulsuum, * quæ quidem in remissionem & vehementiã fiunt, illæ certè & solæ frequenter fiunt, hoc est citra vllam aliarum differentiarum miscellam, atq; etiam ab vna causa: vt si cæteris causis naturalem modum seruantibus, facultatis robur sit paululum auctum, aut imminutum: interdum tamen ab vna quidem causa gignuntur, at nõ solæ: quẽadmodum vbi facultas aut imbecillima, aut robustissima effecta fuerit. At mutatio pulsuum in duritiem & mollitudinem, si quidem ab vna causa procedat, omnino aliquod vnà generum aliorum mutabitur. Quòd si sola constet, ex concursu plurium causarũ gignitur. Simul autem & sola & ab vna causa nequaquam fiat, nisi minimo planè spatio à natura recesserit. Causæ antecedentes quæ robur facultatis adaugent, partim in ipso insunt corpore, ac humores quidam sunt semicocti & crudi, qui iam concoquantur: & naturæ ad iudicationem impetus: ac præterea iracundia. Partim adueniunt extrinsecus, vt vinum, cibus, modicæ exercitationes, & omnia quæ intemperies corrigunt. Deprimunt verò facultatem inedia, vigiliæ, solicitudines, mœrores, vacuationes immodicæ, vehementes dolores, vel cum quadã proprietate accidentes, vt quem stomachicum affectũ appellant, qui animi deliquium inducit. His adiũge omnia quæ cordis vel arteriarum creant intẽperiem. Mollem reddunt arteriam humidi cibi, frequẽtiores balneæ, somni multi, mollior vita, & delitiæ: quæ omnia intra septa naturæ manent: præter naturam autem sunt, simulq; idem moliuntur, lethargus, coma, hydrops, & si quæ sint alia quę largo humore ac maximè pituitoso arteriarum tunicas imbuunt. Igitur præsentem constitutionem singularum coniunctarum causarum pulsus primam omnium indicat: qua cognita, antecedentes & externæ causæ, quæ coniunctas introduxe-

Causæ antecedentes, quæ facultatis robur adaugent, sunt duplices.

Facultatẽ quæ deprimant.

Arteriam mollem reddẽtia.

Pulsus añ all' omnia, indicat coniunctæ causæ naturã atq; constitutionẽ.

runt, deprehenduntur. Atq; in hoc præteritorum prę cognitio consistit. Nam futurorum, ex iis quæ comitantur dispositiones, præsagia sumuntur.

GALENI PERGAMENI DE PRAECOGNItione ex pulsibus. Lib. II.

Cōtractioni arteriæ isunt quatuor gña pulsuum.

CONTRACTIO ETIAM habet quatuor genera pulsuū, quot scilicet dilatatio. Siquidem velocior & tardior: maior & minor: vehemētior & languidior (si naturam ipsam spectes rei) fit contractionis motus: ac praeterea etiam arteriæ corpus, aut durū, aut molle redditur. Haud dignoscas tamen horum generū, præter tarditatem & celeritatē, vllum. Porrò tum distentio tum contractio arteriarū, naturalis caloris tuetur mediocritatem: distentio, veluti inspiratio quædam, excessum caloris refrigerando, & ventilatione quod extinguitur incendendo: cōtractio, in modum expirationis fuliginem expurgando. Ergo celeritas contractionis indicio erit fuliginosorum excrementoꝝ ingētem colligi* multitudinem, expurgariq́; id temporis, quandocunq; inueniat. Tarditas contra, nec eius multum coaceruari excrementi, eoq́; neq; euacuationem desyderari. Atq; aceruatur quidem magna copia fuliginis, *vbi humores putrescunt: quo tempore necessum est febres accendi: pauca autem, dum corpus bonos humores continet. In aliis statibus qui medii inter nos sunt, pro portione singulorum statuū. Inter edendum & dormiendum, plus: per vigilias & inedias, minus. Eadem planè ratione pro ciborum natura, ex illis qui prauos humores gignūt, plus: minus ex iis q probos. In febribus ad eundem modum: in accessionibus

Distētionis cōtractionisq; arteriarū usus.

Contractionis in arteriis celeritas, magnam uim excrementi fuliginosi indicat.

Fuliginosi excrementi quando plus, & qñ minus accrescat.

plus: aliis temporibus minus: adeoq́; plus ex crassis & lentis humoribus, qui pituitosi sunt, & quos crudos appellant: ex biliosis minus & melancholicis: medio modo ex sanguine, qui & ipse putrescit in inflammationibus: vnde oriuntur febres, quum aliæ, tum illæ, quarū adeò est immodicus ardor, vt cutem deurant, & carbunculum generent. Eiusdem ferè naturæ sunt herpetes depascentes. In omnibus quippe his ipsi humores putrescunt. Alio autem modo putrescentes in asperis arteriis succi. Pulmonem enim suo vitio contaminãt: quod viscus tempore etiam ipsum putrescit. Colligun tur autem in asperis arteriis id genus succi, vel per destillationē à capite, vel ex pleuritide, vel peripneumonia, vel pulmonis affectu, vel angina, vel ex translato pure. Originem hinc ducūt putredinis, ꝙ minus probè expuantur. Nam vt sunt uitiosi, & locus calidus, maturam desyderãt euacuationem. Subinde etiam fit, ut quum pulmones rumpitur vas, immittat sanguinis aliquid in ipsas arterias asperas: qui quidem diuturnitate putrescens, tabem excitat. Quo etiã deuenit celerius, quem vasa emittunt exulcerata. Ergo in omnibus his, contractio arteriarum secundum quantitatem augeť, & si sensu id planè non percipiatur. At celeritatis clarè incremētum dignoscitur. Nunc ad crebritatem, raritatemq́; nos conuertamus: quarum duplex est vtraq;, quòd etiam quietibus contigit arteriæ duplicibus esse: vni ab distentione ante contractionem: alteri post contractionem ante distentionem. At quiddã ambabus est commune: aliquid proprium vtriq;. Cōmune, ꝙ duabus de causis abbreuiantur, vel ꝙ prior productus sit motus, vel ꝙ sequens anticipet. Contra protenduntur, si vel breuior fuerit prior motus, uel si remoretur posterior. Vtriq; proprium, quod denotare possunt. Illud autem ab eis constat significari, quod ex producto altero motu, uel anticipãte altero potest

Sanguis in inflãmationibus computrescēs, quas febres gignere soleat.

Humores in asperis pulmonis arteriis delitescentes, unde illuc confluãt, & qua de causa putrescant.

Tabes unde contrahatur.

Quies arteriæ duplex.

Quietibus arteriarum quid sit commune.

Quieti arteriarum utriq; qd sit proprium.

prodi:aut contra, ex abbreuiato altero motu, & mo-
rante altero. Quando enim syncerus calor, paucissi-
misq; excrementis pollutus, distẽtionem maiorem &
celeriorem concitat:contra qui confusus excremẽtis
est putribus, contractionem:vbi ex anticipatione vel
magnitudine distentionis pulsus creber fuerit, calorẽ
purum indicabit plurimum increuisse in corpore. Vbi
verò ꝙ maturius incipiat contractio, impuri copiam,
atq; excremẽtis referti caloris, arguet. Nec aliter, quũ
rarior pulsus externa quiete sit, si quidem ob distẽtio-
nis breuitatem, indicabit esse refrigeratum calorem:
sin ob contractionis moram, fumosa imminuta esse
excrementa. In quiete interna è diuerso, si ex produ-
ctione cõtractionis creber sit pulsus, suppullulare abũ
dantiam fumosorum excremẽtorum: si ob maturio-
rem distentionis exorsum, auctum calorem esse. At ue
rò quum rarior in hac quiete pulsus est, si ob imminu-
tam contractionem, pauciora excrementa annuncia-
bit:imminutum calorem esse, si ob distentionis mo-
ram. Quòd si coniuncta ambo sint, vt & protendatur
motus prior, & alter anticipet, siue ĩ externa hoc quie
te, siue accidat in interna, compositũ declarauerit affe
ctum ex illis, quorum sigillatim significabat vtrunq;.
Itidẽ si pulsus sit rarior, in vtra hi coierint ambo quie
te, contractus prior motus, & alter nimis tardat⁹, erit
status tunc quoq; duplex, atq; ex vtroq; compositus.
Cęterũm externa quies clarè sentitur, interna autem,
ne obscurè quidem. Eam tamen coniectura quis asse-
qui possit, ex vtriusq; motionis impetu. Iam verò
contractio ipsa, interim nõ tam diuturna est, quàm di-
stentio: interim æquè diuturna: est quum diuturnior
sit, non tamen quintuplo (vt ait Herophilus) sed pau
lo maior. Inæqualium pulsuum quidam in vno ictu

Herophilus.

inæqualitatem sortiuntur: alii verò in plurium acer-
uo, quam collectiuam inæqualitatem appellant. Om-

Collectiua inæqualitas.

nes autem in vniuersum, aut ex obstructionibus, aut
ex compressionibus instrumentorum, aut abundan-
tia humorum, ad facultatem collata, aut cordis in-
æquali intemperie constant:estq; inæqualitas incõmo
dior, quæ circa vnum pulsum, quàm quæ circa acer-
uum, versatur. Iam verò, intermissio motus arteriæ,
siue in vno pulsu, siue contingat in pluribus, periculo-
sior est aliis inæqualitatibus omnibus. Vt igitur à col-
lectiua (quæ apertior est) auspicemur, facultas ipsa
gignit intermittentes pulsus, vel grauata, vel impedi
ta ob crassitudinem aut copiam humorum obstruen-
tium, aut opprimentium arterias:aut etiam occupan-
tium spatia in quibus illæ distendi solent. Est quum in-
flammatio vel scirrhus corpora incumbentia arteriis
infestans, earum distentionem coerceat. Si verò ipsa-
rum arteriarum tunicas tale quid occupauerit, maius
periculum imminet:sicuti extremum malum, si cor-
dis corpus inuaserit: nam ii subitò syncope corripiun
tur. At intemperies cordis non est perinde exitialis,
sed est longe mitior inflammatione. Cuius quidem in-
temperiei comes facultatis ĩbecillitas est:pulsusq; lan-
guidus, præter talem affectum, indicat nihil. Nam mo
derato cor præditum temperamẽto, pulsum edit ve-
hementem: prauo, languidum. Paruum itaq; & lan-
guidum pulsum sola intemperies reddit: non tamen
continuò inæqualem, nisi humoribus contentis in ip-
so corde, & in arteriis & venis coniunctis illi, sit facul
tas inferior: aut etiam ipsius cordis corpus, inæqua-
li intemperie affligatur. Sunt autem raris pulsus in-
termittentes finitimi: hoc ab eis differentes, quòd
rhythmum vniuersum amittant. Qui quidem eo pe-
riculosiores existent, quo fuerit ipsa intermissio ma-
ior. Porrò si arteria duorum pulsuum tempus mo-
retur, haud scio an quispiam esse superstes possit: at
Vnius pulsus tempus, aut paulo amplius, intermit-

Inæquales pulsus unde gignantur.

Intermissio arteriæ periculosior est aliis inæqualitatibus omnibus.

Intermittentes pulsus unde exoriantur.

Intẽperies cordis est mitior inflãmatione.

Cordis intemperiei comes est ĩbecillitas facultatis.

Inæquali pulsui gignẽdo q̃ requirantur.

Pulsuũ duorũ motu intermisso Galenus dubitat an quispiã uiuere possit.

tente arteriarum motu, ſæpenumero conſpeximus
hominem liberari: præſertim quum ætatem ſenilem
ageret. Etenim facultates languidæ, à paruis ſæpe oc-

Validæ facultates, tantũ deiictuntur a maximis occaſionibus.

caſionibus offenduntur: firmæ autẽ, tantùm deiiciun-
tur à maximis. Proinde qui habitu ſunt valente, diuq́;
à morbis immunes fuerunt, periclitantur ſi eis prehen
dantur. At ĩbecilli, quiq́; aſſiduè obiecti ad omnes ſunt

Imbecillia corpora cur ubi ĩciderũt in morbos facillime reſtituantur.

cauſas, facillimè reſtituuntur: ꝙ ſcilicet horum nemo,
quum à qualibet lædatur vel minima, magnam cau-
ſam expectet. Itaq; intermittentes pulſus minus per-

Intermittentes pulſus min⁹ ꝑniciosos obtinent ſenes & pueri, q̃ iuuenes.

nicioſos poſſident ſenes q̃ iuuenes: mox pueri ab illis,
ꝙ concoquant digerantq́; per halitum humorum co-
piam & craſſitudinẽ, quæ intemperies inæquales pro-
duxit: quum nimirũ concoctrice facultate ſint validiſ-
ſima, corporeq́; mollisſimo, ac facilè perſpirabili. Iam
verò naturalis arteriæ motus, ſanitatem refert: vitio-

Pulſus oĩno intermiſſus, mortem refert.

ſus morbum: omnino intermiſſus, mortem. Et quem-
admodum ſoluere apoplexiam, ingentem quidem et
impoſſibile: leuem autem nõ facile: ſic intermisſio diu
turna pulſuum vt tollatur, fieri non poteſt: breuis au-
tem poteſt, haud tamen citra negotium. Cæterũ diu-
turnam voco, quæ excedit duorum pulſuum curricu
lum: breuem, quæ intra duorum pulſuum tempus ma
net. Iam mors a pulſibus intermittentibus repentina
corripit, non aliter ac ab apoplexia. Vtrobiq; eni cor-

Rariras ab intermittẽte pulſu quõ, diſtinguatur.

dis calor extinguitur, deſtitutus reſpiratione. At rari
tas quidem ab intermittente pulſu diſcernitur diutur
nitate temporis: interdum etiam, ꝙ raritas interim ha
bet æqualitatem coniunctam omnium ictuum: inter-
mittens autem pulſus neceſſariò inæqualis exiſtit. Ac

Rarus pulſus unde gignat.

hæc, ingens frigiditas raros pulſus producit: quæ qui-
dem vel corpus cordis, vel ſanguinẽ ſpiritumq́; illius,
vel ✳ conſentientem ei aliquam partem occupat. Si igi
tur corpus ipſum cordis prehendat, ita languidos, tar
dos, & paruos reddit pulſus, vt ipſa præpotẽs eſt. Quæ

verò a parte proficiſcitur alia, raritatem longiùs q̃ cæ
tera gña, à natura auertit. At mors tum minus põt de-
clinari, ubi frigiditas corpus cordis inuaſerit: quan-
quam & repentina etiam in altera differentia oritur.
Ac moriuntur quidem priores illi inter dormiendum
potius. Alteri autem hi, quum illo modo, tum etiã in-
ter loquendum. Intermittentes pulſus pernicioſiores

Intermittentes pulſus cur pernicioſiores ſint raris.

ſunt raris, ✳ ſi quidem generatio ipſorum fit raritate
producta: ſolutio autem, eſt reditus quidam per rari-
tatem, in commoderationem priſtinam. Raro pul

Intercurrẽs pulſus intermittẽti aduerſatur.

ſui aduerſatur creber, ſicuti intermittenti intercurrẽs.
Fit autem ipſe intercurrens ex crebritate inæquali, ꝙ
functionem obeat cor minus plenam, q̃ vſus poſtulet:
id quod fit ſanè, vbi ab humorum colluuie oneratum
eſt cor, aut inſtrumenta obſtructa, aut in arctum coa-

Intermittẽs pulſus unde exoriatur.

cta. Quæ quidem cauſa erat etiam intermittentiũ. At
diſſident inter ſe, ꝙ repugnat in intercurrentibus, ac
decertat cum noxiis cauſis facultas: in intermittenti-
bus autem, hoc non ſuſtineat facere. Quare iudicatio-
nem ſæpe attulerunt pulſus intercurrentes. Iam uerò

Ardentisſimæ febres omnes, pulſum crebrũ ſortiuntur.

omnes ardentisſimæ febres, pulſum crebrum ſortiun
tur, quarum quædam extra periculum ſunt. At qui in
ſyncope ſunt crebri pulſus, propter remisſionem (quę
perpetuò coniuncta eſt cum omnibus ſyncopis) exi-

Raritas pulſuũ nunq̃ uacat pꝛiculo, ſicuti nec remisſio, nec paruitas.

ſtunt periculoſi. Cæterùm raritas nunquã vacat peri-
culo, ſicuti nec remisſio, nec paruitas. Sola autem ex-
trema vehementia in pulſibus, non modò vacat peri-

Vehemẽtia pulſuum eſt utilis.

culo, ſed eſt etiam maximè vtilis. Magnitudo autem
ſumma, vbi coniuncta eſt cum mollitie morboſa, peri
culum nunciat: ſin cum ſalubri aliquo arteriæ ſtatu, ni

Veloces pulſus tardis ſunt ſecuriores.

hil ſubeſt ei mali. Præterea veloces pulſus tardis ſunt
ſecuriores: ſi quidẽ ſumma celeritas, ſumma tarditate
eſt ſecurior. Summa quippe tarditas, non ſecus ac rari
tas. Tum incidit, quum calor natiuus extinguitur.
Celeritatis incrementum procedit ab vſu vrgente,

Formicans pulsus.

atque à valida facultate. Verùm formicans pulsus, nec omnino est celer, nec summum attigit crebritatis.

Durissim' pulsus unde accidat.

Durissimus pulsus, perinde est, vt mollissimus, periculosus. Nam ex scirrho ille, aut inflammatione insigni visceris, aut ex constrictione per frigus, aut ex siccitate ab ardentissima febre profecta, aut ex valida conuulsione: hic ex alto comate, & leucophlegmatia, atque ex immodica humiditate habitus gignitur.

Mollissimi pulsus causæ.

In summa verò, omnes pulsus, qui longè à naturæ modo recedunt, non sunt laudabiles. At languidissimus, tardissimus, rarissimusque, omniũ pessimi sunt: ab illis, minimus, mollissimus, durissimus: inde creberrimus. At non celerrimus vel maximus: sed sunt hi modicè periculosi. Vnus verò inter omnes extremos optimus est vehemẽtissimus.

Pulsus omniũ pessimi, qui.

Pulsus uehemẽtissimus, optimus.

Inæqualitas etiã intermittens in vno pulsu, omniũ periculosissima est, præsentemque mortem annunciat. Hæc fit, vbi distentionem interpellat quies. Vbi igitur vehementior secundus motus sit priore, commodius est: vbi languidior, periculosius. Iam tardior item, signum periculosius existit: celerior, tutius. Gignuntur quippe hi pulsus, dum simul & certat natura, & impeditur ab insalubribus causis. Est etiam melior motus vehemens & celeris languido & tardo. At verò prior motus alterum nihil excellit ferè, in magnitudinis paruitatisque differentia: sicuti neque in duritia, aut mollitie: & si quando interdum vibratus sit, durior alter occursus videatur. Etenim vibratio est duræ arteriæ symptoma, vbi amplius cogitur vi distendi. Pessimus autem est pulsus is intermittens, cuius tempus quietis prolixius fuerit. Inæqualitas igitur intermittens in vno pulsu, causas habet genere easdem, ac collectiua: sed quàm illa est deterior longè. Corpus cordis facultatem quandã obtinet quæ distendit & contrahit, tuendi gratia innati caloris. Hæc in cõtractionibus fuliginosum ex-

Inæqualitas intermittens in uno pulsu, mortem annũciat.

Pulsuũ itermittentium q existant perniciosiores.

Vibratio qd.

Inæqualitas unius pulsus, lõge est quàm collectiua deterior.

Cordis facultas.

crementum effundit: in distentionibus allicit refrigerium. Vbi igitur ex æquo calidum, vel frigidum, vel purum, vel turbidum, ipsum cor fuerit, omnes eius partes pari impetu ad functionem contendunt. Vbi verò aliæ calidiores, aliæ frigidiores extiterint: ac hæ omnino mundæ, illæ abundantia excrementorũ confusæ, non eodem omnes impetu ad munus feruntur: sed hæ anteuertunt: illæ cunctantur. Vt autem plures & maiori vi ad actionẽ properantes, fuerint, vniuersum cor excitant: ita contra, vbi pauciores sint, quæ ad motum festinant, quæ consistunt plures, vniuersum in longiore quiete continent. Iam verò calidiores si motui præsint, maturior simul & celerior, maiorque distentio editur: sin frigidæ, serior, tardior, & minor. Motus itaque principatus maiori numero partium defertur: sæpe etiam magnitudini vsus. At verò si alteræ partes alteris vel paulo sint plures, vel planè pares, vicissim vincunt, atque vincuntur, variosque efficiunt & inæquales totius visceris motus. Caprizans pulsus ex genere est illorum, qui intercipiuntur quiete: succeditque interdum talibus cordis affectibus, quemadmodum etiam dicrotus, qui ex genere est intrò retractorum: & comitatur nonnunquam inæqualem cordis temperantiam. Etenim si vnà contingat, vt quædam sint partes cordis præcalidæ: aliæ fumosa fuligine præfocentur, ad contrarios prosilient motus: vt hæ quidem distentionem moliantur: illæ consīdant. Ac tunc sanè distentioni contractio potest succedere tribus modis. Primo, quũ distentionem, prius quàm mensuram impleat, contractio exceperit: secundo, vbi prorsus completæ succedat, externa quiete deperdita: tertio denique, dum distentionem nondum perfectam contractio retrahit, cæterùm debilior reddita, reliquum permittit compleri. Haud aliter etiam contractionem distentio, nunc absolutam cõsequitur,

Cor moueri eatenus, quaten' a pticulis suis excitatur ad motum.

Caprizãs pulsus.

Dicrotus pulsus.

nec permittit consistere: nunc etiam prius q̃ sit cōple-
ta, impeditam & victam excipit: nonnunquã retrahit
nonnihil, superatur tamen. Atq; hi arteriarum motus
fiunt interdum vel citra affectum cordis, aut propter
earum inæqualem intemperiem, aut facultatis imbe-
cillitatem, aut etiam duritiem tunicæ. Porrò ipsius fa-
cultatis essentiã, nihil aliud putamus esse, præter quali-
tatem temperamenti. Tres autem affectus hactenus,
originesq; bis ferientium pulsuum inuenimus: vnam
vibratorum, hac sola re ab illis distinctam, quòd quũ bre-
uem pulsus longitudinem habeat ex vtraq; parte arte-
riæ, obscura vibratio sit: quã ob rem dicrotus, nō vi-
bratus videtur. Alteram, in qua non vibratus est pul-
sus, sed arteria dura, & imbecilla facultas, vt à corpo-
ribus decumbentibus opprimatur, aliqua tamen par-
te iuxta cutē sita, attollatur liberè. Atq; hi quidē duo
pulsus tum dicroti sunt, tum duri. Tertius qui ex intē-
perie nascitur, haud est dicrot⁹, sed bis modo pulsans,
nec necessariò durus: possumus tamen eum dicrotum
appellare. Etenim intemperiem qua cordis corpus af-
fligitur, comitatᵉ pulsus bis feriens: consequiturq; etiã
ille, cuius externa quies est amissa: & cuius impeditur
distentio. Est & aliud freques genus inæqualitatis in
vno pulsu, vbi arteriæ principio propinquior pars,
prius mouetur. In quo genere vndosus atq; vermicu-
lans pulsus consistunt, à molli arteria & non valida fa-
cultate profecti. Ac vermiculans quidem, non modò
non validam, sed infirmam etiam facultatem denun-
ciat. Vndosus autem, interdum non satis firmam: ac
nonnunquam mediocriter validam: quum præsertim
sudorem decretorium promittit. In humidis enim re-
peritur & pituitosis morbis: in quibus etiam tarditatē
& raritatem, magnitudinemq; solet acquirere. Quòd
si altitudinem præterea, & vehemētiam sit nactus, de-
cretorium haud dubiè sudorem significabit. Magis hic

Essentiã facultatis nihil esse aliud præter q̃litatem temperamenti.

Pulsuũ bis ferientium generationes tres.

Vermicãs pulsus infirmã facultatē denunciat.

Vndosus pulsus qñ sudorē decretoriũ promittat.

sperandus est, si plures vehementes & alti appareant,
quàm contrarii. Qui si æqualiter etiam fiant, salubrem
simul & breui pollicentur sudorem, maximè si conco
ctionis morbi appareāt indicia. Vndosus itaq; pulsus,
ex humida molliq; arteria oritur, simulq; ex faculta-
te modicè affecta: vermiculans autem, ex molli quidē,
verùm ex imbecilla insigniter facultate. Quã ob rem
etiam sine febribus solet superuenire vniuersis largis
euacuationibus. Decurtatorum pulsuũ duplex est
genus: alterum in vnica distentione: alterũ in aceruo.
Quod in vnica distentione fit, facultatis imbecillitatē
vnà cum corporis gracilitate arguit. Est autem admo-
tis digitis arteria tangenda. Deinde si animaduertatur
interea in arteriæ primis partib⁹ maior pulsus, vel ve
hementior, vel vterq;: in postremis minor, vel langui
dior, vel ambo: primus digitorum applicatorũ est at-
tollendus, perspiciendumq;, utrum similem illi qui an
tea erat, quàm hic sustolleretur, sequentes digiti mo-
tum percipiant: an vehementiorem, atq; maiorē. Er-
go si motum similem digiti sequentes sublatum digi-
tum sentiant, sua sponte arteria decurtatam distētio-
nem habebat: quod nobis infirmæ facultatis à corde
prodeuntis, vestigium erit. Nam illa quãdo rectè se ha
bet, vsq; ad finem arteriarum omnium contentio quę
attollit eas, similiter permeat. At in pulsibus decurta-
tis paulatim remittitur, tantoq; efficitur imbecillior
solito, quantum est à principio remota. Quòd si eleua
to tu primo digito, postea motum percipias validio-
rem, ac maiorem quàm antea, declarat ille quidē etiã-
num facultatis arteriæ imbecillitatem, sed minorē cer
te quàm alter: quòd illic facultas remitteretur à principio
discedens: hic maneat, quantum in ipsa est, par, sed gra
uata ab iniectis digitis, imbecillus moueatur arteria.
Quod quidem minus habet periculi. Neq; enim ita
ipsius cordis, vt arteriæ quam tangimus, ostendit af-

Vndosus pulsus ex humida molliq; arteria nascitur.

Vermicãs pulsus solet citra febrē accidere.

Decurtatorum pulsuũ duplex genus.

Decurtatorum pulsuũ dignoscendorũ rō.

fectum. Alterum autem, potius cor eſſe imbecillum
ſignificat. Porrò ſi omnino pulſus deficiant, tum mul
to magis declarabunt facultatis imbecillitatem. Quo
tempore ſunt ſubmouendi omnes digiti: ac dein ſpa
tio paruo interpoſito, de integro admouendi. Bifa-
riam autem ipſe aboletur pulſus, vel quia prorſus nō
pulſant arteriæ, id quod extremum eſt malum: vel
quia pulſant quidem, ſed ita languidè & parum, vt fu
giant ſenſum: eſtq; ſanè hic affectus, ſi citra deliquiũ
aliquod animi repentinum accidat, difficillimus. Re-
ciprocatur autem motus, modo ex vltima pulſus abo
litione: modo ex paruo pulſu & languido. Sed ille q-
dem* deficiens reciprocus dicitur: hic reciprocus de-
curtatus. In huiuſcemodi æſtimandis, ſic debemus par
tem componere, quancũq; tangamus, vt ſubter arte-
riam noſter ſit tactus. Omnium verò ſunt peſſimi pul
ſus, qui ab amiſſo motu minimè reciprocantur inuer
ſo membro. Minus his, qui inuerſo illo videntur mo
ueri. Quibus etiam minus, qui ſunt decurtati, nō ta-
men perdunt planè omnem motum. Iam etiam his
minus reciproci decurtati, adeoq; ſi multis ſimul oc-
currant digitis. Cæterùm numerus digitorum, qui-
bus motus ſit occurſurus, ſuus cuiq; eſt arteriæ.
Ad quam rem magnopere refert naturam tenere
ægrotantis. Quibuſdam enim natura ſua pulſus exi-
ſtit minor: ſicuti & aliquibus breuior. Quòd ſi nos
naturæ ipſius ægroti proprietas lateat, ex cōmunior i-
bus differentiis coniecturam faciemus, temperamen
ti ſcilicet, & habitudinis corporis. At in temperamē-
to, præſertim calidi & frigidi differentiam expendi-
mus: in habitudine, gracilitatis & corpulentiæ. Ac
fit interdum, vt ambæ inæqualitates pulſuum, tum
quæ in vno pulſu, tum quæ in aceruo conſiſtit, con-
currant. Sæpe quoq; illa quæ in vno pulſu conſiſtit,
non adeſt: quæ autem in aceruo, manifeſtè conſpi-

Pulſum abole ri bifariam.

Pulſus deficiēs reciprocus.

Pulſus reciprocus decurtat⁹.

Arterias tangendi ratio.

citur. Latet autem inæqualitas vnius pulſus, aut ob
affectionis exiguitatem, aut ob ipſorum pulſuum bre
uitatem. Vtrunq; itaq; genus decurtatorum pulſuũ,
ſignificat facultatis imbecillitatem. Verùm ſi in vna
fiat diſtentione, etiam gracilitatem indicat. Fit igi-
tur decurtatus pulſus in quibuſdam ex cauſis præter
naturam: in nonnullis tamen inuenitur ex propria
conformatione: quo modo innuens & circunnuens
pulſus. Qui quidem fit, ſi arteria ita ſit conforma-
ta, vt eius pars duntaxat media, nudæ cuti ſubie-
cta ſit: partes autem vtrinq; altius demergantur.
Quanquam fit etiam ob facultatis imbecillitatē, quæ
attollere onus non poteſt. Ex horum etiam ge-
nere eſt pulſus tremulus, qui non perinde eſt con-
ſpicuus. Quia verò imbecillitatem facultatis ſequitur
tremor, neceſſarium eſt ideò etiam tremulum pul-
ſum languidum ſimul & paruum eſſe: qua de re fu-
git ſenſum. Pulſus igitur tremulus, facultatem im-
becillam, tunicam arteriæ mollem, corporisq; gra-
cilem nunciat habitum. Videtur autem quiſq; or-
do perturbationi eiuſdem generis præſtare: propter-
ea quòd ordo naturæ noſtræ in primis familiaris exi-
ſtit. Ordo etenim fixam quodammodo cauſam eſſe
& perpetuam, indicare videtur: perturbatio autem
illius, variantem, nec in vna manentem vel magni-
tudine, vel ſpecie, vel regione. Cæterùm talis cau-
ſa non pernicioſior, ſed incertior cenſenda eſt. Itaq;
nihil certi, nihil ordinis perturbatio firmi habet: nec
tale, quale ordo, vel bonum, vel malum.

Decurtati pulſus ſignificant facultatis imbecillitatem.

Pulſuum innuẽtium & circũnuentium cauſa.

Tremulus pulſus quid indicet.

Ordo eſt familiaris naturæ noſtræ.

Ordo pulſuũ quid indicet.

Perturbatio ordinis qd ſignificet.

GALENI PERGAMENI DE PRAECOGNItione ex pulsibus. Lib. III.

Rerum preter naturã eẽ tres differentias, affectus, causas symptomata.

Affectus similarium particularũ sunt octo numero: quatuor simplices; quatuor cõpositi.

DEINCEPS AGENDVM de iis pulsibus est, qui dispositionibus præter naturam peculiares existunt. Etenim quicquid præter naturã est, aut affectus sunt, aut causæ horũ, aut symptomata. Quum igitur ex affectibus, hi quidem similarium, hi autem instrumentaliũ partium sint proprii: exordiar à similarium affectibus, qui quidem sunt octo numero, ab intemperie omnes profecti. Quorum quatuor dicuntur simplices, calor, siccitas, frigiditas, humiditas: quatuor compositi, frigiditas siccitati, caliditas siccitati, frigiditas humiditati, caliditas humiditati coniuncta. At verò pulsus per intemperiem, nisi arteriæ sint affectæ, vel cor, alterari non queunt: possunt tamẽ arteriæ nihil læso corde affici. At affecto corde vt innoxiæ permaneãt arteriæ, impossibile est. Cæterùm frigida & calida intemperies cordis promptè in omnes arterias permeat: humida & sicca ægrius.

Corde affecto, necessario etiã arterias affici.

Caloris peculiares pulsus q sint.

Peculiares igitur pulsus copioso calori sunt, magnus, celer, & creber. At magnus, nõ tantùm calorem excellentem, sed & instrumẽta requirit mollia, facultatemq́; validam: itaq́; non erit calidę intemperiei perpetuus. Celer etiam firmam postulat facultatem, ac instrumenta quæ distendantur promptè: quare ne hic quidem perpetuus erit. Creber similiter, si largè vsui à magnitudine & celeritate sit factum satis, nulla fiat ratione: si non expleatur vsus, fiat: proinde perpetuus ne hic quidem fuerit. Quam ob rem ex peculiaribus nullus erit inseparabilis. Si igitur calor solus increuerit, & in naturali statu maneat facultas, instrumentaq́;

Caloris peculiarium pulsuũ nullus erit inseparabilis.

strumentaq́;

strumentaq́;, quum mutatio ipsa est parua, magnitudo tantùm pulsuum augetur: quum maior, etiam celeritas: vbi insignis, iam etiam crebritas. Proinde maximus pulsus, idemq́; celerrimus & creberrimus, summum incrementum caloris significabit. At si celerrimus & creberrimus sit, non autem maximus, hoc nisi facultas sit ĩbecillior, vel arteria durior, accidere nulla alia ratione possit. Similiter vbi ingẽs sit crebritas, nec simul celeritatis & magnitudinis par incrementum, calorem quidem etiam tunc oportet esse copiosum, sed vel facultatis imbecillitatem, vel instrumentorum duritiam. Cæterùm imbecillitati erit adiunctus languidus: duritiei durus pariter & vibratus. Si durus citra vibrationem sit pulsus, ac summè creber, imbecillam facultatem, vnà cum calore magno nunciabit: & quum talis languidus sit, minabitur syncopem. Est aũt aliud cor & incalescere, & incaluisse. Etenim vbi à substãtia quam in suis ventriculis continet, ipsum cor calfit, potest firma facultas esse: vbi verò & incaluit, & in eandẽ incidit caloris intemperantiam, qua tenebantur sanguis & spiritus ventriculorum, tunc sanè eam intemperiem sequit̃ necessariò imbecillitas facultatis. Quòd si incaluerit largius, & per ipsum totum calor febrilis permeauerit, febrem excitat, hecticam. A calore itaq; cordis ipsi pulsus variantur. Qui quidem calor duplex quum sit, aut est certè à putribus humoribus genitus, vnde acrem qualitatem atq; fumosam contraxit: aut cum * vapida quadam & suaui humiditate coniũctus, sola quantitate à natura recessit: ille igit̃ prior cõstans & * ægrè solubilis est: secundus autem, non vsq; adeò obfirmatus: qui quidem balneis, exercitationibus, cibo calido, vini potui, atq; ex animi affectibus, * timori & iracundiæ solet superuenire. Porrò calor qui diuersus est à natiuo, breuem habet externam quietẽ: celeriorem autẽ, quàm pro portione distentionis, con

Hectica febris qñ excitetur.

Pulsus a calore cordis uariantur.

Cordis calor duplex.

tractionem. Qui quātitate sola variat, maiorem simul & celeriorem distentionem cōtractione. At qui etiam fuliginosus est, longè citatiorem distentionem cōtractionemq; celerrimam reddet. At verò si cor quidē calidius sit, frigidiores autem arteriæ, ipsa motuū exordia simul vtrobiq; fiēt, si modò venæ à corde facultatem citra læsionem recipiant. Cor tamen singulis arteriis maiorem, celeriorem, vehemētioremq; pulsum habebit. Etenim motus principium à corde illæ omnes haben t: eius autem speciem sortiuntur singulæ, prout cum ipso corde temperatura consenserint. Porrò nonnunquā accidet, vt arteriæ eodem tēpore non accipiant ex corde influentem facultatem: verùm quę cordi propiores sunt, primæ: posteriores, quæ remotiores: quod potissimum euenit, si arteriæ frigidiores & cor imbecillius coiuerint. Nonnunq̄ etiam in corde ipso percipitur temperamentorum pugnantia. Nam modò frigidius visceris corpus æquo est: & in ventriculis contenta substantia calidior: modo è diuerso, substantia frigidior, cor autem calidius: vbi etiam pulsus fiunt moderatis similes. At vbi aer quem inspiramus, infectus putredine fit, putredoq; ipsa ad cordis corpus peruenerit, febrim pestilentē ac letalem accendit, quæ quidē ex caloris acredine, ipsoq; caloris genere agnoscitur: & ex pulsu etiam, qui parū à naturæ modo recedēs, in eodem statu perpetuò manet: quemadmodum in hecticis febribus: quarum sanè duo hæc propria sunt signa, si perpetuò sibi illæ videantur similes, nec inuasionem vllam accessionis, nec incrementum, nec vigorem, nec remissionem habeant, nec febricitare se percipiat ægrotus. Hos pulsus nihil est necesse maiores iusto, atq; interim nec crebriores quidem esse, at omnino celeres tamen: quum febrientium pulsibus vniuersis adsit perpetuò celeritas. Cæterùm quibus putridus ille calor, non cordis corpus inuasit, sed hu-

Arteriæ habēt motus principium a corde.

Arterias nonnunq̄ non eodem oēs tempore a corde ĩfluentē facultatem recipere.

Cordi ĩesse nō nunq̄ uaria tēperamenta.

Pestilentiū febrium pulsum parum a naturali recedere.

Hecticarum febrium duo signa propria.

Febrientiū pulsibus uniuersis adest semp̄ celeritas.

mores in ventriculis illius contentos (deprehenduntur enim affecti hac peste, si febrem primum percipiant, nec dein æqualiter semper febricitent, ad hæc si pulsum non habeant præualidum) multi horū seruantur. Frigidæ intemperaturæ ipsius cordis, pulsus paruos, tardos, atq; raros efficiunt. Ac primùm sanè crebritas immutabitur: dein celeritas: ac vltimò magnitudo, si quidem illęsa facultas sit: nam si ipsa fuerit offensa, ad paruitatem & tarditatem, potius quàm ad raritatem pulsus mutabitur. Cæterùm, vbi facultas laboret plurimum, & si coniuncta frigiditas sit, pulsus extremè quidem fiunt parui, sed non tardi extremè: imò nonnunquam moderatis similes: crebritatem tamen non abiiciunt pristinam, sed etiam adaugent. At vbi paulùlum debilitata facultas sit, & frigiditas vigeat plurimum, longissimè ad raritatē pulsus deflectunt: parum ad paruitatem: medio modo ad tarditatem. Eodem etiam arteriæ modo, si in natiuo temperamento constent, mouebuntur. Nam si corde frigidiore existente, ipsæ calidiores sint æquo, tantùm alterabunt pulsum illius, quantum à natura recesserint. Vacāt huiuscemodi affectus febre, quòd fiant refrigerato corde à succis frigidis, iisdemq; lentis & crassis. At verò, si perinde vt cor arteriæ etiam iusto sint frigidiores, remissionem motuum illius augebunt: idq; in genere eodem. Accidit autem interdum frigidius iusto esse cor, fumidorumq; excrementorum plenum: quo tempore pariter & minor & rarior distentio fit: contractio verò celerior. At si ipsum corpus cordis inciderit in intemperiem aliquam inæqualem, necessum est pulsus ipsius cordis, adeoq; arteriarum omnium, variè inæquales fieri. Siquidem & collectiua, & circa vnum pulsum inæqualitas, in omni genere accidit: q; * subita fiat in magnitudinem, paruitatem, celeritatem, tarditatem, remis-

Frigidā cordis temperiē qui comitent̄ pulsus.

Cor, si laboret inæquali intēperie, pulsus uniuersos uarie inæquales efficere.

sionem, crebritatẽ, & raritatẽ mutatio. Verùm in duritiam, & mollitudinem, subita mutatio fieri vnq̃ non potest. Non vibratus autem interdum & vibratus, subita quadam vicissitudine sese in affectibus excipiunt, adiuncta ad cordis intemperiem duritia vel tensione arteriarum. Porrò pulsus bis feriens, intemperiei corporis cordis proprium symptoma est. Cæterùm si duricies accesserit, iam hoc indicium labefactatur: nã in dicrotum conuertitur communem plurium affectuũ. At vibratus dicrotus gignitur, vbi pulsus qui absolutè est vibratus, deminuta sit lõgitudo. Dicrotus verò nõ vibratus, æquè est ac vibratus durus, sed talis per suã tarditatem efficitur, & corporum onus incumbentiũ. Iam verò vbi cordis corpus præter modum est calidum, materiæ autem contentæ in eo frigidiores, aut etiam partes illi adhærentes: tribus id contingere differentiis potest. Aut enim illud tanto calidius est, quanto hæ frigidiores: aut multo illud calidi⁹, quàm hæ frigidiores: aut minus illud calidius, quàm hæ frigidiores. Quarum prima differentia pulsum repræsentat ad vnguem moderatum, magnitudine, celeritate, & crebritate. Ad remissionem autem tantum depellit, quanto spatio naturalem temperaturam viscus ipsum reliquit. Sunt autem pestilentes nõ paucæ febres inde ab initio hecticæ, distantq́; ab omnib⁹ aliis febribus, quæ ex magna putredine oriuntur. Preterea mœrorem interdum sequuntur & iram, à principio quædam hecticæ febres: aliter nescio an inde ab initio fiat hectica. At successu temporis, multis aliis succedunt hecticę, quas perpetua ęqualitas satis manifestè declarat. Notitia autem firma in huiuscemodi affectibus ex vrina quidem, inuestigari non potest: ex pulsibus autem initio adhuc atq; primis diebus per febres hecticas nõ facilè comparatur: quum speciem cõmunem habeant cum diariis febribus. Verùm elapso triduo, iam

Pulsus bis feriens, intemperiei corporis cordis, pprium symptoma est.

Pestilẽtes non paucas febres esse ab initio hecticas

Hecticę febres quæ nam ab initio fiant.

Hecticarũ febrium notitiã ex urina inuestigari nõ posse.

clariores fiunt etiam pulsuum iudicio. Siquidem apertè hæ celeriores, quàm deceat, pulsus habent, tantoq́; languidiores iusto, quantum calor increuerit. Deinceps de illis febribus dicamus, in quibus cor calidius est, quàm vicina frigidiora. Nam in huiuscemodi affectibus, pulsus celeriores simul & maiores, & crebriores, languidioresq́; iusto erunt. Longius tamen ad remissionem & celeritatem, minus ad crebritatẽ & magnitudinem, diuertent à natura. Stabilis & constãs harum generatio est, vt cæterarum hecticarũ. Quòd si non ita longè viscus à natura desciscat ad calorem: vicina ei longius ad frigiditatẽ: minores pulsus in his & rariores erunt: at celeritate vel similes erunt naturalibus, vel tardiores. Similes, si non multo frigidiora vicina sint: tardiores, vbi multo longiori interuallo, hæc ad frigiditatem à natura deflexerint, quàm ad calorem cor. Remissio hîc etiam quantitati caloris respondebit. At verò si frigidius iusto sit ipsum cordis corpus, materia porrò, reliquaq́; vicina, eo calidiora, erunt & hîc tres numero differentiæ: & variabũt pulsus in vnaquaq;, sicuti superiores. Primùm æquè refrigeratum sit cor, vt incaluerunt vicina: tardior æquo erit is pulsus, si insignis fuerit alteratio: cui etiam remissio respondet. Cæterùm si viscus sit frigidius omnino, quàm postulet naturalis modus, & vicina similiter calidiora, febricitabit vtiq; homo, non hectica tamen febre, sed vel diaria, vel ea quæ humorum putredinem sequitur. *Vtriusq; autem sunt propria signa. *Diariæ quidem coniunctæ cum frigidiore corpore cordis, si ex æquo à natura vterq; pulsus recesserit, nihilq́; magnitudine à naturali differat, nec crebritate ferè, nec celeritate, ni vtraq; insignis sit mutatio. Erit etiam tunc tanto languidior pulsus, quãto uiscus frigidius. * Eius autem quæ humorum putredinem sequitur sunt indicia, par semper magnitudo in pulsu:

Diaria febre uel putrida qñ febricitabit homo.

Diariæ febris indicia, pptiæ

Febris putridę propria signa.

non tamen vt in eo qui secundum naturam erat: nec eadem erit paritas in aliis generibus. Verùm vbi à natura * parum recessum est, nihil ferè: vbi maiori interuallo, apertè in contractione pulsus celerior fit. Iam etiam clarè in extrema quiete crebrior & languidior apparet tanto, quantum refrigeratum est cor. Fingamus rursus, magis refrigeratum cor esse, quàm vicina incaluerint, sitq; febris ephemera: horum pulsus manifestè languidiores erunt, & minores: at tardi non perinde apertè, sed * pro ratione excessus, quo vicinis partibus est cordis corpus frigidius. Si verò sit febris putrida, pulsus languidus aderit, perinde vt superior: sed illo etiam minor in distentione, tardiorq;: at contractio naturali celerior erit. Ponatur rursus tertium genus commutationis, hoc est minus ad frigiditatem cor declinasse, quàm ei coniuncta ad calorem: ac febrem esse diariam. Pulsus habebit hoc corpus tanto quàm par est imbecilliores, quanto corpus cordis fuerit intemperatius: ac maiores & celeriores naturali: sed maiores quàm celeriores: ad hæc crebriores erunt. Hæc omnia sunt accipienda pulsibus nec in duritiam, nec in mollitudinem apertè mutatis.

Diarię febres qualiter pulsus mutent.

Omnes febres diariæ, in magnitudinem, celeritatem, crebritatemq;, pulsus, quantum in ipsis est, mutant. Nam si concurrat alius affectus, mistam oportebit mutationem esse, ex illa, & hac, quæ comitatur febrim. Similiter febres hecticæ pulsus in easdem differentias conuertunt, quantum in iis est: ampliusq; in iis mutatur celeritas.

Febres putridæ quales pulsus sortiantur.

At quæ ortæ sunt ex putredine humorum, in vigoribus vtrunq; habêt motum celerem, & distentionis, & contractionis. Præterea crebritatem ex æquo mutant, quum externæ quietis, tum internæ. In initio accessionis, non perinde, sed magis augent contractionis celeritatem. In incrementis cum hanc, tum etiam exter-

nam quietem plurimum cõcitant, vt pulsus in illa creberrimus esse videatur. Atq; hi pulsus febrium per se sunt proprii. Reliqui omnes qui febrientibus accidũt, alios potius affectus, quàm febres, sequuntur. Quorũ etiam affectuum sunt duo genera: aut facultatis, aut instrumentorum vitium.

Causæ mutantes pulsum ut inueniant, considerare oportet instrumẽtũ, usum, & facultatem.

Quippe ad causas inueniendas, quæ immutant pulsum, tria hæc sunt animaduertenda, instrumentum, vsus & facultas. Porrò pulsus qui ab inflammatione excitantur, ab iis quos humorum putredo effecit, sola distinguuntur duritia. Siquidem pulsuum ortorum ex inflammationibus, durus occursus existit.

Arteriæ a quibus causis durentur.

Quare si durum occursum, quem efficit tensio arteriæ, discernere ab eo vales, quem generat frigiditas atq; duritia, tres prædicere hinc causas præteritas poteris, potum frigidæ, meracius vinum, inflammationem. Siquidem indurescũt ex immodicis frigidæ potionibus arteriarum tunicæ, & à vino immodicè poto exiccantur.

Hecticę febres rarissime a principio oriunt.

Iam verò febris hectica * rarissimè à principio oritur: quãquam eo tẽpore nonnunquã sint ortæ.

Hecticis nunquam adest magnus pulsus nec uehemens.

Ad hæc, nec magnus pulsus, nec vehemens, vnquam cum febribus hecticis coeunt: sed si alterutrum habeant horum, minimè sanè sunt hecticæ. Si simul vtrunq; habeant, planè sunt diariæ, si quidem eorum contractio non properet.

Celeritas, febris putridæ propria.

Propria est enim eius quæ sequitur putredinem humorum, celeritas. Cæterùm in remissionibus accessionum, celeritas contractionis exoluitur: initio autem gignitur, ac per incrementum augetur. At vbi iam propè vigor adfuerit, ingens incrementum suscipit distentionis celeritas: contractionis pari celeritate manente. Vbi verò vigeat iam planè febris, in illa accessione ad summam celeritatem distentio peruenit, imminuiturq; celeritas contractionis.

Pulsus i utranq; partẽ mutatio, accessionis initium nunciat.

At verò pulsus in vtranq; partem mutatio (si adiecerimus * distinctionẽ) accessionis initiũ nunciat. * Distinctio aũt

ipsa erit, si mutatio citra alienam occasionẽ acciderit. Atq; occasiones quidem ipsæ, partim externæ sunt: partim ab ipso corpore oriũtur. Quarum vtręq; sunt notæ. Verùm clarioris doctrinæ gratia, appellabimus quæ procedunt ex corpore causas, vnde vel facultas, vel instrumenta alterantur, antecedentes: harum autẽ ipsarum causas, quæ extra corpus positæ induxerunt alterationem, externas, seu procatarcticas. Porrò inæqualitas pulsuum, quæ ferè inuadit vnà cum accessionibus, compressarum, vel obstructarum modo arteriarum, vel copiæ humorum opprimentium facultatem, est signum. Quæ igitur pulsuũ mutationes fiũt, dum cordis calor augetur, aut confluunt intrò humores, apertè accessionis initium annunciant, si quidẽ ab aliis occasionibus sint remotæ. Existimare autem conuenit, vbi aceruus materiæ humidæ initio accessionis ad cor peruenerit, in primis quidem, mortis periculũ esse: quod periculum maxima mutatio pulsuum in raritatem, tarditatem, paruitatemq; prænunciat. Nam si his insignis remissio successerit, extemplo peribunt. Sin autem absit remissio, contendit natura eam superare: atq; arteriarum motum maiorem, celeriorẽ, crebrioremq; excitat: vt verq; motus celerior quidem fiat, sed clarius contractionis, increscatq; hic breui manifestè, donec augescat accessio. Tandem vbi materiã superauerit, calor quasi flamma succenditur: atq; is est vigor accessionum, vbi fuliginosum natura excremẽtum, expiratione & contractione arteriarum expellit. Quod verò est veluti cineritium, non perinde, qa crassum est, potest excernere, sed per insignes quosdam meatus educit. Hoc in partibus inflammatis pus est: in ipsis vasis, sedimentũ vrinæ. At si cor siccius quàm pro modo naturæ euaserit, vnà secum omnes alterabit arterias: id quod interdum in vna animalis parte ipsis arteriis accidet: interdum autem in pluribus. Est

Causarum genus duplex.

Causæ antecedentes quæ dicũtur.

Causæ externæ, seu procatarcticæ, quæ uocentur.

Inęqualitas pulsuum iuxta accessiones, quid indicet.

Vigor accessionis, qd sit.

quum sint contra quàm cor affectæ ipsæ arteriæ, sed tamen eius affectionem recipiant: ita vt confletur illis medius quidam affectus in humiditate siccitateq;. Præcedentes causæ quæ indurant arterias, sunt aqua sulfurea, aluminosaq;, & oĩa breuiter, quæ exiccandi vim possident. Quæ quidem intemperies vbicũq; arterias inuaserit, pulsum reddit duriorem. * In corde autem siccam intemperiem producit sicca victus ratio, diutius administrata: præterea medicamentorum exiccãtium tum esus, tum potio, in quibus est vinum merũ: ad hæc cibi potionisq; abstinentia, immodicus labor, senium, solicitudo, tristitiæ, diuturnæ vigiliæ, febris hectica, præq; cæteris, marcida. Causæ humidæ intẽperiei sunt œdemata, quæ partes diutius tenuerunt, leucophlegmatiæ, quæ ipsum etiam cor mutant: omnia denicq; principum viscerum œdemata, quum arterias humectant & cor, tum pulsus efficiunt molles. Pulsuum causæ mollitudinis mediocris sunt, ciborum copia humidorum, multum otium, somnus longus, balneæ à cibo. At durorum pulsuũ antea ostendimus esse paruitatem, vt mollium magnitudinem * comitem: quas quidem celeritas atq; tarditas, crebritasq; & raritas consequuntur. Sunt autem primæ ac veluti coniunctæ causæ generationis pulsuum, vsus atq; facultas. Porrò in corde non excitantur tumores qui pulsum duriorem efficiant, quemadmodum in aliis visceribus inflammationes & scirrhi. Siquidem prius homo correptus syncope itereat, in illorum tumorum auspiciis.

Causæ indurãtes arterias q̃ sint.

Cor exiccare quæ possint.

Humidæ intẽperiei causæ.

Pulsus molles & duros quæ efficiant.

Pulsuum generandorum primæ causę sunt usus atq; facultas.

Cordi nunquã oboriri tumores, q pulsum duriorem efficiant.

GALENI PERGAMENI DE PRAEGOGNITIONE EX PULSIBUS. LIB. IIII.

Pulsum totius corporis anteq̃ cor consentiat parti prius affectæ, pertrahi in cōmunem alterationē non posse.

RELIQVVM AVTEM IN hoc libro fuerit, cæterarū partium dispositiones, quibus cor consentiēs commutat pulsus, omnes explicare suo ordine: vbi hoc ante omnia admonuerimus, totius corporis pulsus antequā cor consentiat parti prius affectæ, fieri non posse vt in communem alterationem trahatur: in parte tamen aliqua, licet offensionem cor non percipiat, arteriarum motus variari posse.

Respirationis organa.

Nutritionis organa

Pulmonis sit⁹.

Partes animalis respirationi seruientes, duæ tantùm sunt: pulmo & thorax. Nutritionis multo plura quàm duo instrumenta, iecur, ventriculus, intestina, lien, renes, & vtraq; vesica. Celerrimam cordi, & omnium maximam noxam dat pulmo. Sedem habet enim omninm ei cōiunctissimam, illiq́; vasis quāmaximè affinis est, & confluens per maxima ostia in ventriculos eius. Quam ob rem si quando solito calidior euaserit, continuò cor calfacit: sicuti & refrigerat, frigidior effectus. At humiditatis & siccitatis intemperiem, nō perinde ac illas, sed citius etiam has tamen, quàm cætera instrumenta, impartit. Vbi igitur ob pulmonem excalfactū, cor prauum calorem contraxerit, pulsus efficit, quales solet vsus auctus efficere. Qui affectus si sit diuturnior, in periculum vocabitur illud, ne in febrem hecticam incidat.

Cor pulmoni consentiēs quales pulsus soleat efficere.

Atq; perinde respiratio & pulsus alterabūtur, siue solum per se cor intemperatum sit, siue consentiat pulmoni. Maiorem tamen in toto sinu thoracis æstum percipiet, qui ex pulmone laborat, calidumq́; planè expirabit, & sitiet etiam altero magis, & calidioribus

erit faucibus atq; ligua, eaq́; maiori ex parte sicciore: quæ, si ingrauescat malum, cum aspredine quadā nigrescet. At si pulmo refrigeratus sit, cor ei consentiēs, pulsus primò in eam alterationē adducet, quæ vsum exolutum consequitur: processu temporis, vbi hecticam frigiditatem contraxerit, pulsus excitabit, quales huic, si polleat, tribuuntur.

Pulmon's calida intemperie affecti notæ.

Cæterùm quibus primus refrigeratus est pulmo, frigidam respirationē persentiunt. Si siccitate fuerit intemperatus pulmo, à primo pulsus penè nihil mutabit: tandē consentiente illi corde, ipsos duriores efficiet. His fauces, tametsi nihil sitiant, promptè arescunt. Humida intemperies vuidas reddit fauces, sitim extiuguit, temporeq́; ad mollitudinem pulsus ipsos traducit. Atq; ex simplicibus his, discernere compositas intemperies licebit.

Fluxionū omniū in pulmonem irruentiū, communis est inæqualitas pulsuum.

At verò fluxionum omnium quæ in pulmonem impingunt, communis est inæqualitas pulsuum. Verùm minor quidē, à subtilibus simul & paucis: insignior autem à crassis & viscidis, copiosisq́; fluxionibus proficiscitur: q uidelicet hæ magis obstruant, grauent, & comprimant. Duriores q̃ oporteat fiunt pulsus, per intemperiem siccā, & inflāmatos, induratosq́; tumores pulmonis: cōtra, molliores, per œdemata.

Pulmo frigida fluxione infestatus qualem edat respirationem.

Frigida intemperies paruā, tardam, raramq́; respirationem gignit, non aliter ac pulsus. At fluxiones frigidæ, pulsus similiter mutant: respirationem autem, nec paruā, nec tardam, nec raram reddunt. Quia enim cōstrictus pulmo est, paucus spiritus recipitur: qui quum naturæ non faciat satis, cōtingit vt altera actio, statim celeris efficiatur & magna.

Fluxiones cunctas pulmonis eadem comitatur species respirationis.

Respirationis itaq; * species est omnibus fluxionibus eadem: at non oībus accidit similiter suffocatio: * sed calidioribus omnibus magis: quandoquidē largiorem attrahi spiritum natura tum postulat. Solam intemperiem nullum suffocationis periculum excipit. Porrò si arteriæ tantùm asperæ sint oppletæ, nihil pulsus duri-

tia variant: sin læues, quia totius animantis arteriæ in-
tenduntur, pulsum efficiunt duriorem. Intemperies
thoracis easdē alterationes inducunt, ac paulo ante illę
pulmonis: tumores, pro multitudine & gñe humorū ꝙ
efficiūt eos. Variāt aūt, ꝙ citius cor, ac magis, pulmo-
ni q̄ thoraci cōsentiat: & ꝙ interim pars thoracis affe-
cta sit * musculus: interim succingēs costas mēbrana.
Maior siquidem tensio oritur, vbi duræ partes & spis-
sæ intumescunt. Vnde etiam pleuritici semper durio-
rem pulsuum quàm peripneumonici habent: æqualē
tamen: non vt illi inæqualem. Iecinore affecto pul-
sus ex intemperie variant, vt superius docuimus. Si
excitati sint tumores præter naturam, conueniunt
ferè etiam in his, sed minus ex inflammationibus in-
durescunt, quàm ex thoracis inflāmationibus, & tan-
to quidem, quanto quàm ex pulmonis magis. Nunq̄
autem ex thoracis vel iecinoris tumore pulsus mollis
gignatur, ꝙ nec instrumenta ea unquam œdemate
pituitoso affligantur. At cor consentit iecinori, uincu
lo cauæ venæ. Consentit autem septo transuerso
cor præter omnes alias thoracis partes, ꝙ ex ipsa ca-
ua vena in illud venæ inserātur. Tensionem verò nul
la perinde alia pars infert arteriis, præcipuè si neruo-
sa eius pars sit affecta. Quòd si à solis excremētis * quæ
in eo gignuntur, absq; febre intendatur, dolor ac dy-
spnœa ab ipso principio orietur: postea putrescenti-
bus excrementis febricitabunt. Si ex fluxione quæ
aliunde in ipsum decumbit. (Omnino autem hæc sit
vel flauæ bilis, vel calidi sanguinis, & tenuis oportet:
nam crassum sanguinem & pituitam lentam, propter
densitatem, nunquam recipiat) necessariò hi delira-
bunt, pulsumq; habebunt insigniter durum: itaq; etiā
paruum: ac proinde, creberrimum, quum nimirū etiā
copiosus sit calor. Iam verò omnia quæ magnis pleuri
tidibus accidūt, respōdent symptomatibus partis ner-

Thoracis intēperies, tumoresq;, qualem pulsus alteratione inducāt.

Iecur affectum quales pulsus producat.

Oedematenec thoracem, nec iecur infestari unquam.

Cor consentit hepati, uinculo cauæ uenæ.

Cor qualiter consentiat septo trāsuerso.

Septi trāsuersi affectus, ut pulsus uarient.

uosæ septi transuersi: tum ꝙ succingens costas tunica
multis neruis prædita sit: tum ꝙ adhæreat septo trans
uerso, membranisq; thoracem intersepientibus, per
quas ad cor continuatur. Ac maximum sanè indicium
exitialis pleuritidis est, si pulsus sit magnopē durus, ob
idq; similiter paruus: & ob ambo hæc, caloremq; cre-
berrimus. Pleuriticus nanq; cum tali pulsu est nullus
vnquam seruatus. Cæterùm hi, minus, quàm quibus
inflammatum est septum transuersum, delirant. Siqui
dem propius accedit ad cerebrū, diaphragmatis ner-
uorum exortus. Ventriculus intēperie affectus, pul
sus ita vt superiora immutabit. Si tumore secundum
fundum, aliorum more. Si ad eius os is constiterit, pul
sus ob neruorum multitudinem erit durior: non ita
durus tamen vt ex septo transuerso, aut costas succin
gente membrana. Siquidem quia ii nerui insigni sen-
su præditi futuri erant, ob id molles & magni sunt cō
diti, atq; à principio ipso producti. Igitur ob mollitiē
ipsorum, & ꝙ ea pars sit carnosa, nunquam ex ore vē
triculi ita durus fit pulsus: sed tum paruus, tum creber:
quia propter eximium sensum defatigatur q̄primū,
deiiciturq; facultas: quæ quidem ne paulisper qui-
dem illic copiam humorum sustinet, sed degrauatur,
pulsusq; inæquales, atq; interdum languidos efficit.

Cætera instrumenta nutricationis, quæ propiora
quidem sunt cordi, & magnis vasis ei copulata, cele-
rius & magis id in consensum trahent: quæ remotio-
ra sunt, & paruis affixa, minus & tardius. Eodem mo-
do quæ dura & contenta, neruisq; prædita sunt pluri-
mis duris, facilè hæc duros pulsus efficiunt: quæ con-
tra, molles. Quæ sensu vigent, vtroq; incommodo fa
cultatem afficiūt. Porrò qui inclusi in spissioribꝰ cor-
poribus & constipati sunt humores, ii, maiorem dolo
rem, q̄ qui in rarioribus & mollibus sunt, concitant.
At verò si cerebrum, aut illius etiam meninges, la-

Pleuritidē exitialem qui pulsus significet.

Diaphragma inflammatum cur deliria sequātur.

Vētriculus affectus quales pulsus efficiat.

Oris uentriculi nerui quales

Cerebri aut meningum inflammationes necessario febris atq; delirium sequitur.

borent inflãmatione, necessariò febris atq; deliriũ seq
tur: nõ necessariò aũt per aliarum capitis partiũ inflã-
matiões. Nam musculo℞ temporaliũ inflãmationes,
si magnæ sint, febres, deliria, spasmos, soporesq; fre-
quenter inducũt: non tñ semper: quippe si paruæ sint,

Cerebrum intemperie affectum qual a symptomata inducat.

nunq̃ talia symptomata excitant. Cerebrũ ipsum vbi
in morbosam intẽperiẽ incurrerit, symptoma neces-
sariò, quod intẽperiei familiare est, inducit. In calori-
bus ĩmoderatis, si qñ soli per se acciderint, delirium: si
siccitati ꝯiuncti, vnà cũ vigiliis. Vigilia siqdẽ propriũ
est siccitatis symptoma: vt humiditatis somnus pro-

Vigilia unde. Somnus profundus. Fatuitas. Vigilás sopor.

fundus: ac refrigerationis, fatuitas. Ceterũ si cũ frigi-
ditate humiditas coeat, altus sopor ĩducit. Si verò lógè
calidi⁹ humidiusq; cerebrũ, q̃ sit æquũ, euaserit, sopor
vigiliis atq; delirio iunctus orieť. Vehemens frigiditas
cerebri, siccitati ꝯiuncta, motu priuat vniuersum cor-
pus. Si cerebrũ admodũ calidũ sit, nec adsit siccitas, * i
cõsistentia arteriæ pulsus moderati erũt: magnitudine
uerò, celeritate, & crebritate hactenus superabũt, qua
tenus prauus calor natiuũ excesserit. Si non modò sit
calidius, sed siccius præter naturã, statim vtiq; etiã te-

Cerebri affect⁹ diuersi quo modo pulsus uarient.

nuis meninx, quæ tegit cerebrũ, in eandem affectionẽ
incidit, vnaq; cum ea oẽs nerui: atq; arteriæ inde pul-
sum nanciscuntur duriorem, ꝙ earum tunicæ & exic
centur, & contendanť. Quòd si ex biliosi humoris af-
fluentia cerebrũ in affectum calidũ & siccum deuene-
rit, etiã magis tenduntur arteriæ: si uerò ex calidi, ac
veluti feruentis sanguinis, siccitas minor & maior ten
sio, cum ipsas meningas corripit, tum neruos atq; etiã
arterias. Si igitur arteriæ corpus cum siccitate videať
durius, alterutrũ est existimandum obsidere ipsum ce-
rebrum, uel intemperiem calidã & siccã, uel copiã bi-
lis: inflãmationem aũt, si cum tensione. At si cũ amba
bus dispositionibus, affectũ pura conflatum esse ex san
guineo & bilioso humore. Ac delirãt sanè oẽs in hunc

Deliriũ quos cerebri affect⁹ sequatur.

modum affecti: modicè tñ qui sola intẽperie laborant:
habentq; ii infirmas oẽs uoluntarias actiones. Qui ve-
rò à bilioso humore affliguntur, non eas hñt infirmas,
sed delirant impensius. Qui ex * atra bile ferueſcente
ob putredinẽ id patiunť, facilè mente alienanť: quorũ
pulsus etiã sunt duri, siccitatis atq; tensionis ratione: si-
mulq; parui ob duritiẽ: & iusto celeriores, qa febriũt:

Cerebri intemperies humidas quæ sequantur. Lethargus qñ gignatur.

nec non crebri, ꝙ vsui nõ fiat satis. Humidæ intempe-
rantiæ cerebri, molles tẽpore efficiunt pulsus, somno
lentũq; hoĩem. Si ad illas febrilis calor accesserit, mor
bus appellať lethargus: pulsusq; spẽm referet arteriæ
contentæ, q̃q̃ illa sit mollis. At magni pulsus in morbis
hisce oĩbus hactenus erũt, quaten⁹ auctus sit calor. Ce
leritas aut oĩno minima est, aut his nihil prorsus intẽ-
ditur: crebritasq; similiter. Si uerò ex bile simul & pi-
tuita ipse affectus sit mistus, nec prorsus vigilant, nec
alio sopore teneně, sed somnolenti desipiũt, genasq; at
tollere nequeũt. Quare pulsus eorũ etiam sunt miscel
lanei. Si morbosa frigiditas citra materiam in cerebro
oriať, cui cor consentiat, * minores, tardiores, atq; ra
riores æquo pulsus ædenť, idq; absq; ulla tensione. Sin
aũt cum ea intẽperie materia etiã melancholica afflu-
xerit, aut crassa & glutinosa pituita, fiet ut arteriæ ten
danť, ac proinde pulsus durior videať. Si humida & fla
tulenta pituita comitata sit intemperiem, sine tẽsione
molliter pulsabit arteria. Si mista fuerit pituita, simul
mollis erit, & nõnihil intentus pulsus. Neq; aũt obscu-
rũ est, qn si pulsus sit mollior, erit etiã maior q̃ antea.

Meningem tenuiorem affici nõposse absq; cerebro, sicuti neq; hoc absq; illa. Meninx durior affecta quos pulsus gignat.

Subtilis meninx quæ * disiũgit cerebrũ, absq; illo ꝑ-
peti dictorũ quicq̃ non põt: neq; etiã absq; menĩge ce-
rebrũ: sed statim sibi affectũ ultro citroq; cõicant. At
dura meninx, quia longissimè à cerebro dissita est, af-
fecta esse sola põt. Cuius affectus si ĩsignis sit, ut cor ad
consensum atq; arterias solicitet, pulsus, quẽadmodũ
in affectibus cerebri, alterabũtur. Calidi itaq; affectus

illius, vsum augent: frigidi quum hunc remittunt, tum arterias sensim indurant: præcipuè eas quę corde sunt altiores. Sicci intentum & durũ pulsum efficiunt: humidi mollem: attamen non ita mollem, & durum, vt cerebrum: sed duriorem, & minus mollem. Siquidem corpora sua sponte dura, si in affectus indurantes inciderint, maximam contrahent duritiem. Quæ autẽ natura sunt mollia, si in humectantes & soluentes incurrant, semel remittuntur, atq; mollescunt. Sin dura arripiantur affectibus humectantibus, aut mollia indurantibus, nequaquam assequuntur extremum sibi cõtrarii stat⁹. Porrò qui cerebri & pulmonis gratia molles sunt pulsus, ita sunt molles, vt nullus alius. His præ cæteris vicinior est ille, qui ex iecinore & liene oritur œdemate affectis. Nam scirrho etiam hæc viscera obsessa, pulsus satis duros efficiunt. Minus, si sint inflammata, q̃ si laborent scirrho. Cerebrũ atq; pulmo, fortassis ne scirrhum quidem admiserit. Duris enim corporibus & spissis hic affectus, non raris & mollibus familiaris existit. Igitur affectus supra omnem modum frigidi, pulsus duros efficiunt: alioqui nequaquam. Ad hæc arteriæ viciniores affectui, promptius in mollitudinem atq; duritiem trãseunt. Quæ verò longius distitæ sunt, aut si cor interpositum adsit, minus. Quod si teneas, non est quod dubites in cæteris morbis faciei, colli, & artuum, quales pulsus gignãtur. Nam pars affecta si sit spissa atq; dura, pulsus efficiet duros, siue inflammata, siue scirrho affecta, siue supra modum refrigerata ipsas arterias soliciter. Si sit carnosior, eaq; vel inflammata sit, vel scirrho indurueriт, duros quidem, sed minus superioribus. Sin œdema habuerit, molles. Consentient autem arteriosis celerius vicinæ omnes arteriæ, & cor venosis secundum has: tardissimè autẽ neruosis. Iam verò, quum insigni lien scirrho esset affectus, frequẽter conspeximus non consecutã aquam inter

Pulsus mollissimos esse, qui ex affectu cerebri, & pulmonis oriunt.

Scirrhus duris tantum corporibus familiaris existit.

Partes spissas & duras, pulsus duros efficere.

Aquã inter cutem necessario succedere indurato iecinori.

inter cutẽ: quæ indurato iecinori necessariò succedit, fitq; tũ pulsus præditus signis vtriusq; affectus: existẽs partim mollis, partim durus & tensus. Oritur porrò hydrops ob hæmorrhoidum mẽsiumq; immo dicam vacuationem, aut suppressionem insolitam. Testes, & si * extra inguina sint, statim tamẽ febres propter vasorum vicinitatem accendunt. Etenim supernè à renũ regionibus vena & arteria descendunt per peritonæi foramina ad testes, vasa sanè magnitudine insigui. Prę terea ipsa erythroides tunica adnata peritonæo est: ob idq; si sit inflammata, pulsum efficit durum, ac proinde minorem. A testibus inflammatis non perinde durus oritur: sed magnus tamen, febris rõne. Quæ enim partes arteriosæ & venosæ sunt, maiores pulsus excitant. Quæ neruosæ, aut omnino nihil, aut paruos. At tetanos & spasmos generant. Ac præsentium quidem cognitio, nihil est aliud, quàm affectuum inuẽtio. Cognitio autem præteritorum, est inuẽtio causarum, quæ induxerunt affectus. At ex præsentibus præsagia * futurorum sumuntur. Vnum igitur ac primũ quod præcognoscere cupimus, est qualẽ exitum habiturus sit morbus. Secundum, quo tempore iudicabitur ad salutem aut mortẽ. Tertium, qui nam modus erit aut salutis, aut mortis. Quæ omnia ex * dispositionib⁹ iis præsagiuntur, ex quibus morbi genus, & facultatis imbecillitas, vel robur, dignoscit. Morbus porrò cognoscitur ex loco affecto, eiusq; * dispositione. Facultas ex commodo temperamento, vel intemperie corporum solidorũ. Nam si imbecillitates quædam ob spiritum accidant animalem, breues sunt illæ, & symptomatũ ratione consequuntur. Ergo si facultas vigori morbi sit sustinẽdo, homo necessariò seruabitur: si quidem nihil * delictum fuerit extrinsecus. Sin autẽ facultas sit impar, moriatur is est necesse. Iam verò, qui sunt euasuri, eo liberabuntur tempore, quo natura morbum

Hydropis causæ.

Testes inflãmati cur stati febres accẽdũt

Cognoscere quæ unice optemus.

Morbus unde cognoscatur. Facultas unde cognoscatur.

Salutis spesq̃ adsit, & q̃n sit deplorata.

superauerit * absolutissime. Qui autem sunt morituri, tunc peribunt sane, quum facultas adeo vincetur à morbo, vt functio aliqua necessariarum ad vitam, penitus extinguatur. At ratio tum salutis, tum morbi, indidem etiam præscietur. Porrò functiones requisitæ ad vitam, vbi extinguuntur, hæ quidem suffocant: hæ vitalem facultatē prosternunt: aliæ simul & hanc prosternunt, & suffocant. Quæ igitur facultatem vitalem suffocant, à thoracis, pulmonis, asperæ arteriæ, gutturis, faucium'q; procedunt * dispositionibus. Nonnullæ etiam in ipso corde consistūt. Quæ facultatem prosternunt, ab stomachicis dispositionibus (quas sequit syncope) hepaticis'q; diuturnis, ob quas * ciborum vsus non promouentur, præterea ex longis doloribus, vel vehementibus, ad hæc, ex omnibus hecticis febribus, ac breuiter, cordis ingenti intemperie ortæ, deiiciunt illam. Similiter animalis facultatis imbecillitates quidem, comitantur maximas intēperantias cerebri: quæ verò veluti suffocationes sunt, tum repletiones ventriculorum illius, obstructiones'q; meatuum illuc ducentium. Proinde, cui status facultatis ad vnguē perspectus sit, locus'q; affectus, ac illius dispositio, hic ad futura prænoscenda peritissimus erit. Cognoscitur autem ipsa facultas & ex actiōibus, & ex intēperie agentium.

Functionū req. sitarū ad uitā, tres differētiæ.

Prænoscendis futuris qui sit peritissimus medicus.

Facultas unde noscatur.

At verò vbi omnes pulsus per se lāguidi sunt, facultas vitalis est imbecilla: id quod accidet per vniuersum corpus, si ipsum cordis corpus intemperatum fuerit: in vna parte, si sola illa pars. Vbi verò earundem arteriarum nunc languidus pulsus sit, nunc vehemens, facultas non est per se quidem imbecilla, sed abundantia humorum degrauatur: quæ inæqualitas ob eandem occasionem fit & in cæteris differētiis pulsuum. Cæterùm si pulsus vehementes & magni, numero contrarios vincant, minus facultas à copia ipsa offenditur: sin parui & lāguidi, magis. Præterea inæquales in vno ictu, si fines motuum validiores & celeriores efficiant, nunciant facultatem robustiorem cæteris, qui languidiores & tardiores effecerint. Si verò in tali constitutione altus pulsus videatur, statim is magnus erit, ostendet'q; naturam plenitudine superiorē. At languidus pulsus, nunquā altus existet. Verùm magis & minus vehemens, quo altior simul & vehementior euaserit, robur facultatis, motum'q; minimè impeditū declarat. Omnes igitur huiuscemodi pulsus iudicium morbi cum excretione futurū indicant. Quare contractionis motus est spectandus. Ea siquidē semper abiicit priorem illam celeritatem, id'q; nunc magis, nunc minus. Melior autem iudicatio expectari solet contractionis celeritate plus exoluta. Quòd si etiā signa cōcoctionis accesserint, optimam iudicationem hic status promittit. At pulsus magnus & vehemens, si non præcedat eum inæqualitas, non semper excretionem portendit. Altus autem, semper quidem, sed si inæqualitas non præcesserit, modicas excretiones prænuntiat: copiosas, quum multas sequatur inæqualitates, quæ declarent facultatem copia onerari. Non est autem eadem facultas vitalis, & nutritiua, naturalis'ue. Illius siquidem, hoc vnum opus est, generatio pulsus. Naturalis, id quod familiare est ad nutritionē, allicere, & quod est alienum, excernere: præterea retinere, alterare'q; familiare alimentum. Hæc quippe ad nutrienda corpora desyderantur: sicuti ad natiui caloris mediocritatem tuendam, distentio & cōtractio cordis & arteriarum. Quam facultatem neq; in stirpibus inuenias, neq; in animalibus frigidis: cuius generis sunt ostrea, & quæ petris, vel aliis solidis corporibus adnascuntur. Animalia calida, maximè sanguine prædita, apertissimam hanc facultatem, & vehementissimam obtinent. Hæc in cōtractionibus pulsuum tantùm eiicit excrementum fuliginosum, quod

Pulsuū lāguor qñ per uniuersum corpus, & qñ in unica parte accidat.

Crisim morbi cum excretione qui pulsus indicent.

Facultatis uitalis opus.

Facultas naturalis opera.

Facultas uitalis quibus negata, & quib' uehementissima data sit animalibus.

Cōtractione arteriarū excerni fuliginem.

obeſſe poteſt caloris mediocritati. In diſtentionibus item, quod ſe refrigeret, allicit. Altera facultas nutritiua, conueniens attrahit alimentum, excernitq́; incommodum. Diſtincta igitur facultatũ principia ſunt: ipſæ tamen mutuò in ſingulis inſtrumentis inter ſe confunduntur. Nam arteriæ, quatenus nutriuntur, facultate nutritoria gubernantur: cuius excernere alimenti excrementa eſt munus: * quemadmodum alterius vitalis, fuliginoſa excrementa expellere. Quæ quum abũdant, maximam ſimul & celerrrimam contractionem ipſæ arteriæ moliuntur. Vbi verò nulla hæc excremẽta fuerint, humores autem, qui putreſcebant ante, ſint aſſequuti coctionem, ab altera naturali vi, concoctorũ excrementa expelluntur. Quæ facultas ſanè, non per ſolas arterias & venas diſpergitur, ſed per omnia animantis membra, perq́; carnem, neruos, ligamenta, & oſſa, diſſeminatur. Hæc igitur eſt illa facultas, quæ iudicationes efficit. Cuius quatenꝰ arteriæ participes ſunt, nutrimenti excrementum expellunt. Altera facultate pulſatrice, quam ſolæ ipſæ obtinent, in contractionibus recrementum fuliginoſum explodunt: diſtentionibus autem refrigerium alliciunt. At vſus non perpetuò par vtriuſq; eſt actionis: ſed præpollentis vſus excellit nonnunquam. Itaq; ex ſe etiam pulſum figurat, ſi quidẽ ei facultas reſpondeat. At verò ſi fumidũ excrementum præpolleat, contrahitur plurimum: diſtẽditur autem non plurimum cor cum arteriis: ſed hactenus dũtaxat, vt ſatis refrigerari ab extrema contractione ſuppetat iis. Sin autẽ paucus fuerit fumoſus calor, copioſiſſimus autẽ, mundus & purus, & quaſi flãmeus, in plurimum diſtenduntur: at cõtrahuntur eatenus, quatenus ſatis fiat alteri vſui. Quare ſemper ęqua magnitudine diſtentio fit & contractio, niſi caſu nobis admouentibus digitis, fiat repentina mutatio. Vnde altus pulſus excretionem ſignificat, concoctis qui indu-

Dilatatione arteriarum attrahi ſpiritũ.

Facultatũ principia diſtincta eſſe: ipſas autẽ miſceri in ſingulis inſtrũis.

Expultricẽ facultatem eſſe, ꝗ criſes facit.

cebant febrem humoribus ſuperueniẽs. Semper enim omnis excretio, naturæ lege perfecta, ſequitur concoctionem. Quippe ſecundum ventrem conſpicitur natura excrementum à concoctione excernere. Cęteras excretiones quæ cibi concoctionem præcedunt, nunc ꝙ vellicetur ab illis, quæ cõtinet: nunc ꝙ degrauetur, ante tempus concoctionis moliri cogitur. Haud aliter totius corporis facultas, poſtea quàm ſatis familiarem ſuccum ſingularum partium concoxerit, tum demum excrementum excernit, niſi quid eam irritet importunè. Copia excremẽtorum, tum ex plethoricis ſignis, quæ præceſſerunt: tum ex præſenti caloris inflammatione prænoſcitur: ob quem ipſum calorem pulſus magni videntur & alti. Quare peſſimę omniũ ſunt excretiones, in quibus pulſus eſt minimè magnus: at celer in contractione. Porrò autem ſi etiam ſe plus intrò recipiat, fumidi excrementi affluentis in primis eſt nuncius, ſimulq́; morbi crudi. Si præterea ſit pulſus languidus, ſyncopæ periculum imminet. Si verò pituitoſior ſit morbus, quum ab inæqualibus pulſibꝰ mutatio fiat in plures vehementes & magnos, iudicatio fiet per abſceſſum.

Altus pulſus qũ excretionẽ ſignificet.

Excretio naturalis ſemper ſequitur concoctionem.

Excrementorũ copia unde deprehẽdatur.

Excretiones peſsimæ quæ.

GALENI PERGAMENI DE DIEBVS DECRETOTIIS. Liber Primus.

QVO SOLVTIONES morborum qui non paulatim, ſed ſubitò finierunt, certas eſſe cognoſcamus, aliqua excretio copioſa, vel inſignis abſceſſus * deſyderatur. Nam qui morbi citra hæc finiuntur, in iis recidiua timenda eſt. Quare tunc ægrum modis om-

Solutioni morborũ fixæ, quæ adeſſe debeant.

Recidiua morbi qũ timẽda.

nibus obseruare oportet, ne quæ omnino sanis vel in cibo, vel in potu, vel balneis, vel motu, vel deniq; in aliis quibuslibet concedimus, agere ipsum permittamus. Si nanq; cõquiescens morbus exiguus fuerit, forsan ob tam exactam victus rationem prorsus subsederit, vt postea nunquã reuertatur. At si malignior existat, etiam tunc, quum hoc viuendi modo vsus fueris, redibit, sed tamen non cum summo discrimine. Si verò tanquam planè solutum neglexeris, euadet multo grauior quàm ante. Firmam itaq; solutionem vehementis morbi, oportet solutoria signa præcedãt. Præcedunt autem ipsas creticas excretiones, abscessusq; grauia quædam symptomata, ac nõ mediocris in ægri corpore perturbatio: adeò vt nihil ille ab iis distare videatur, qui in foro de capite iudicantur. Quam sanè turbationem subitam, nos appellamus crisim: eamq; finire interdum quidem, ad salutem: interdum autem ad exitium, affirmamus. At verò ipsæ crises singulis diebus accidunt, sed neq; pares numero, neq; ex æquali fide. Hoc intercedit etiam discriminis inter illas, q̃ aliæ salubres, aliæ perniciosæ accedant. Quædã enim cum pluribus & difficilioribus symptomatibus, & maiori certamine: nonnullæ statim ab initio tutissimè eueniunt. Quinetiam in hoc plurimum differunt, q̃ hæ deficientes, illæ perfectæ sunt: nec minus, q̃ aliæ certis statisq; diebus iudicatæ prius, fiunt: aliæ repente, & ex improuiso, eueniant. Tot autem iudiciorum, quot dierum decretoriorum differentiæ existunt. Cæterùm in duodecimo & decimosexto, nullum vnquã iudicatum vidi. In septimo, ne vel numerare oẽs adhuc possum. In sexto iudicantur, sed cum difficilibus symptomatis, & periculo non mediocri, ad hæc, absq; fide, imperfectè, obscurè, sine notis, & ad perniciem. Etenim multi morbi iudicantur septimo die, absolutè pariter & securè, aperteq;, & cũ signis salubribus: duo-

Creticas excretiones grauia præcedũt symptomata, ægriq; maxima pturbatio.

Crisis quid.

Crises accedere singulis diebus.

Iudiciorum tot differẽtiæ quot dierum decretoriorũ existũt

Septimũ diem esse optimum decretorium.

Sextum diem esse decretoriũ pessimum.

decimo autem rari adeò, vt nobis nondum sint visi. Porrò imperfectam iudicationem vocamus, vbi ex morbo quippiam relinquitur: infidam siue incertam, quam morbi sequitur recidiua: periculosam, quæ cũ grauibus symptomatis accidit: obscuram, quæ citra excretionem, vel euidentem abscessum euenit: sine signis euenire dicitur, quæ à nullo priore die indicata est: mala, quòd in ægri perniciem omnino desinat. Rursus absolutam eam dico, quę ex morbo nihil facit reliqui: fidam, firmam, securam, certam, quæ redit nunquam: tutam, quę sine periculosis symptomatis accidit: manifestam, cui excretio quædam, aut abscessus insignis, atq; conspicuus adest: cum bonis accidit signis quæ ab * indice die, præmonstrata iam fuerit: bona deniq; est illa, quæ in sanitatem desinit.

Iudicationũ differẽtiæ uariæ.

Cæterùm non sat est, raro vidisse diem aliquem iudicantem morbos, vt is decretorius dicatur: sed oportet in illo crebrò iudicia fieri: præterea vt crisis sit bona, perfecta, secura, manifesta, tuta, necnon præmonstrata. Quis igitur vel septimum, vel vndecimum, vel decimumquartum, vel alios quosdam eis similes, non dixerit decretorios? Nemo opinor: quum omnes notæ iudicationum in illis adsint. Est enim decretoriorum dierum natura quædã propria & eximia. Quare cognitio ipsorum, ad curationes morborum non leue momentum adfert: ne videlicet iis timeamus, qui fidis diebus sunt iudicati: aut tenuem victum eis iniungamus: ne'ue perfidis iudicatos diebus, parum accuratè obseruemus.

Decretorii dies qui existãt.

Decretoriorũ dierũ cognitio ad curationes morborũ non leue momentũ adfert.

Primum igitur omnium dierum decretoriorum septimum dicimus idq; non numero, aut ordine, sed dignitate & potentia. Omnes quippe decretoriorum notas sortitur. Nam plurimos iudicat, & absolutè: item cum manifesta excretione, vel abscessu, & sine periculo vehementi, estq; vtplurimum quartus

Septimus dies est inter decretorios pcipuus.

Septimi quartus est index. index illius. Nam si vrinæ, vel sputi, vel deiectionis, vel appetentiæ, vel cogitationis, vel sensus, mutatio manifesta in quarto die contigerit, rationi consonum est, vt similis iudicatio consequatur illam in septimo: bona videlicet, si ad salutem: mala, si ad mortem mutatio illa aspirauerit. Plerunq; itaq; bona iudicia eueniunt in septimo: quanquam nonnulli etiam in eo moriantur: alii euidenti conuersione ad peiora vergentes, in sequenti quodam decretorio intereant. Sextum verò diem, quanto pauciores in eo iudicantur, quàm in septimo, tanto eum malignioreni inuenio: vt qui ferè ex aduerso natura septimo oppositus sit. Quin etiam qui in quarto ad peiorē statum recidunt, plerīq; sexto moriuntur. E' cōtrario rursus si bona conuersio contingat, septimum expectabit. Quòd si rarò interim ad meliora cōuersionem in quarto die factam excipiens sextus, eam iudicauerit, dici non potest, quanta cum perturbatione, periculo, & metu id fiat: quasi æger statim adeò fato sit functurus. Nam si quæ excretio accidat, omnino consternantur, pulsus ipsorū concidunt, color abit, tremunt, & collabuntur. At septimus dies, pro excretionis portione reficit semper ipsos magis ac recreat. Præterea sexto die maligna, acria, fœtidáq; maiori ex parte tum deiiciunt, tum vomunt: rarò autem sudores æquales, toto manantes corpore, calidīq; visuntur: quales si quando oboriantur, intercipiuntur. Interdum parotides malignæ, vel arcuatus mobus, vel alius quidam abscessus, alterum certamenquo discutiatur requirens, emergit. Sed neq; in vrinis boni quicquā inueneris. Etenim crudæ, decolores, tenues, boni nihil, quod subsideat, habētes, sed copia tantùm conducēs, in die sexto visuntur. Atq; hæc moderatissima, leuissimaq; sunt, quæ illo die incolumi futuro contingunt. Nam plurimos alios syncope statim corripuit, vel san-

Sext⁹ dies quāto malignor sit septimo.

Sexto die qualia excernātur.

guinis larga effusione, aut euacuatione immodica exanimauit: vel in catochem, aut insaniam perduxit: aliis deniq; perniciem insanabilem conciliauit. Mihi sanè frequenter in mentem venit septimi diei naturam regi cuipiam assimilare: sexti verò, tyranno. Ille siquidē longè clementior, ceu benignus aliquis princeps, iis quos iudicat, vel supplicii partem adimit: vel illustrat victoriam: hic econtrario, vel pernicie illius, quem iudicandum suscipit, gaudet: vel salute dolet, quæritq; vbi animum expleat, & malè ægrum, qui in ipsum incidit, tractet, & longa punitione exerceat. Est itaq; sextus dies decretorius quidem, sed malus: quemadmodum septimus, bonus. Cæterùm sexti diei vt septimi quartus etiam est index. At verò naturam septimi, maximè imitatur decimusquartus. Proximi his sunt nonus, vndecimus, & vigesimus: prope hos verò septimus decimus, & quintus: post hos quartus: hunc sequuntur tertius, & decimusoctauus. Sexti autem naturam, nullus exactè aliorum dierū imitatur. Si aliquando in octauum diem, vel decimum, subita morbi solutio incidat, similis ferè ei est, quæ sexto accidat. Verū rarò in his soluitur, nec cum fide, nec bene, nec perfectè, sed obscurè simul & citra notas: quare alterius esse naturæ cum supradictis apparent. Quemadmodum autem in his subitò morbus non soluitur, ita neq; in duodecimo, sextodecimo, & nonodecimo. Medius autem inter eos qui subitò morbum non soluunt, & eos qui subitam iudicationem faciunt, videtur mihi esse decimustertius. Atq; huiuscemodi quædam dictorum dierum, ad vigesimum vsq; differētia est. Cæterùm quum exactum morbi principium statuere semper sit laboriosum: morbis iis, in qbus obscura pricipia sunt, omissis, decretorios dies in manifestissimis experiamur: initium morbi tempus illud in vniuersum existimantes, quum ægri manifestè incipiente febrire

Septimus dies assimilatur regi. Sextus dies tyranno alicui & similis.

Quartus dies ut septimi, sic sexti etiam est index.

Septimum qui dies imitentur.

Sextum diem qui referant.

Dies qui subito morbos nō soluunt.

Principiū morbi inuenire, laboriosum existere.

Initium morbi quod sit.

decubuerint : id quod cœnatis, & exercitatis, & lotis, facillimè subitoq; plerisq; contingit. In quem sanè modum Hippocrates, iudicationes ipsas, à primo die quo febricitauit homo, non ab illo quo doluit capite, vel eiusmodi aliud quippiam est passus, accuratè explorauit: quòd in principiis huiusmodi, experientia dierum decretoriorum sit medicis sita. Porrò quemadmodum vndecimus quartidecimi est index, ita septimi, quartus. Si igitur vel quarto, vel vndecimo facto indice, crisis quolibet modo attigerit vel septimum, vel decimumquartum, illorum ipsam crisim esse, arbitrari est opus. At si iudicium extra illos dies cadat, vt neq; in illis incipiat, neq; compleatur, constat non adhuc esse dicendum, morbum in septimo, aut decimoquarto iudicatum fuisse: verùm in alio quopiam die, qui totam crisim in se comprehendat. Quòd si nullo indice prius habito, crisis contingat subitò, duos attingens dies, vtriusnam sit distingues, proportione accessionum, natura dierum, numero decretoriorum temporum, ac tempore iudicii exploratis. Sic autem exploratur accessionum proportio. Nam si æger diebus imparibus laborauerit magis, diei imparis erit magis proprium iudicium: quemadmodum paris, si paribus: quandoquidem in accessionibus iudicia maiori ex parte contingunt. Dierum autem natura obseruatur hoc pacto. Si ambigas vtrum noni diei, vel decimi sit iudicium, si quidem salubre, perfectum, atq; sine periculo sit, noni est magis: si imperfectum, malum, atq; periculosum, decimi. Quod verò ad numerum decretoriorum temporum pertinet (sunt enim tria: nempe decretoriæ accessionis initium, decretoriæ motionis principium, ac deniq; ipse iudicii finis) qui dies sibi tempora duo vendicauerit, ma-

Vndecimus quarti decimi est index.

Quartus septimi est index.

Accessionum proportio quō explorāda sit.

Iudicia maiori ex parte in accessionib^s fiūt.

Decretoria tēpora tria.

gis sibi iudicium assumit. Sic & ipsum tempus iudicii, vtra die longius fuerit, illi magis iudicium attribui debet. Si itaq; quatuor hæ notæ vno die introducantur, huic tu quoq; iudicium attribues. At si vna ex his relinquatur, ei ascribes similiter, sic tamen vt iam alterum etiam diem existimes ipsius crisis esse participem. Si verò æquales sint notæ, iudicium vtriq; diei putabis esse commune. Interim non duos modo, sed tres etiam dies iudicium attingit. Ac tunc sanè, quantum ad temporis longitudinem attinet, medius est præferendus: non tamen vniuersum ei iudicium tribuendum. At verò, si præceps ac subita in ægrotantis corpore perturbatio, morbi solutionem præcedens, crisis sit appellanda, vtiq; nec primum, nec secundum diem, decretorios esse censebimus. Sin autem solutio simpliciter appellanda est crisis, hi quoq; erunt decretorii. Quare omnes febres diariæ solutionem partim primo statim die: partim secundo nanciscuntur. Ad hæc, perturbatio illa, quæ fit ante exactam solutionem morbi, absoluto sermone dici crisis meretur: aliarum autem nulla absolutè: verùm quæ ad perniciem tendit, mala crisis: quæ autem insigne quidem momentum attulit, morbum verò exactè non soluit, deficiens crisis dicatur. Alia quæ insigniter ad peiora declinat, imperfecta simul & mala. In vniuersum autem, quæ omnium criseon notas sortitur, crisis absolute vocatur: aliæ autem, cum appositione nominis appellabuntur. Quod pertinet ad decretorios dies post vigesimum, equidem vigesimo vigesimum primum postpono, licet eum illi præposuerit Archigenes. Similiter vigesimum septimum vigesimo octauo antepono. Habet præterea & trigesimus quartus vim neutiquàm negligendam: atq; hoc maiorem quadragesimus. His minus decer-

Iudicia quæ in ancipiti sunt, quibus diebus sint tribuenda.

Crisis quid.

Dies primus atq; secundus appellari cretici quomodo possint.

Ephemeræ q̄ñ soluantur.

Dierum ordo post uigesimū.

nunt vigesimus quartus, & vigesimus primus: & multo adhuc minus trigesimus septimus: ita vt in dierũ decernentium, & eorum qui non decernunt, medio collocatus esse videatur: magisq; ex non decernentibus esse. Reliqua multitudo dierum inter vigesimũ, & quadragesimum, prorsus facultatis decernẽdi est expers. Ii sunt, duodecim numero: nempe vigesimus secũdus, vigesimus tertius, vigesimusqntus, vigesimus sextus, vigesimus nonus, trigesimus, trigesimus secundus, trigesimus tertius, trigesimusquintus, trigesimus sextus, trigesimus octauus, ac trigesimus nonus. Atq; vsq; ad quartumdecimum quidem, magnę sunt perturbationes in morbis: proximo loco succedunt, quæ vsq; ad vigesimum habentur: quæ post hunc, ad quadragesimum pergunt, paulatim vehementiã remittunt. Dies autem omnes post quadragesimum, prorsus languẽt, concoctione potius morbos, & abscessibus, quàm crisibus, terminantes. Accidunt in his quoq; per excretiones iudicia interdum, sed rarò, nec magnam habentia efficaciam. Et frequenter iudicia ipsa pluribus diebus complentur, maximè quũ in abscessum desierint. Ac cæteros quidem post quadragesimum dies, cõtemnere videtur Hippocrates: sexagesimi tamen, octogesimi, centesimiq; rationem habet. Ab iis alios quidem septem mensibus: alios septem annis finiri ait: alios verò in binis annorum hebdomadis, vel in ternis. Vbi igitur morbus acutus nullum signũ periculosum portendat, & quarto die euidens quædã concoctionis nota apparuerit, septimo crisis futura est. Quare signa periculosa salutariaq; in primis sunt cognoscenda, vnà cũ coctionis indiciis, vt hæc præsagire valeamus. Porrò si periculosa symptomata quarto die adsint, vnà cum nota coctionis, iudicium, si paribus diebus accessio fiat, sexto expectandum est: quod si hunc excesserit, octauo: si imparibus diebus, septimo. Bonis signis

Dies facultatis decernẽdi omnino expertes qui sint.

Dies oẽs post quadragesimũ concoctiõe potius morbos et abscessibus, q̃ crisibus, terminant.

Septimo qñ crisis futura sit

apparentibus, septimo die discutietur morbus. At letalia signa, cum concoctionis notis coibunt nunquã. Hæc autẽ non minus quàm periculosa & salutaria inspiciunda sunt. Quia si quarto apparuerit, septimo aderit mors: quæ crisis est mala. Cæterùm animum aduertere necesse est letalium signorum magnitudini & copiæ. Si nanq; multa & magna, die quarto euenerit, accessionibus distinguendum erit de morte futura, cognoscendumq;, hominem sexto die moriturũ, si diebus paribus, ipsa accessio sit facta: quemadmodum, si imparibus septimo. Interdum sextus hominem iugulat, vel si accessio cõtigerit in imparibus, idq; propter morbi celeritatem, magnitudinem, & symptomatum in quarto die euenientiũ, copiam. Est itaq; quartus dies suapte natura index septimi: hoc est, si nihil extrinsecus accidat, quod inclinationem illius intercipiat. Etenim vbi malum aliquod extrinsecus præter spem euenerit, morbusq; peracutus fuerit, & vires ægri imbecillæ, signum malum, quod quarto die se ostendit, septimum diem non expectat: verùm sexto morietur æger, præsertim si paribus diebus accessiones inuaserint. Quòd si nihil extrinsecus sit erratum, & morbi motus haud ita præceps & velox, ægerq; validus sit, siquidem manifestum in quarto die malum indicium fuerit, septimo interibit die: si verò obscurum, excedet hunc quoq;. Iam verò, si accessiones paribus diebus contigerint, octauo: si imparibus, nono æger decedet. At si quarto die bonum indiciũ videatur: in nullo autem æger versetur discrimine, fieri nõ potest, qn septimo die iudicetur morbus, si nihil extrinsecus sit peccatum. Committuntur autem quædam peccata: interdum quidem ab ęgro: interdum ab ipso medico: est quum assistentium culpa, & ob ea quæ extrinsecus accidũt, similiter delinquatur circa ægrum: vnde virtus diei obscuratur: id quod perpendens Hippocrates ait,

Letalia signa coire nunq̃ cũ concoctionis signis.

Letalia signa consyderanda.

Dierũ paritatẽ imparitatẽq;, expendere oportet.

Quartus natura sua est idex septimi.

Erroribus circa ægrum commissis, uirtutẽ decretorii diei obscurari.

Natura quidem sufficit: peccatur tamen in hanc extrinsecus cataplasmate, vnctione, totiusq; & partis fomentis. Præterea rursus in ipso statim aphorismorum initio, id exactius confirmans, ait. Oportet autem non solùm ipsum, medicum scilicet, quæ res postulat facere, sed & ægrum, & assistentes, & exteriora. Quo in loco exteriora itelligit omnia illa, quæ extrinsecus accidētia possunt aut obesse, aut prodesse ægrotanti. Hæc igit quatuor genera, quæ plures habent differentias particulares, * si naturæ motus præpediant, ordinem circuituũ subuertunt. * At vbi quartus dies euidens iudicii signum attulerit, si nec medicus quid peccauerit, nec æger, nec ministrorum quisquam, ad hæc etiam nec extrinsecus error admissus sit, necessariò morbus die septimo iudicabitur. Quum autem omnis circa victus rationem error, iudicium ipsum impediat, nec victus ratio proba sine præcognitione vigoris & crisis morbi vnquam institui possit, vtiq; non alius quispiam medicus rectè curauerit: alius præsagiet exactè: sed quicunq; præstantissimus fuerit, is simul præsagietq; & medebitur. Porrò si leuis error quarto die vnà cum bonis ind ciis cōtigerit, eueniet sanè etiam die septimo crisis, non tamen exactè inculpabilis: sin magnus, vt à septimo in sequentium aliquem differatur, magnitudo ipsius noxæ indicabit, an nono vel vndecimo die, morbus sit iudicandus. Itaq; morbi qui omnino sine periculo sunt, diuturni esse ob delicta solent: qui incolumitatem promittũt, non tamen vacant periculosis symptomatis, ob errata letales fiunt. Imò verò, qui minimè existunt periculosi, multis magnisq; deinceps commissis erroribus, in letalium naturam * degenerant: id quod mirum esse non debet. Nam si in rectè valentibus delicta grauia, morborum letalium fiunt causæ, quid in ægrotis est expectandum? At verò si in letali morbo

Victus ratio proba sine præcognitione uigoris & crisis morbi, nunq; institui potest.

Morbi faciles ob delicta producuntur, atq; interdum letales fiunt.

dies quartus signum letale habuerit, septimo die mala expectanda est crisis. Cæterùm si peccatũ aliquod non ita exiguum interea temporis accidat, septimũ diem crisis non expectabit: sed si accessiones quidem ipsæ fiant diebus imparibus, morbus autem sit peracutus, & peccata non admodum leuia in ipso quarto contigerint, miraculum non est in quinto hominem interire. Sin autem accessiones fiant paribus diebus, nec morbus sit peracutus, nec magna lęsio erratorum, sextum diem expectabit. Vbi verò diem mortis cognoueris, consyderandum est inde, in qua potissimum cuiusq; accessionis parte, æger grauetur maximè, grauioraq; adsint symptomata. Quippe non ignorandũ est, in pessimo accessionis tempore hominem moriturum. Ac proinde nō magni negotii fuerit, uti diem, sic etiam crisis horam prædicere. * Si igitur secũdus dies, exempli gratia, & quartus, longè vehementiorē accessionem, q̃ primus, tertius, & quintus, afferant, ad sextum diem mors prædicenda est. Quòd si etiam cuiusq; accessionis pars, gratia exempli, sit circa sextam horam grauissima, non fuerit difficile præsagire, in die iudicationis, illa eadem hora hominem moriturũ. Nam tametsi speculatione hac interdũ falli possimus, maiori tñ ex parte, hoc verum esse deprehendemus. Cæterũ in omni principio, non licet futura cognoscere, nisi quis morbi spẽm adamussim perspectã habeat.

Moriuntur homines in pessimo totius accessionis tpe.

Horam crisis posse etiã dignosci.

Porrò si qs primo die acuta febre infestet, nullũ aũt ei adsit signũ periculosum, sed ĩ vrinis aliqua cōcoctionis nota apparuerit, ĩtra quartũ diem soluet morbus. Si verò multa letalia signa primo statim die deprehendant, æger intra quartũ morieт. At si acutè febricitet, nullum verò adsit signũ letale, sed nec aliqua cōcoctionis nota, fieri non pōt, vt hic quartanus decedat. Quòd si nec concoctionis, nec longitudinis morbi indicia adfuerint, in secũdo quaternione morbus statũ accipiet.

Si longitudinis indicia adsint, secũdum quaternionem excedet: hoc est diem septimum: ex qua quidem præcognitione, qualis debeat esse nutriendi modus, perdisces. Siquidem quo longius abfuerit status morbi, ac morbus ipse clementior fuerit, eo nutries vberius. At morbi qui ad decimum quartum omnino sunt crudi, tardiusq; mouentur quodãmodo, non finiuntur ante quadragesimum diem. Quare signorũ vires maximè cognoscere oportet. Vt igitur quartus septimi, sic vndecimus decimi quarti est index. At vigesimi, & vigesimi primi, index est decimus septimus: magis tamen vigesimi: vt decimooctau⁹ * solius vigesimi primi. Considerare autem in vniuersum oportet, totius morbi motum, omniaq; indicia & symptomata: vt rite crisim præsagire valeamus.

Nutriendi modus, unde colligi posit. Cibum uberiorem eo dandũ quo lõgius abfuerit status, et morbus clemẽtior fuerit.

Decimus septimus est index uigesimi et uigesimi primi magis tamẽ uigesimi.

GALENI PERGAMENI DE DIEBVS DEcretoriis. Lib. II.

QVANTA SIT PROVIdentia naturę, quantus ordo & ornatus in motionibus suis, animalium generationes, ortus, & incremẽta indicant. Siquidem cuiusq; animantis conceptui, suum tempus est statutum: natura scilicet ordinatos semper motus seruãte. Post partum etiam animantia singula increscunt, perficiuntur, atq; fatiscunt, idq; præfinitis temporibus. Cæterùm si recorderis quantopere prouidentia & ordine superetur caduca hæc, atq; inferior natura, ab æetherea illa & cœlesti, vtriq; huius nostræ substantiæ motui, non ordinẽ, sed illius perturbationẽ tribueris: nec non quicquid in ea pulchrum, ordinatumq; est, & artificiosum,

Naturæ in singulis prouidẽtia. Naturã hanc inferiorem, a cælesti magnopere superari: ab eaq; quicquid habet boni, recipere.

omne

omne id à superna illa natura omnino emanare putabis: sicuti inordinatum omne & erraticum, à nostra proficisci materia. Est autẽm natura in nobis quædam res ordinata. Quæ quidem vbi superarit materiam, proportionibus quibusdam certis, ordinatisq; periodis, suas motiones perficit. At quæ aliquando præter rationem eueniunt, ordinemq; confundunt, tunc ipsi obueniunt, quum non planè materiam vicerit, sed impeditur ab ea, prohibeturq; moueri proportionibus suis. Si igitur cœlestes substãtiæ, nec non quæ terrenis animantibus insunt, certa quadã proportione manifestè mouentur, nemini sanè debet videri mirum, si decretorii dies, numerum ordinatum sortiantur. Constat autem vnamquãq; septimanam esse perfectam periodum. Quippe medium ipsius ab vtroq; extremo æqualiter distat, ob idq; ad ambo similem cõmunionem sortitur. Etenim quartus dies, morbos qui primo die non cessarunt, soluit: vndecimus rursum, quos septimus non discussit. Quòd si morbus maior sit, q̃ vt iudicari quarto die possit, solutio quidem ipsius in eodẽ * præparabitur: finis autem septimo die adiicietur. Pari modo qui septimo nõ desierunt, eos natura soluere vndecimo die molitur: quare aut in ipso eos iudicat, aut decimo quarto disponit. Verùm septimanæ præcipuas sibi vendicant vires: dein quaterniones. Nec negligere tamen oportet dies intercalares, tertium puta, quintum, sextum, & nonum. Porrò si in vigesimũ diem tres septimanæ finiuntur (vt Hippocrates arbitratur) oportet haud dubiè decimum septimum diem esse vigesimi indicem: excidere autem è primo dierũ decretoriorum ordine, decimum octauum, & vigesimumprimum. At si integræ hebdomades connumerandę sint, decimus octauus vigesimi primi erit index: rationem verò nullam decretoriam habebunt, decimus septimus & vigesimus dies. Quum autem non so

Natura quid.

Septimanam esse perfectũ periodum.

Septimũ diem absoluere qđ quartus non potuit.

Intercalares dies

Vigesimũ diẽ esse finẽ trium septimanarũ.

Decimũ septimum diẽ esse uigesimi indicem.

lùm iudicari morbos decimoſeptimo die, ſed firmiter iudicari & abſq; recidiuæ timore, profiteatur Hippocrates, ſanè inter validos & primos decretorios debet annumerari. Quare ſi cōſtituamus decimumquartum diem, vt finem ſecundæ, ſic initium tertiæ ſeptimanæ exiſtere (quod Hippocratis doctrinæ eſt conſentiens) vtiq; decimus ſeptimus, primi quaternionis in tertia ſeptimana erit finis, atq; index vigeſimi, tertiam hebdomadā terminantis. Quippe vigeſimo die plures abſolutè fuiſſe factas morborum iudicationes, experientia didicit etiam Hippocrates: id quod naturam decimiſeptimi ſatis abundè cōprobat. Quin etiam, in permultis aliis diebus, qui ex ordine decimiſeptimi ſunt poſt vigeſimum, fuiſſe morbos integrè ac fœliciter iudicatos meminit: vt in vigeſimo quarto, vigeſimo ſeptimo, trigeſimoquarto, quadrageſimo, & octogeſimo: in nullo autem eorum, qui à decimo octauo procedunt, facta ſupputatione per ſeptimanas integras, tale quid cōtigiſſe, prodidit: excepto vigeſimo primo, in quo aliquando morbi facta fuit criſis. Conſtat itaq; decimiſeptimi ordinem altero longè fortiorem exiſtere: ipſumq; decimum ſeptimum decimo octauo, & vigeſimum, vigeſimoprimo, quod pertinet ad iudicādi vim, multis numeris antecellere. Porrò quanto vlterius morbi proceſſerint, diuturnioresq; euaſerit, perturbatio quæ præcipitem immutatiōnem præcedit, tanto magis conquieſcit: iudiciaq; ipſa tunc paulatim venientia, duos aut tres dies in totum occupant. Vnde medicorum nonnulli diuturnos morbos minimè iudicari pronunciant. Quāquam certè nihil aliud eſſe iudicium, q̄ ſolutionē morbi, vel teſtimonio Dioclis liquet. Non tamen putandū eſt, diuturniores morbos neceſſariò abſq; vlla conſpicua iudicari excretione: aut eorum criſim plures ſemper dies occupare. Aliquando ſiquidem morbi diuturni fuerunt iudicati die

Decimusquartus ut finis ſecundæ, ſic initium tertiæ ſeptimanæ exiſtit.

Vigeſimo die plures abſolute fuiſſe factas morborum iudicationes.

Decimi ſeptimi ordinē, altero quàm à decimo octauo fit, longe fortiorē exiſtere.

Criſim nihil aliud eſſe q̄ ſolutionē morbi.

vnico, idq; per excretionē. Differunt autē huiuſcemodi omnes inter ſe dies, tum natura, tum vſu. Natura ſanè, quia omnibus pulchrè euenientibus ad quaternionis circuitus iudicia omnino perueniūt: erratis autem quibuſdam, in coincidentes recidunt. Vſu verò, nam ad futuræ criſis cognitionem, quaternionis circuitus ſufficit. Cæterùm ad iam factam criſim iudicandam, omnibus ſemper opus eſt cognitis. Eſt autē longè tutior criſis quæ nono die accidit, quàm quæ octauo. Porrò certitudo iudicii, ad bonam victus rationem iudicatis morbo præſcribendam conducit. Prænoſcere autem quando criſis adueniet, ad nondum iudicatos eſt neceſſariū. Dierum igitur differētias haud ignorans Hippocrates, meritò eorum tantùm in prognoſticis atq; aphoriſmis meminit, qui ſecundum quaterniones inter ſe complicantur. Ait quippe in prognoſtico. Febres, ſiue ſanus ab iis quis euadat, ſiue pereat, æquali dierum numero finiuntur. Verùm vt ſaluberrimæ febres, quæ videlicet tutiſsimis fulciuntur notis, die quarto vel antea qeſcere ſolēt: ita peſſimę quæq;, & quibus periculoſiſsima ſigna adſunt, die quarto, vel citius, interficiunt. Primus itaq; earum inſultus, ſic finitur. Secundus quaternio, in ſeptimum diem producitur. Tertius in vndecimū. Quartus in decimū quartum. Quintus in decimum ſeptimum. Sextus in vigeſimum. In aphoriſmis etiam ſic ait. Septimorum quartus eſt iudex. Alterius ſeptimanæ octauus initiū. Contemplatorius aūt rurſus vndecimus. Hic enim eſt quartus ſecūdæ ſeptimanæ. Contēplatorius iterū decimus ſeptimus. Hic enī quartus eſt à decimo quarto: ut ſeptimus ab undecimo. At in primo Epidemion, oīum dierum mentionē fecit: ſic dicens. Eſt aūt primus decretorius circuituū, qui paribus diebus decernūt, quart⁹, ſextus, decimus, decimus quartus, decimus octau⁹, vigeſimus, vigeſimus quartus, vigeſimus octau⁹, trigeſ.

Dierū decretoriorum differētia duplex.

Iudicii iā facti & faciendi cognitio, ad quid conferat.

Hippocratis de diebus decretoriis ſententia.

mus, triggesimusquartus, quadragesim⁹, sexagesim⁹, octogesimus, cētesim⁹, centesimusvigesimus. Eorū qui imparibus circuitibus iudicāt, primus est tertius, dein qntus, septimus, nonus, vndecim⁹, decimusseptimus, vigesimusprimus, vigesimus septimus, trigesimusprimus. Decretorius itaq; fortissimus omniū est dies septimus: quem dies quartus prænunciat, hæc duo habens, vt & decretori⁹ sit minor, & index septimi. Deinde vndecimus, & decimus quartus, eādem naturam & proportionem inuicem conseruantes, quam cum septimo quartus. Post hos, frequenter quidē decimus septimus ad vigesimum: raro autem decimus octauus ad vigesimumprimum, eādem rationem habet, quam cum septimo quartus, & vndecimus cum decimoquarto. Hi igitur, quaternario aucti, ad viginti perueniunt. Coincidunt eis nonus, qntus, & tertius. Ac plurimos quidem nonus iudicat: secūdam vim quintus obtinet: & post hūc tertius. Sextus malus est decretorius. Decimustertius omnium imbecillimus decretoriorum, cæterum omniū qui non decernunt, fortissimus, in medio quodam virtutis vtrorumq; est situs. Vehementissimæ itaq; sunt crises, quæ ad decimum quartū diem veniunt: minus his, quæ ad vigesimū vsq; pertingunt: inde ad quadragesimum productæ, adhuc imbecilliores euadunt, sed in illo absolute exoluūtur. Proportio autem dierum decretoriorum perpetuo seruatur. Vt enim decimus quartus & secundæ septimanæ finis est, & tertiæ principium, ita trigesimus quartus quītæ terminus est simul, & sextæ initium. Quare tres septimanæ viginti diebus semper describuntur: ideoq; sexagesimus, non sexagesimus tertius, decretorius existet. Pari modo octogesimus, & centesimus, & centesimus vigesimus. Respondebit ergo trigesimus quartus decimoquarto circuitus, quum ex duabus septimanis disiunctis fiat: & quadragesimus vigesimo: vt qui ter-

Septimus est omnium decretoriorū fortissimus.

Quarto diei quæ adsint.

Coincidentes dies.

Sextus malus est decretorius

Decimus tertius dies in medio decretoriorū & minime decernentium consistit.

Decretoriorū dierum semp proportionem seruari.

tiam hebdomadam coniunctam expleat. Dicuntur autem minores circuitus illi, qui diebus quaternis fiunt. Secundas partes obtinent, qui diebus septem cōplentur. Hos accedunt qui septimanis duabus constant: licet imperfecti quodammodo. Omnium perfectissimi sunt, qui ex trinis septimanis constantur. Morbi tamē ipsi, partim quidem diebus: partim mensibus, partim annis sortiuntur suas iudicationes. Atq; in horum singulis, differentiæ quædam particulares existunt. Proponatur igitur adolescēs valido morbo correptus, qui in primo quaternione sit discutiendus. In eo certe est aphorismus ille imitandus. Vbi morbus est peracutus, statim etiam extremi dolores adsunt, tenuissimoq; victu est vtendū. Quare nihil ei alimenti exhibueris: imo etiam ab aqua, quantum potest, ipsum abstinere iubeto. Si vero septimo die crisim sit habiturus, paululum hanc victus rationē immuta, vel mulsam ei exhibens, vel aliam quampiam potionem morbi naturæ familiarem. Quod si æger facile dissoluatur inedia, eiusq; offendatur ventriculus, ptisanæ cremorē exacte percolatum, quotidie modice propinabis: memor illius præcepti. Sed aliquid tum consuetudinis gratia, tum ne vasorum magna fiat inanitio, ingerere oportet. At si iam septimus dies instet, nequaquam ægrum nutrire conuenit, sed pridie, vel antea, minus est exhibendum. Rursus, si tertio vel quarto die morbum finitum iri spes adsit, nec malignitatem stomachi, nec suspiceris inanitionē habitus, ipseq; etiam æger validissimis viribus sit, facileq; longam inediam toleret, nec morbus aut oxymeli, aut mulsam requirat, is certe ad septimū vsq; diem à cibis poterit abstinere. Quod si ad tertium vel quartum quaternionem crisis futura videatur, non ita abstinere potest, nec sola potione seruari. At vero peracutus morbus vocatur, qui tantū ad septimum vsq; diem extenditur. Qui longius pro-

Circuitus minores qui.

Curatio adolescentis ualido morbo correpti.

Consuetudini esse aliqd condonandum.

Peracutus cōmuniter dicit morbus qui tātum ad septimum usq; diē extenditur.

cedit, ſimpliciter acutus. Cæterùm exactè peracutus is eſt, qui vſq; ad diem quartum progreditur: non exactè, qui ad ſeptimum vſq; producit. Similiter qui vſq; ad decimũ quartum extenditur, exactè acutus vocat: non exactè verò, qui durat vſq; ad vigeſimũ: quãquã eſt & ipſe etiam acutus. Eſt & aliud morborũ genus, ad quadrageſimũ vſq; diem perueniens, quod ab acuto, non integrè iudicato, ducit originem. Nonnulli præterea ſtatim ab initio tanq̃ prohibiti, ad quadrageſimũ producuntur: quorũ duplex natura eſt. Aut enim remiſſiones paroxyſmorum in exactã integritatem deſinunt: aut ſemp continua febris perdurat. Noui enim complures ad quadrageſimũ uſq; diem cõtinua febre conflictatos eſſe: ſic enim voco illã, quæ nunq̃ remittit: de quibus ſermonem videtur feciſſe Hippocrates, in prognoſtico, vbi ait. Exiſtimare aũt oportet, q faciles ſpiratio in oĩbus acutis morbis, quibus febris copulatur, quiq; intra quadraginta dies iudicant, magnum ad ſalutem habet momẽtũ. Atq; hoc ſanè vltimò. prædictum genus, acutũ ex decidentia vocari debet. Nullus aũt morbus à primo acutus in vigeſimũ diem illabitur, qui non prius iudiciũ expertus ſit. Qui verò ab initio ſubmerſi lentiq; apparent, & inde ad quadrageſimum perſeuerant tales, ſed rurſus intendi videntur, hos iure diuturnos appellaueris.

Peracutus exacte morb9 q.

Acutus exacte morbus qui.

Morborũ qui ad quadrageſimum uſq; perueniunt diem natura duplex Continua febris dic tur q̃ nunquam remittit.

Spiratio facilis in quibus acutis morbis ad ſalutem magnum habeat momentum.

Acuti ex decidentia, morbi.

Diuturni morbi qui.

GALENI PERGAMENI DE DIEBVS DEcretoriis. Lib. III.

IGITVR NON OMNES DIES de morbis decernere, experimento conſtat: ſicuti & q ſeptimani circuitus validiſſima ſunt virtute prediti: poſt hos quaternarii: quidam verò extra hos coincidant. Imò quòd nec omnes ſeptimanæ inuicem ſeparentur: ſed aliquæ ipſarum etiam coniungantur: nec omnes quaternarii: ſed horum aliqui ſeparentur: aliqui coniungantur. Inſuper, quòd acutis morbis impari dierum numero, longis pari, iudicia omnino accidant. Porrò cauſas horũ ratione nobis indagantibus, duo prima omnium quæ fiunt primordia eſſe ſtatuenda videntur: inordinatum videlicet, quod ex hac mũdi materie proficiſcitur: ordine verò ornatuq; procedens, quod cœleſtibus originem fert acceptã. Omnia ſiquidem hæc inferiora ab illis venuſtatẽ & ornamentum ſuſcipiunt. Fruimur nanq; ſuperiorum omniũ aſtrorum virtute. Verùm Sol maximè hunc orbẽ exornat, & concinnè diſponit. Quippe Veris, æſtatis, autumni, & hyemis author nemo alius extat: nec alius tã manifeſtò vel ex terreſtri fæce animalia gignere poteſt, vel maturare fruges, vel ad coitũ & generis propagationẽ animalia incitare. Magna ſanè & lunæ opa in hac rerũ ſubſtantia apparẽt: verùm Solis effectibus inferiora. Etenim mẽſes hæc ppetuò, atq; oẽs eius dies diſponit: idq; euidenter adeò in marinis belluis: q̃q̃ & hoc ipſum Solis bñficio debet. Nouũ eni lumen ſortit, quum Sole primũ fruitur: tantaq; ſemper eius portio illuceſcit, quãtã Sol aſpicit. Prorſus aũt deficit, luciſq; expers reddit, ubi terra ſuo interuẽtu ipſam obtenebrarit. Quapropter à Solis receſſu oẽs ſuſtinet mutationes. Etenim plena eſt, quũ diametra apparet. Aequa portione diuiſa, quũ eſt quadrãgula. Gibboſa, quũ triãgula. Falcatam ſpẽm refert, ſexangularis. Ac tum primũ recens eſt, quũ poſt Solis congreſſum oñdit. Obſcurat oĩno, * quũ ſub ipſo Sole coruſcat. Igit fructus auget, incraſſatq;: animantia ĩplet: menſtruorũ ſtatutum tẽpus conſeruat mulieribus: comitialiũq; circuitus gignit, * quaten9 Solis plus, vel min9 participat. Oĩa ſiquidẽ quę facere nata eſt, vbi falcis figurã repñtat, lãguida fiũt; inualeſcũt, quũ plena fuerit. Quapropter & fru

Acutis morbis impari dierũ numero, lõgis pari, iudicia. adueniunt.

Inferiora hæc omnia recipere ornamẽtũ à ſuperioribus.

Sol author temporum, animalia etiã gignit.

Lunæ opera Solis affectib9 inferiora.

Luna menſes atq; dies eius diſponit.

Nouilunium quando fiat.

Lunã qñ deficit lumen.

Lunam a ſolis receſſu ſuas omnes mutatiões recipere.

Lunares formæ.

Lunæ opera inualeſcere, quum ipſa eſt plena.

corpora in tabem visu suo resoluit: somnoq; sopitis sub eius lumine, vel aliter immoratis diutius, palloré, & * capitis grauitatem conciliat. Cæterùm vt Luna Solis auxilio in omnibus indiget, ita Sol nihil vel maximi alterius cuiusdam astri, vel ipsius Lunæ opē desyderat. A nullo enim impeditur, quo minus æstatem faciat, quum in vertice nostro constiterit: aut frigus adducat, si humilis eius cursus fuerit: aut æquinoctiū vtrunque constituat, quum modicè obliquus videtur.

Lunæ eis qui sub lumine ipsius immorati diutius fuerint palloré, & capitis grauitatem conciliat.

Luna solis auxilio eget.

Sed ipse veluti rex quispiā maximus est: Luna verò, vt princeps non mediocris inter illum & nos medius constitutus, meritò terrestrem hanc regioné gubernat: non potentia cæteros planetas, sed vicinitate exuperans. Porrò vehementiores mutationes eueniunt, vbi ipsa cum Sole coit: dein autem, in apparitionibus plenilunii: minores his contingunt, dum medio orbe apparet: obscuræ, dum curuata in cornua, & falcata videtur. * Etenim diametra Lunæ statio, ceu distinguens dispescensq;, maximè contrarias ipsius Lunæ dispositiones (maximè enim Lunæ incrementū, eiusdem imminutioni aduersatur) earum omnium est validissima. Dein verò, duæ dispositiones dichotomi in quibus Luna per medium videtur secta, vtrāque ipsius differentiam, dico augmentum & decrementum, ad ęquilibrium secant: prior quidem augmentum: decrementum secunda. At omnium extremæ obscurissimæq; aeris nos ambientis * permutationes in falcatis, incuruisq; apparitionibus fiunt: magis aūt, in ipsis incuruis. Iam verò, plenitudines Lunę, celerrimas mutationes efficiunt: nouilunia verò, inæquales, diuturnasq;. Nam quid ante Lunam apparentem manifestè pronuncies, non est. Longum autem hoc tempus occultationis est, integri ferè signi cursum explens. Ac mutationem ex incremento ad imminutionem, punctum exactè distinguit; quod punctum à Luna, quasi

Sol nulli* astri opē desyderat.

Tēporū ortus.

Sol ueluti. Rex qnispiam maximus est.

Luna est ueluti princeps inter solem atque nos medius.

Mutationum quæ a facultate lunę proficiscuntur differētię multiplices

Lunæ occultationis tempus q̄ longum sit.

momento absoluitur. Quare breues plenilunii cōiunctiones existunt: diuturnæ coniunctionales. Tuta igitur crisis euadet, quando in toto mense status secūdo die fiet, quo primo & manifesto Luna, & longo satis tempore super terram iam apparet, & lumen sensibile de se mittit, ad hæc vmbram euidenter ostendit. Primus autem dies tādiu Lunam supra terram vagantem habet, quādiu adhuc Solis etiam lumen post occasum retinet. Quare in hoc Luna simul cum Sole occidit: subinde verò & prior est occidua, & secunda die prius elucescit: nunc minus, nunc magis apparet. Atque hoc ei accidit longitudine à Sole recessus. Pleruncque autem Luna triduo in coitu Solis morata, planè inuisibilis est: quo nondum hæc terrena immutare potest. Cuius circuitus vincenis diebus septenisq;, & tertia ferè diei parte peragitur. In tāto enim tempore totum signiferi circulum percurrit. At, q̄ is circuitus, quo nobis lucescit, eidem quoque numero cōueniat, perspicuè intelliges, si occultationis tempus, ex toto menstruo tempore eximas. Quod autem menstruū tempus non omnino triginta diebus constet, sed minus vnius ferè diei dimidio: quodq; mensiū alius quasi mutilus & imperfectus, dies vigintinoué sortiatur: alius verò, nempe absolutus, triginta, liquidò constat. Quemadmodum igitur annum integrū Sol absoluit, ita Luna mensem: immutatione per septimanas ei accidente. Nam vtrūque tempus, & quo post primam apparitionem in medium orbem accrescit, & quo inde plenam efficit, septem diebus absoluitur: ambo quatuordecim. Simili modo, si inde, quū æquali portione est diuisa, ad secundam diuisionem eiusmodi rationem subduxeris, & hos dies, reliquosq;, quū planè ab oculis Luna declinata est, septem inuenies. Quod autem aer nos circūstans, maximas mutationes sortiatur, dum Luna primum occultatur, ac dein rursus se ostēdit, nemo mor

Plenilunii cōiunctiones breues existūt: diuturnæ coniunctionales.

Crisis tuta quā accidat.

Lunæ circuit* uiginti septem diebus & tertia fere diei parte pagitur.

Mensis nō omnino cōstat triginta diebus.

Sol annum absoluit.

> Mensem a luna immutari ꝑ septimanas, ut alia omnia.

talium ignorat. Itaq; mensem à luna immutari secundum septimanas, ac proinde cætera omnia admodum est perspicuũ. Iam verò, quæ omnibus subsistentibus accidunt, horũ causam luna habere obseruata est, maximè in tetragonis & diametris stationibus ea immutans. Nam si luna in tauro existente semen conceptum fuerit, vel etiam partus contigerit, magnas eius mutationes inuenias, quum in leone, scorpio, & aquario signiferum ambit.

> Lunæ motum esse causam omniũ permutationũ, quę in corporibus accidunt.

Verùm in leone tetragonos septimanæ vnius existit: in scorpio diametra duas septimanas habet. Ita quoq; in aquario, secũda quadrangularis statio necessariò in tertiam septimanam procedit: quod luna vicenis diebus, septenisq́;, & particula quadã adiecta, maximè tertia diei parte, vniuersũ signiferi ambitum peragat.

> Lunã indicare felicẽ aut infelicẽ ꝓgressum exitũq; nõmodo ęgris sed sanis etiã posse.

Nec verò ægris tantũ luna, sed etiã sanis, dies quales tandem futuri sint, prænunciare potest. Etenim luna, si planetas salutares ac tẽperatos aspexerit, faustos ac bonos producet dies: molestos autẽ, si intemperatos. Ad hæc, alterationes magnas, quas in tetragonis & diametris per septimanas fieri diximus, in letalibus quidem morbis, letales & ipsas: in salubribus, bonas euenire est necesse. Lunæ igitur tetragonæ, diametræq́; stationes, in prĩcipiis bonis, bonas faciunt alterationes: in malis, malas.

> Circuituũ differentiæ.

Circuituũ aũt alii numero quodã dierũ constant: alii mensibus. Cæterùm qui diebus ꝯstant, septimani sunt, & lunę mõ incedunt. Qui mẽsibus, ad Solẽ referunt, eodẽ mõ euenientes. Ac sic illud intelligẽdũ est, qđ ait Hippocrates, æstiuos morbos, hyeme: hyemales æstate solui. Hoc enim diuturnorũ annalium'ue morboꝝ iudicationis tẽpus statũ est, queẽadmodum acutoꝝ decimus quartus.

> Diuturnorum morborũ iudicationis cõstitutũ tẽpus, est annus.

Quũ enim à mensis principio ad vsq; plenilunium, tempus, totius lunaris circuitus dimidium existat, eandem rationem habet cum interuallo, quod ab hyeme, ad æstatem vsq; intercidit. Quin etiam à plenilunio ad occul-

tationem tempus, spatio quod ab æstate ad hyemem vsq; porrigitur, proportione respondet. Sed horũ vtroq; bifariam secto, in acutis morbis est septimana: diuturnis, clarissimorum syderum exortus: quorũ ratione Ver, Aestas, Hyems, & Autumnus, describũtur. Quemadmodũ autem septimana acutorum morborum est decretoria, sic temporis anuui mutatio, diuturnos morbos discutit. Vt hyeme quidem constitutũ morbum Ver dissoluat: in Vere cõflatum, Aestas. Simili rõne per Aestatem contractum, Autũnus: in hoc paratũ, Hyems. Cæterùm anni tẽpora singulis partib⁹ bifariã diuisis, mẽsis quaternionibus proportione respondent. Et quemadmodum anni temporis cuiusq; & initiũ, & finis, syderum manifestorũ ortu & occasu describitur, ita etiã medietas singuli, alterius rursus syderis exortu distinguit. Itaq; vniuersas particulares morborũ mutationes, uel tanq̃ ad proprium ipsorũ principium, uel ambientis nos aeris conuersionẽ, eueinre est necesse. Qui igit ex proprio principio mutant, Lunam sequunt: qui verò ceu ab aere nobis circunfluo immutant, in toto quidẽ anno, Solem: in singulis mensib⁹ lunam.

> Mutatiões ualidissimas esse quæ cuiq; per septimanos dies proprie contingunt.

Hinc iã accidit mutationes ualidissimas esse, quæ cuiq; ꝑ septimanos dies propriè cõtingũt: quãuis ipsis ferè cõmisceantur, quas aer excitat. Atq; in acutis quidem morbis coincidentes decretorii sunt plures, qm & corpus mutationi accõmodum in motu & perturbatione vehemẽti constitutũ est: in longioribus, uia & ordine magis septimanaꝝ circuitus procedit.

> Tertium diem esse principiũ decernentium acute.

Principium igit dierũ qui acutè decernũt, & cum quadã ꝑturbatione morbos ĩmutant, tertiũ diẽ ab ipso principio statuere oportet: qppe qui nullã iã cũ prima septimana cõionẽ habeat, sed ex coincidentibus sit.

> Excrementa cur interdum citius: interdũ tardius quam oporteat a natura expellant.

Iã uerò perturbationis uiolentia, naturam ea quæ molestant, etiã ante tempus propulsare compellit: id quod alioq neutiq̃ factura fuisset, ante coctionem perfectam: qua

Expultricem nim crises in morbis facer. Crises optime quando fiant.

interdũ iam absoluta, sępius tardari solet, propter facultatis (quæ aliena excernit & crisis in morbis efficit) infirmitatem. Fiunt itaq; iudicationes optimæ, quum iam omnia in animantis corpore fuerint accuratè concocta. Perniciosum autem est, si quando ipsa crisis pręueniat. Nam idonea simul cum iis quæ lædũt excernuntur: id quod fit natura incitata, vel ab exteriore quodam, vel ab iis quæ in ipso corpore detinentur. Atq; vnum quidem ex illis quæ naturam stimulant, & veluti prouocãt, accessio est, nullam quietem, nec moram concedens, verùm incitans, mouensq;, & ceu pugnam indicens. Vnde acutorum morborum in diebus imparibus iudicium contingit. In his enim & accessiones fiunt. Nam secũda accessio ab initio ad tertium diem delabetur, tertia ad quintam, quarta ad septimum, quinta ad nonum, omnes deniq; in imparibus fient. At dies ipsi primariam decernendi virtutem non habent, sed per accidens id consequuntur: q; videlicet in accessionibus iudicentur morbi: illæ autem in dies impares incidant. Neq; enim septimi, vel quarti numerus, crisis est author: sed q; Luna innouante, & terrena immutante, motuum quoq; circuitus ad hos principes numeros venire contingat, meritò in ipsis tanquã stata alterationum tempora inueniunt. Quippe mutationes non numeris, sed Lunæ terrena debẽt. At quum id quod mutat in motu cõsistat, tempus mutationibus necessariò coniunctum est. Quare necessariò & numerus. Luna itaq; omnia terrena immutat, atq; in septimanis præcipuè magnas mutationes inducit: dein autem paruas in quaternionibus. Porrò tertius & quintus dies decernunt, non ex lunari circuitu talem facultatem sortiti, sed q; tertius violenta accessione crisim quarto die futuram præuertat: natura autem quarto die defatigata, minimeq; irritata conquiescat, ac postea in quinto ad iudicium moueatur. Iam

Accessio morbi natũram cõmouet.

Acutorũ morborũiudicia in diebus imparibus fiunt, quia & accessiões.

Dies non primario, sed ex accidenti decernunt.

Dies tertius et quintus qua ratione decernant.

verò & nonus inter duos decretorios, septimũ & vndecimum medius, vel non factum in septimo die iudicium, vel vndecimo futurum, ipse sibi vendicat: at rarius quidem septimi: sæpius vndecimi assumit crisim. Porrò in diuturnis morbis, vt accessionis vehemẽtia, sic numerus coincidentium dierum minuitur. In omnibus autem ferè diebus peracutos morbos iudicari contingit: quoniam vltimus decretorius ipsorum est septimus: & ante hunc nõ quartus modo, sed tertius, quintus, & sextus aliquando decernunt. At peracuti omnes morbi vel continuam febrem, vniformemq;, à principio vsq; ad crisim sibi habent comitem: vel aliam, quæ & si manifestas habeat declinatiões & accessiones, non tamen tertio quoq; die manifestas tantùm habet, verùm in ipsorum quoq; dierum mediis, quemadmodum & semitertiana. Proinde prima peracutorum differẽtia, veluti vna quædam accessio est. Quam ob rem nihil (quantum ad accessionem pertinet) impares paribus præstant, quum febris singulis diebus æqualis existat. At in altera differentia, quum quidem veluti ad septimum diem festinat, & secundũ ipsius rationem in eodem finiturus est: mediæ verò accessionis magnitudo, naturam ante suum tempus venire ad crisim compellat, vel si extrinsecus aliquid eueniens ipsam irritet, crisis haud dubie sexto die prærumpet. Etenim in secundo die natura aliquo modo est valida: item in quarto magis q̃ in sexto: sed nondũ in certamen venire audet: in sexto autem accessionis vehementia frequenter eam ad certamen prouocat: quare vel in eo deiicitur prius, q̃ quæ infestant excreuerit, extinguiturq;: vel eorum magnam partẽ propulsat: reliquum verò adhuc non potest, sed imbecilla & defatigata prorsus cadit, & victa iacet. Deinde si postero tempore recreari ac refici possit, morbũ paulatim concoquit. At si morbi reliqæ robore illius ma-

Non dici facultas.

Peracutos morbos (quorũ vltimus decretorius est septimus) in omnibus fere diebus iudicari contingit.

Peracutorum morborum duplex differẽtia

iores sint, tādiu æger superuiuet, quādiu natura suffice re poterit: morietur tamen postea. Decernit autem vigesimus, & vigesimus primus, sed multo magis vigesimus, quoniam huiusmodi morbus diuturnus iam est, & paribus diebus accessiones fiunt: dein, quia septimana non integris septem diebus constat.

Vigesimus cur decernat magis q̃ uigesimus primus.

Etenim vt annus ad trecentos sexaginta quinq; dies particulam diei maiorem quarta adiectam habet: ac mensis ad triginta dies absoluēdos, vnius dimidiū desyderat: sic & septimana, sexta maximè diei parte, vt septem integros habeat, indiget.

Annus.

Mensis.

Septimana.

Quā ob rem tres septimanæ non vnum & viginti dies integros, sed minus ferè vni⁹ tota dimidia parte consequuntur. Ob quod etiam, numerum huiuscemodi, non magis viginti, q̃ vni & viginti diebus vicinum, vtriq; parti conuenire videas. Quoniam igitur vigesimus exactam periodum propinquā sibi vendicat, tales iam morbi inueterascunt, & accessiones paribus diebus accipiunt. Quorum aūt accessiones in imparibus accidunt, horū & iudicia ad vigesimum primum delabuntur.

Vigesimus dies quos morbos iudicet.

Non solùm autē Lunæ circuitus, sed menstruum etiā tempus apparitionis, virtutem quandam in nos possidet. Quod quidem tēpus, septem & viginti dies propemodum necessariò continet: ideoq; septimana ei⁹ minor adhuc prius dicta meritò euadet.

Apparitionis lunæ tempus quantum.

Siue enī à triginta, tres illos coitiōis dies, in quibus nihil de aere decernitur, auferre cogites, siue à viginti nouem cum dimidio, reliquū tempus, quo Luna manifestū de se lumen præbet, priore modo septem & viginti dies, altero viginti sex & dimidiū habebit. Quum ergo apparitionis manifestæ efficacis q̃ tempus sit dies vigesimus sextus & dimidius: signiferi verò circuitus expleant vigintiseptem dies cum tertia vnius parte, liquet medium ipsorum fore vigesimum sextum diem, ad hæc, dimidium, & tertiā maximè & duodecimā vnius diei partem. Horum itaq; nihil sup-

putari potest per dies integros citra fracturā: nec septimana, nec quaternio, nec mēsis, nec annus, nec aliud quicq̃ omnium. Quoniam verò inter septimanas ipsas duæ solùm primæ separantur, tertia copulatur: perspicuum est quaterniones quoq; nōnullos necessariò cōiungi: alios separari. Itaq; secundus ternio & primus coniungētur, q̃ vnius septimanæ primæ bifariam diuisæ particula vterq; sit. Tertius à secūdo disiungetur, quoniam & septimana secunda à priore distincta est. Tertius autem quarto copulatur, quoniā secundæ septimanæ vterq; particula est. Hîc itaq; rursum quart⁹ propter tertiam septimanam secundæ coniunctā, quinto copulabitur. Adiungetur etiā sextus quaternio qnto, in decimoseptimo die, tanq̃ tertiæ septimanæ pars vterq; existens.

Quaternionū, qui separētur, et qui inuicem coniungantur.

Porrò falluntur nōnulli medici, omnem morbum breuem, esse acutū existimantes: sicuti & omnem tardum, diuturnum. Siquidem omnis acutus (qui ex motus celeritate hunc in modum vocaī) planè exigui est temporis: & omnis diuturnus, necessariò tardus. Non tamē si breuis temporis sit, acutus statim fuerit (quum multæ ephemeræ longè breuissimæ sint, omniq; periculo vacent) nec si tardus, longi temporis.

Acuti morbi oēs sunt tēporis exigui: non tū oēs breues morbi cōtinuo existunt acuti.

FINIS.

GALENI PERGAMENI DE CRISIBVS.

Liber Primus.

TOTIVS MORBI TEMpora sunt quatuor in vniuersum: principium videlicet, augmentum, status, & declinatio. Quædam verò ægritudines ob earum malignitatem, atque ægrotantis imbecillitatem,

Tempora totius morbi sūt quatuor.

in ipſo ſtatim * augmenti tempore hominem iugulant: ſicuti & quædam aliæ in vigore. Definiuntur autem ea tempora, minimè dierum numero.

Tempora morbi non definiri dierum numero.

Porrò an ipſe morbus augeatur, non ex eo tantùm coniectari oportet, quòd acceſsiones anticipent (ſæpe enim talis anticipatio, morbi proprietatem conſequitur, potius quàm incrementum, quum & quartanæ, & tertianæ, & quotidianæ febris quidam circuitus vſque ad integram ſolutionem ita anticipare ſint viſi) ſed quòd etiã longiores & maligniores exiſtant: id quod ſimiliter eſt in intermiſsione & declinatione conſyderandum.

Anticipatio acceſsionis non ſemper morbi incrementum arguit.

Incrementum morbi undecõiicere oportet.

Voco enim intermiſsionem, quando febris in quietem deſierit: declinationem, omnem eius partem, quę vigorem ipſum ſubſequitur, vſque ad ſecundæ acceſsionis principium.

Intermiſsio.

Declinatio.

Etenim ſi acceſsio, exempli gratia, conſuetam anticipet horam, longior etiam fiat, & vehementior, malignior'que, & cum multis prauis'que ſymptomatis accidat: ad hæc, ipſum declinationis tempus fiat breue, nec omnino facile, nec * ſymptomatum acceſsionis omnino expers, is certè morbus ad magnitudinẽ creſcit.

Morbi creſcẽtis ad magnitudinem notę.

Si verò acceſsionis initium tardet, longitudo autẽ eius ac magnitudo minor exiſtat, ceſſet'que etiam malignitas, nec non intermiſsio vel declinatio ſit facilis toleratu, longiuſcula, omnia'que acceſsionis delens * ſymptomata, haud dubiè, declinationis morbi hæc fuerit aperta indicia.

Declinationis morbi argumenta.

Vbi verò quæ ad acceſsiones duas pertinent, æqualia fuerint, morbum demonſtrant conſiſtere.

Morbi uigentis indicia.

Quare Hippocrates ait, ad morbi incrementum noſcendũ, eſſe acceſsiones inuicem conferendas. Iam verò, ſæpe quidem in morbis nullum reperitur ſenſibile ipſius vigoris tempus: ſed habente adhuc quarta (ſi ita contigerit) acceſsione indicia augmenti, quinta ſuperueniet acceſsio, declinationis habens principium. Simile quiddam accidit in morborum augmentis. Nam ſæpe prior acceſsio principium ſimul habuit,

aſcenſumq́;

aſcenſumq́; & vigorem: dein ſecunda videtur manifeſtè inclinare. Generoſi autem medici eſt munus, futurum ſtatum præcognoſcere, quum omnem victus rationem ad ipſum inſpiciens inſtituat.

Status morbi docet qualiset quanta uictus rõ eſſe debeat

Eadem ratione principium atque augmentum morbi, non vbi iam pfecta ſunt, ſed multo antea pręſtat cognoſcere. At acceſsiones & conſtitutiones (quẽadmodum inquit Hippocrates) morbi indicant, & anni tempora, & circuituum ſucceſsiua incrementa: ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue in longiori tempore fiant. Præterea ſi in laterali morbo ſputum ſtatim appareat, incipientẽ morbum facit breuiorem: ſi verò poſterius, longiorẽ. Porrò quæ propria ſunt morbi accidentia, ſimul cum morbo inuadũt, incipiũtq́;: reliqua verò omnia, mox apparent. Inuadunt igitur vnà cum laterali morbo febris acuta, lateris dolor pungenti ſimilis, tuſsis, & difficilis reſpiratio.

Pleuritidis propria ſymptomata.

Mox autem apparent quædam, vt ipſi morbo propria: nonnulla vt communia omnibus febricitantibus. Propria ſanè ipſius morbi, primum quidem, ſi nihil cum ſputo educatur, quod ſufficiens crudi morbi eſt indicium.

Spuere nihil, ſignũ eſſe crudę pleuritidis.

Secundo autem, ſi educatur quidem, ſed non bonum. Eſt autem & hoc duplex: vnum quidem, quod ſolùm caret coctione: alterum verò, quod etiam prauum exiſtit.

Sputũ non bonum, duplex.

Ab his omnibus, id quod coctum eſt, ſeparatur: quod etiam propriè ſputum appellant. Si igitur hoc ſtatim appareat, morbum facit breuiorem: quum verò nullo modo educitur, aut crudum, longitudinem morbi oſtẽdit.

Sputũ concoctũ, morbũ facit breuiorem.

Si quid autem prauum expuitur, periculum imminere ſignificat: mortẽ verò, ſi prorſus malignum fuerit.

Sputũ prauum malignũque periculũ atque perniciẽ indicat.

At quæ propriè expuitiones vocantur, ex his, quæcunque ſufflauæ, & ſubruffæ, & ſubpallidę, & ſubſpumoſæ, & tenues exiſtũt, ſolam cruditatem ſignificant: nullum verò inſigne malum prænunciant. Quæ verò ſine alia cõmiſtione ſunt flauæ, ruffæ, craſſæ, ſpumoſæ, uirides, viſcoſæ, rotun-

Expuitiones quæ pernicioſæ exiſtant.

dæ, atq; his etiam magis nigræ, ſunt pernicioſæ. Præterea facilitas expuitionis, bona eſt: vt difficultas, mala: id quod pulchrè in prognoſticis docuit Hippocrates dicens. Sputum oportet in omnibus dolorib⁹, qui pulmonem & latera infeſtant, celeriter expui, ac facilè: cōmiſtumq́; vehementer videri flauum ſputo. Eadem autem & in vrinis, & in alui excrementis facienda diſtiĉtio eſt, quam in ipſis ſputis fecimus. Siquidem nonnulla eorum, coĉtionis ſunt ſigna: nonnulla verò cruditatis: quædam mortis indicia exiſtunt. Etenim ut nigrum ſputum, præter id quod crudum eſt, etiā mortem portendit: ſic & vrina nigra, nō cruda ſolùm, ſed etiam letalis exiſtit. Eſt autem ſimpliciter crudū, quod album eſt, ac tenue, quod aquoſum vocamus. Porrò quoties de principio morbi fecit ſermonem Hippocrates, non de indiuiſibili illo primæ acceſsionis inſultu, in quo nihil poſſumus obſeruare, ſed de alio quodam principio, quod ſenſibilem habet latitudinem, nobis ſuam mentem expoſuit. At verò principium ſecundum latitudinem, communi quadam imaginatione, abſq; vllo artificio, cōtinetur in prima acceſsione. Atq; iccirco quædam ſtatim quum incipiunt, ſtatum accepiſſe dicuntur: quemadmodum in primo Epidemiarum, vbi ait idem Hippocrates. Statim enim continua eſt, quæ incipiens floreſcit, ac viget. Nam verbū illud incipiens, non dicitur hoc loco de vero morbi tēpore, ſed de eo quod ſubſequitur exquiſitum principium, quod vtplurimum ad tertium diem extendit. Cuiuſq; itaq; partis ſuperfluitas, eam quæ illi ineſt diſpoſitionem oſtēdit: ſi coĉta quidem fuerit, ſalubrem: cruda autem, ægram. Alui excrementa (Hippocrate authore) optima ſunt quæ mollia & cohærentia exiſtunt: & quæ eandē exitus horam ſeruāt, quam in ſanitate habuerunt. Quantitas verò eſſe debet pro ratione cibi, qui aſſumitur. Nam ſi exeuntia talia fue-

Sputū facile, bonum.

Vrina nigra, perinde ut ſputū nigrū, mortē prænunciat.

Principiū ſecūdū latitudinē cōtineri ī prima acceſsiōe.

Superfluitas partis cuiuſq; illius propriā diſpoſitionē indicat.

Excrementa alui qualia eſſe debeant.

rint, ventrem inferiorem ſaneſcere indicant. Et ſputum quoq; quum fuerit exquiſitè ſimile illi quod ſanis aduenit, integram ſanitatem inſtrumentorum reſpirationis ſignificat. Si quo modo autē à naturali modo receſſerit, tantum ea læſa eſſe demonſtrat, quantū ipſam formā naturalē amiſerit. Quod verò illi quod ſecundum naturam eſt, maximè contrarium videtur, exiſtit crudum, magnamq́; patientium membrorum imbecillitatem indicat. Quod vitioſæ cauſæ aliquod ſignum habuerit, quemadmodum nigrum, eſt pernicioſum. Ita etiam in vrinis res habet. Nam & hæ, quæ ſanis ſimiles ſunt, venoſum inſtrumentorum genus ſatis robuſtum eſſe indicant. Quæ verò crudiores ſunt, eiuſdē imbecillitatem ſignificāt. Rurſus quæ maximè ſunt ſanis ꝯtrariæ, hę quidem oīno ſunt crudæ, & maximā vniuerſi venoſi generis imbecillitatē declarant. Quæcūq; verò & ſuperantis cauſæ prauitatē oſ̄dunt, veluti nigræ, hæ ſunt penitus exitiales. Hæc itaq; tria ſignoꝝ genera, ſingula quæq; coĉtionis præbent iudiciū: vrinæ quidē, eius quæ fit in venis: deieĉtiones aūt, eius quæ in vētre: ſputa verò, eius quæ in reſpirādi inſtrumentis. Sanguinis aūt profluuium è naribus, ſudores, & tumores q iuxta aures fiunt, reliquiq́; defluxus, ſi in tēpore quidem fiāt opportuno, prodeſſe pn̄t: intēpeſtiua aūt, nihil iuuant. Non ſunt aūt eadem decretoria, & quæ coĉtiōis indicia dicunt. Siquidē fieri nō pōt, quin iſta oīno uel bene, uel malè ſe habeant. At cōcoĉtionis ſigna, ſalutē quidem hoīs, non tn̄ per criſim oīno, futurā nobis oſ̄dunt. Porrò in febribus vniuerſis, qm̄ venoſi generis ſunt paſsiones (nā & arterias ī hoc genere cōprehendimus) ad vrinas præcipuè attēdere oportet. In iis aūt qui laterali morbo afficiunt, primū quidē ſputa: ſecūdo loco urinas: qm̄ is morbus oīno cū febribus iungit. Vt in paſsionibus vētris, ſi ſine febre fuerint, ſola excremēta inſpicere oportet: ſi aūt cū fe-

Vrinæ indicāt concoĉtionē q̃ fit in uenis.

Decretoria ſigna a ſignis cōctionis quō differant.

Febres eſſe affectus uenoſi generis.

Vrinas eē ſpectandas in febribus.

Sputa eſſe inſpiciunda in pleuritide.

Principum proprium cuiusque morbi, coctionis signis determinatur.

Augmēti tempus quod sit.

Status est uehementissima totius morbi ps.

Declinatio.

Decretoria signa ante concoctionē uenientia, nuncquam per crisim finierūt morbos.

Concoctionis indicia, quocunque tpe appareant, saluti apparent.

Statum morbi esse cognoscēdum atque praecognoscēdum.

Inflāmationes nō esse statim in principio soluendas.

bre, etiā vrinas. Proprium igit uniuscuiusque morbi principiū, coctionis signis determinat: potestque vsque ad multos quaterniones extendi. Cæterū tunc finiet, quū primum concoctionis signa apparuerint. Reliquū verò deinceps tempus vsque ad statum, iam alterum tempus est, quod augmentum & ascensus vocatur. Dein post hac, status: qui est vehementissima totius morbi pars. Vltima verò omnium est declinatio. Coctionis igitur signa (sæpius enim quæ vtilia sunt, repetere cōuenit) nunquam malè apparent: decretoria autē, est vbi malè: neque enim in augmentis, neque in principiis, sed in statibus illa apparere conuenit. Quippe nec sudores, nec vomitus, nec alui excrementa, nec tumores post aures, nec profluuia sanguinis, ante concoctionē morbi venientia, vnquam per crisim finierunt morbos. Hæc igitur iam veluti causæ, morbos creduntur soluere: quæ verò veluti horum indicatiua sunt signa, deliria existunt, vigiliæ, graues sopores, dolores, lachrymæ, respirandi difficultates, oculis tenebræ obortæ, & quæcūque similia: quæ omnia si absque coctionis signis in morbi principio appareant, pessimarum sunt dispositionum indicia. At reliqua tria quæ coctionem ostendunt signa, etiam si in prima protinus accessionis hora apparuerint, ad bonum apparent. Sicuti igitur non habetur exquisita principii cognitio, anteq̄ incipiat ascensus, ita neque ascensus, anteq̄ status inuadat. Exercitandum itaque hoc in loco est, vt ingruentem cognoscamus statū: deinde, vt præcognoscamus. Quod verò principium morbi itellexerit Hippocrates esse, totum illud tempus, quo ipse morbus est crudus, colligere ex hac eius dictione licet. Concocta medicari & mouere, non cruda, nec in principiis: modò non gliscant. Eodem illa pertinent. Quicūque inflammationes statim in principio morborum soluere tentant, ex eo quidem quod distentum est, atque inflammatum, nihil

Incrementi terminus unde possit dignosci.

Vigoris latitudo in morbis, quanta esse soleat.

Excrementum alui laudabile quale nam esse debeat.

Excrementorū color, non magnā uim habet ad inferioris uētris indicandā dispositionem.

adimunt: neque enim cedit cruda adhuc passio: quæ verò morbo resistunt, & sana sunt, colliquescere faciūt: Præfinies autem manifestum aliquem terminum vltimæ parti ascensus, queadmodum fini, si status indicia inspexeris, memineris'q; Hippocraticarum admonitionum, quibus ait: In principiis quidem omnia sunt imbecilliora: in statu verò, fortiora. Ad hæc: Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores. Cōtingit autem nonnunquā duas accessiones, vbi maximæ aliarum factæ fuerint, inuicem verò æquales, circunscribere ipsius vigoris tempus: nonnunquam verò vnam omnium aliarum precedentiū, reliquarum'q; sequentium esse maximam. Ad tres autē extendi accessiones vigoris tempus, in morbis acutis non admodum accidit: in diuturnis verò, nō modò ad totidem, sed ad longè plurimas. Alui igitur excrementū optimum (ait Hippocrates) est molle atque coniunctum, quod ea hora exierit, qua tempore sanitatis consueuerat. Quantitas verò eius, sit pro ratione cibi assumpti. Tale enim vim concoquendi in inferiori ventre validam liquidò ostendit, ac digestionem optimè fieri: nullam'q; ventris partibus inflammationem inesse. Non meminit autem coloris ipsius excrementi, quoniam non magnam vim habet, ad inferioris ventris indicādam dispositionem. Iam verò tale excrementum coniunctum quum sit, necessariò etiam erit & læue. Quòd si præter dicta, etiam subruffum fuerit, & non admodum fœtidum, exquisitè secundum naturam se habebit: ac neque in ventre, neque in circūstantibus organis, aliquod erratum esse significabit. At si vel ruffum purum, vel nullo modo subruffum extiterit, sed etiā secundum ciborum colorem, alterum duorum significat: scilicet plus ruffæ bilis in ventrem defluere: aut nihil omnino. Horum verò primū quidem, si circa initia fiat, biliosiorem morbum ostendit: si verò declina-

tionis tempore, corpus expurgari integrè. Incoctum

Excrementum incoctum alui, quale nã eſſe ſoleat.

aũt alui excrementũ, eſt albũ, tenue, aſperũ, humoris expers, ac ciboꝝ retinens qualitatẽ. Secundũ præter hæc eſt excremẽtoꝝ genus, quod non ex ciboꝝ fit diſpoſitione, ſed ex cõfluentibus à toto corpore ad ventrẽ ſupfluitatibus: qđ aliquid etiã indicare põt. Etenim ſi ſit viride, indiciũ bilis æruginoſæ exiſtit: ſi aũt nigrũ, vel atræ bilis, vel ſanguinis eo in loco puſti. Si aũt veluti humidũ quoddã in excremẽto apparuerit, ubi nõ

Excrementoꝝ alui ſpecies cõ plures præter naturam.

fuerit tale aliqd intra corpus aſſumptũ (id quod ſemp ſubintelligere oportet) partium internarum validum frigus, ac veluti mortificationem oſtendit. Si uerò pingue, pinguis colliquationis eſt ſignum: quemadmodũ etiam, ſi glutinoſum, colliquationem ſolidarum partium portendit: quæ longè periculoſior exiſtit. Præterea, quod vehementer fœtet, vehementem putrefa-

Excrementum uehemẽter fœtidũ, uehementẽ putrefactionem indicat.

ctionem indicat. Excrementum ſtridens, flatum quidẽ ſibi cum tenui humiditate permiſtum eſſe declarat: organa autem in vnum coacta, atq; in anguſtum reſtricta. Spumoſum verò fit, vel re aliqua feruente: uel quũ aliquis flatulẽtus ſpiritus colluctatur cum humiditate. Ac primum ſanè immoderatæ caliditatis corpus colliquantis: ſecundum verò, eſt inæqualis perturbationis effectus. Varium autem, variis corpus affectibus eſſe obnoxium oſtendit: & ob hoc ipſum, & diuturnũ, &

Excrementum uariũ uariis corpus affectibus eſſe obnoxiũ oſtẽdit.

malignum exiſtit. Etenim ſimplex affectus, facilius cõcoquitur, & minus eſt, quàm multiformis, periculoſus. Vrinarum autem illa optima eſt, quæ vrinæ ſanorum ſimillima. Quæcũq; verò non eſt talis, ſimpliciter eſt incocta, vel præter hoc, etiam & pernicioſa.

Vrinarũ quæ ſit optima.

Vrinam igitur optimè coctam, in iis qui ſupremum ſanitatis obtinent gradũ explorare oportet. Talis enim eſt ſubruffa, vel ſubflaua: magiſq; ſubruffa q̃ ſubflaua. Statim enim & hęc mediocrẽ craſſitudinem poſſidet. Nam quæ hac ipſa craſſior eſt, aut tenuior, coctionem

imperfectam ſignificat. Siquidẽ altera nondum in humorem cõuerſa eſt: altera verò adhuc cõturbata exiſtit. Cæterùm quũ triplex ſit vrinarũ turbidarum diffe-

Vrinarũ turbidarum differẽtia triplex.

rentia, quia vel quũ tales mictæ fuerint, paulo poſt reſident: vel ſemp ſimiles permanent: vel puræ quidem mingunť, poſtea verò conturbanť: praua quidẽ ex dictis tertia: bona aũt prima: media verò inter vtranq; eſt ſecunda. Siquidẽ quæ ſtatim reſidet, parũ aliquid inæqualis turbulentiæ ſupereſſe demonſtrat: quæ verò ſemper manet ſimilis, vigere adhuc quæ eſt in ſanguine agitationẽ oſtendit. At quæ extra conturbať, debet incipere cõcoqui. Quare * meritò deterrima eſt. Nam longiori tẽpore, & virtute forti indiget ad coctionẽ. Porrò quæ ad ſummũ incocta eſt, has omneis malignitate ſuperat. Eſt enim aquoſa exquiſitè: ac proinde veluti deſperatæ coctionis accidẽs, affectioq; venoſæ na-

Vrina cruda.

turæ exiſtit, * quẽadmodum uentris, cruditas. Vbi verò urina ipſa * celeriter mingiť. (Hæc enĩ paſſio ὕδερος & diabete vocať: eſtq; talis, qualis circa aluũ, inte-

Diabete.

ſtinorum læuitas: nẽpe extinctio vtriuſq; virtutis, retentricis ſimul & alteratricis) tunc ſanè inter oẽs vri-

Vrinarũ crudarum quæ exiſtat peſsima.

nas crudas ea peſſima exiſtit: ſed poſt ipſam eſt aquo-

Vrina aquoſa.

ſa: quæ quidem ſolius facultatis alteratricis imbecillitatem demonſtrat. Huic proxima eſt altera vrina, quę in multis apparet morbis, vt videatur miſtam habere formam vini tenuis & albi. Gignitur autem ex ipſa alba & aquoſa, vt quæ paucũ liquorẽ ex bili ruffa ſuſcepit. Atq; hæc ſanè vrina proximè accedit ad crudã. Poſt hanc eſt ſuppallida. Pallida verò iam & ſubruffa

Vrina ſuppallida.

Vrina pallida.

eſt. Optima autem omniũ vrina, ſubruffa & ſubflaua exiſtit. Etenim quũ adhuc coquitur ſanguis, vrina quæ

Vrina ſubruffa & ſubflaua, omnium optima exiſtit.

mingiť, læuẽ, æqualem, albã, ac multam facit hypoſtaſim. Perfecta coctione, color quidẽ vrinæ intenditur: minus autem ſubſidet. Quòd ſi diutius homo à cibo abſtineat, vrina magis ruffa reddetur. Siquidem quic-

quid alimenti supra modum calfit, præsertim si dul
ce fuerit, & pingue, in amaram bilem conuertitur.

Coloris ruffi, flauique discrimen.

Porrò color ruffus ad flauum proximè accedit: in hoc
autem differunt, quòd ruffus quidem, magis ad albũ: fla-
uus autem, ad splendidum vergit. Quantum verò fla-

Color flauus.

uo ruffum est albius, tantũ illo pallidum. Quanto rur-

Color rubicundus.

sus minus album est flauum quàm ruffum, tanto flauo ru-
bicundum. Iam verò in pueris ferè omnibus, & perfe
ctam ætatem habentibus, qui otiosam vitam degunt,
aut quouis alio modo sunt pleni, satis multam habent
vrinæ subsidentiam: quia in his omnibus plurimũ cru

Vrinæ in quibus habeant subsidentiam plurimam.

di humoris colligitur. Quare iis qui ex otio & reple-
tione febricitant, si sanitati restitui debeant, in vrina
plurimum necessariò subsidet. Contra iis, qui ex ine-
dia & labore, rubidæ simul & biliosæ vrinæ excernun
tur. Soluitur quippe morbus plerũque prius quàm subsi-
deat aliqd: sufficitque in his & nebula, & suspensio opti-
ma, qualis est alba, læuis, æqualis. Nec verò vrinã ruf-
fam, simpliciter vituperauit Hippocrates: sed quandiu
ruffa simul atque subtilis esset: quòd tunc cruditatẽ signifi-

Subsidentiæ urinæ hordeaceæ crassiori similes quid significent.

caret. Cæterũ quæ farinæ hordeaceæ crassiori in vri
na sunt subsistentiæ similes, grandis colliquationis, &
ardentissimi incendii, sunt signa. At quæ folia repræ-
sentant, sunt vasorum partes superficiales, quę scilicet

Vrinę laminas repræsentãtes, furfureæque, qd indicent.

contabuerunt: ita & furfureæ: nisi quòd illis crassiores
atque minores sunt. Nigræ verò subsidentiæ, vel exce-
dentem caliditatem, atque igneam ostendunt: uel ex fri
giditate vehementi, extinctionem. Pessima igitur est

Vrina nigra cur omniũ pessima.

omnis denigrata vrina: adeò vt neminem vnquã ser-
uatum viderim, ex iis qui talem minxerunt. Minus ue
rò perniciosa est, si sola sit hypostasis nigra: atque adhuc
minus, si solum id quod in medio pendet: ac multo mi

Viridis color quo modo fiat

nus etiam, si nebula. Color verò viridis fit in transitu
ad nigrum, * estque veluti quoddam initiũ nigri. Nam
si morbus malignus fuerit, & vomitibus, & alui excre

mentis, & vrinis viridibus, postmodum nigræ super-

Vrina liuida.

ueniunt. Color autẽ liuidus, est tantum frigiditatis effe

Vrina fœtida.

ctus: odor grauis, putrefactionis. Quòd si veluti oleum

Vrina oleaginosa.

mingatur, colliquationis est signum. Tales quidẽ vri-
næ prauæ sunt. Quæ autem bono colore sunt prædi-

Vrinę optimę.

tæ, & subsidentias habẽt albas, & lęues, & æquales, aut
nebulas quasdam, aut suspẽsa similia, omnes vrinas bo
nitate præcellunt: & præsertim in quibus subsidentia
læuis fuerit. Secundum bonitatis obtinent locum, in

Coctiõis signa.

quibus suspensa sunt talia. Tertium, in quibus nebulę.
Hæ igitur coctionis sunt signa. Reliquæ verò omnes,
partim cruditatem: partim perniciem portendunt.
Nam quæ alba, & quæ tenuis, & quæ turbulenta, cru-
ditatem. At quæ farinæ hordei crassiori, aut foliis, aut
furfuribus similia habet: quæque nigra, aut viridis, aut
liuida, aut oleaginea, aut fœtida est, perniciem signifi-

Subruffę urinę.

cat. Subruffa & subflaua, si tenuis sit, media est iter ex-

Sufflauæ urinæ.

actè coctas, & crudas: sicuti & illa etiã, in qua alba quæ
dam & læuia supra efferuntur, aut subsident: diuulsa
verò, minimeque sibi continua: siquidem morbum se-

Subrubeæ urinæ.

micoctum ostendunt. At subrubeæ vrinæ, habẽtesque
statim subrubeam, atque læuem hypostasim, sunt quidẽ
salutares satis, sed semicoctis iis diuturniores. Iam ve-

Vrinæ quæ in uiris atque mulieribus & quę item in pueris exitiales existant.

rò in viris quidem atque mulieribus, vrinæ nigræ sunt
pessimæ: in pueris autem aquæ similes. Quoniã igi-
tur neque signum vllum ita fidele est, vt exquisitè osten
dat singula ex futuris temporibus: nec quæ secundum
concursus signa sunt complicata, sola possunt iudicari
experientia, iccirco necessum est signi cuiusque naturã
accuratè consyderare, si quis vult rectè præcognosce-

Victus institui non poterit, nisi præsciat status morbi.

re: vt ex vi vniuscuiusque præcognitionem faciat. Ete-
nim sæpe vnum signum forte, multis debilibus fide-
lius existit. Omnino autem malè quis victũ instituet,

Signorũ differentia triplex.

nisi per fida signa, statum futurũ præcognorit. Tri-
plex in vniuersum signorum omnium est differentia.

Nonnulla siquidem cruditatis & coctionis sunt signa: nonnulla salutis & mortis: tertium autem signorũ genus est, quod crisibus adiacet. Coctionis igitur cruditatisq; signa, alui excrementa, & vrinas, & sputa statuere oportet. Mortem autem atq; salutem nunciantia sunt, quæ vnà cum his excernũtur, & quæ per totum apparent corpus. Quantũ ad crises attinet, aliquid quidem valent nonnulla ex his: est tamen proprium atq; præcipuum eorum signorũ genus. At cruditatis atq; coctionis signa, propriam vim habent semper stabilẽ, siue statim in primo die, siue in sequentibus apparuerint. Quædam itaq; horum signorum in vrinis, & alui excrementis, & sputis apparent: quædam in dispositione totius corporis inueniuntur: quædam in naturalibus & animalibus conspiciũtur operationibus. Hæc tamen non omnia fidelia sunt, in omnibus morbi temporibus. Etenim criticorum symptomatũ duplex natura est. Siquidem eorum aliqua sunt tanquam causæ, & signa: aliqua tanquã signa dũtaxat. Infida verò est vniuersa eorum natura, & contraria significans in diuersis morbi temporibus. In his autem totum est præcognitionis studiũ. Nam in alio quidẽ tempore secundum aliam dispositionem critica sunt: secundum verò aliam dispositionẽ, symptomata, vel signa praua fiũt: critica autem non item omnino. Coctio igitur celeritatem crisis, & salubrem securitatem significat: cruda autem, & incocta, & in malos cõuersa abscessus, crisium defectum, aut vehementes labores, aut mortes, aut eorũdem malorum reuersiones. Porrò si quis primo statim die nullum habẽs signum periculosum, sed potius salutaria omnia, acutè quidem febricitet: vrinam autem mingat bene coloratam, ac mediocriter crassam, is certè in primis quatuor diebus crisim est habiturus: & eo magis, si nebula aliqua vel suspensio optima in vrina videatur: magisq; ad huc, si hypo-

Coctiõis signa. Signa mortẽ & salutem nũciantia.

Decretoriorũ signorum genus haberi proprium.

Criticorũ symptomatum duplex natura. Criticorũ symptomatum naturam esse infidam.

Crisis celeritatẽ concoctio indicat. Cruditas qd ccn.monstret.

Crisis ĩ primis quatuor dieb' accessuræ, exẽplum.

stasis bona se ostendat. Cuius rei non ignarus Hippocrates, ait. Mitissimæ febres, quæ cum signis securissimis fiunt, quarto soluuntur die, vel prius. At quæ malignitate excellunt, & cum signis grauissimis accidũt, quarto die, vel citius, occidunt. Sicuti igitur quæ omnia habet signa tutissima febris acuta, in primo periodo decretoriorum dierum solutionem habet: sic quæ isti proximè adiacet, diem septimam non transcẽdet. Similiter etiam maligna, & cum grauibus facta signis, quantum absit à malignissima, & cum grauissimis accedente signis, tanto tardiorem mortem inducet. Sit itaq; primo die vrina quidem exquisitè aquea: febris verò debilis: hæc sanè in longum protrahetur tempus. Sed quantum hoc erit, in primis diebus cognosci non potest: nec cognitu est vtile. At præsens principii tempus non solùm internoscere datur, sed etiam sæpius præcognoscere quo finietur. Atq; in his quidem adeò diuturnis, sufficienter est tempus principii longum: in peracutis extremè angustum. Nam si statim in prima die, in vrinis appareat aliquod signũ coctionis, iam hîc principium transgressum est. Similiter etiam acuti principii, ne præcognitionem quidem finis inquirere oportet: sed satis putare, si dum adest, cognosci possit: & quum quãprimum ad ascensum conuertitur, manifestè deprehẽdatur. Si itaq; aliquod manifestum appareat coctionis signum, quicquid interiacet temporis, erit principium morbi. Quantum autẽ desit, ad perspicuum illud concoctionis indicium, & à morbi motu, & natura, & anni tempore, & regione, & ætate, & temperatura ipsius laborantis, inueuies. Nam si morbus natura longus extiterit, quemadmodum febris amphimerina, & videat tardè in hoc ægrotante moueri: tempusq; anni sit hyems, & regio frigida: ætasq; & natura laborantis ad frigidum declinarit: multum interim temporis ad manifesti signi gene-

Principiĩ in acutis morbis cognoscẽdi rõ.

Amphimerina febris diuturna.

rationem desyderabitur: quod totum tempus principio erit contribuendum. At verò perfecta coctio est, quando in vrinis subsederit aliquid album, læue, æquale, & continuum: debilis autem est, quando ex aquosa mediocriter suppallida facta fuerit: aut etiã turbulenta existens, talis permaneat. Ruffa etiam & tenuis ad idem genus spectant. Sed nihil horum iam pricipium esse finitum ostendit. Hoc enim manifestius indicium semper expetit: vel solam nebulam albam: vel suspensionem æqualem, continuã, atq; albam. Præterea rubens nubecula, & subsidentia talis, & absq; subsidẽtia probè colorata vrina, & crassitudine mediocris, principii finem declarat. Sic & in laterũ & pulmonum passionibus, ea quæ propriè sputa vocantur, vrinarũ subsidentiis assimilãtur. Nihil verò omnino expuere, sed tussim tantũmodo siccam habere, tale quiddã est, quale in vrinis extremè crudum: quod noĩamus aquosum. Quòd si ab eo quod est nihil expuere, * ad expuẽdum quidem, verùm liquida & oĩno cruda, fiat transmutatio: debilis & occulta ea permutatio erit: nec absolutũ erit tunc ipsum principii tẽpus. At vbi æger cœperit expuere pauca concocta, ac reliquo omni tempore hinc vsq; ad statum, plura, & meliora, & facilius, excreuerit, tunc sanè expirabit principium, augmentumq; morbi inualescet. Quum verò exquisitè concocta fuerint & multa, eductaq; sine difficultate, tunc status est tempus. Quando verò similiter exquisitè cocta, & sine molestia educta, sed eorũ copia imminuta fuerit, dolorq; non amplius adsit, tunc cessare statũ oportet: subsequi autem declinationem. Sciendum aũt est, secundum ipsas præcognitiones temporum, vndecimum diem esse indicem decimi quarti: sicuti & vigesimi decimum septimum. Contingit autẽ laborantem pleuritide, die quidem decimo septimo pauca quædã concocta expuere: sequi autem crisim, sed imperfe-

Concoctionis absolutæ imbecillæq; signa.

Principii finẽ quæ indicent.

Sputa in pleuritide, urinarũ subsidẽtiis sunt persimilia.

Status tempus ĩ pleuritide qñ iam adesse significabitur.

Declinatio in pleuritide qñ adsit.

Vndecimũ esse indicem decimi quarti.

Vigesimi est index decimus septimus.

ctam vigesimo: ac postea tandẽ iudicari absolutè morbum trigesimo quarto: quemadmodum contigit in Anaxione, cuius Hippocrates meminit tertio Epidemiorum libro. Porrò primi dies tum indices, tum decretorii, valentiores quidẽ sunt vltimis: vbi morbus est breuis: eo tamẽ producto, longè imbecilliores redduntur. Igitur perfecti ac iam finiti principii manifestum & firmum est signum manifesta concoctio. Finiuntur autem, & morbi natura, & tempus anni, & ætas laborantis: ex abũdanti verò & regio in qua ægrotat, & modus eius qui antecesserit victus, quum nondum morbo correptus esset. Specialiora verò indicia futuri finis primo ægritudinis tempore, coctionis indicia sunt. Cæterùm si integræ cruditatis indicia in primis quatuor diebus morbi permaneant, longum erit huic morbo principii tempus: si verò debilis mediocriter in ipso apparuerint, longum quidem & hoc erit, sed non priori similiter. Si autẽ parua fuerint cruditatis signa, futurum etiam principii tempus, erit exiguum. Meminisse autem conuenit illius aphorismi. Frigidi sudores cum acuta quidem febre, mortem significant: cũ mitiori verò, morbi prolixitatem. Quæ sanè prolixitas vniuersis ipsius morbi temporibus communicabitur. Iam verò post summi vigoris tempus, sæpe quidẽ nulla fit crisis, sed paulatim soluitur morbus, longo tempore concoctionem recipiens: at huiuscemodi solutionem absolutè crisim non nomino.

Si qua verò confertim fiat permutatio, & multo magis adhuc * agitationem quæ illam præcedit, ita appellare consueui.

Pleuritidẽ iudicari posse die trigesimoquarto.

Primi dies in morbis breuibus, ualẽtiores sunt ultimis cõtra in longis.

Sudores frigidi qd indicẽt.

Crisis absolute est agitatio precedens morbi permutationẽ.

GALENI PERGAMENI DE CRISIBVS.

Liber II.

Dies. *Mensis.* *Annũ constare ex trecẽtis sexaginta quinq; diebus.* *Morbus quid.*

DEINCEPS AVTEM QVO pacto quis primo statim die possit morbi naturam cognoscere, est adiiciendum. Cæterùm diem per totum hunc sermonem nostrũ, in ea significatione accipiemus, vt non solùm lucem, sed etiam noctem complectatur. Sicuti & mensem ex triginta diebus constare dicimus: non id tempus tantùm, quo Sol supra terram fertur appellantes diem, sed noctem etiã ei copulantes. Atq; in hunc modum annum quodammodo decimus trecentos & sexagintaquinq; dies cõtinere. Morbus est dispositio quædã functiones lædens: quæ quidẽ duplex sæpe consistit. Simplicem tñ dispositionem, nemo qui perspicaci sit ingenio in primo die ignorabit. Habet enim propria indicia. Eam verò quæ cõmista est, non oĩbus per initia contingit agnoscere. Oportet autẽ in omnibus simplicibus dispositionibus sic exerceri, vt earũ singulas, seorsum, & iam perfectas prõptẽ noscamus. Simplicem itaq; morborum singulorũ dispositionẽ, ante omnia ipsam per se ipsam cognoscere expedit: primũ quidem, ac maximè, ex iis quæ secundũ propriã ipsi insunt substantiã: deinde iam ex iis quæ sæpius ei accidunt. Veluti in ea febre quæ tertiana dicitur, non hoc tantùm aduertas, si tertio quoq; die fiant accessiones desinẽtes integrè. Nã si duæ tertianæ fierent, aut duæ quintanæ: duæ quidem tertianæ quolibet die: per tertium autem duæ quintanæ accenderentur. Quare vel duas tertianas vnã sic quotidianam putares: uel duas

Simplices dispositiones esse per se noscẽdas. *Tertianas duas copulatas inuadere singulis diebus.* *Quintanas duas copulatas, tertio quoq; die accessionẽ facere.*

quintanas vnam tertianam. Forma itaq; accessionum maximè inspicienda est. Porrò exquisitæ tertianæ longissimus terminus, septem absoluitur circuitibus. Fiunt autem tertianæ plurimæ vt etiam continuæ & ardentes, æstiuo tempore, vbi secundũ naturam se habet. Etenim quemadmodũ hyems præ omnibus anni temporibus humidissima & frigidissima existit: sic æstas, siccissima simul & calidissima, dũmodo propriam naturam retineat. Nec enim debes existimare, ꝙ propter anni tẽporũ appellationes, singulæ ægritudines accidant, tales scilicet vel tales: sed propter ambientis aeris temperaturam. Nam qualem hic naturam sortitur, ita etiam nos afficit. Similiter etiam regio & tẽperies hominis calida & sicca, plurimarum febrium feracior est, iis, quæ temperamentum contrariũ possident. Quòd si etiã victu calidiori & sicciori vsus aliquis fuerit, hoc est laboribus, vigiliis, curis, & anxietatibus, cibisq; paucioribus, & biliosioribus, non ne etiam in hoc ipse seipso biliosior reddetur, ac proinde calidior & siccior? Atq; hæc sanè quæ diximus, communia sunt ardentium febrium & tertianarũ generationis. Etenim tertiana accessio ab acutissimis maximeq; adurentibus febribus nullo modo relinquitur: sed hoc discrimen interest, quòd in hac, per totum corpus bilis defertur, atq; ideò vehemens fit rigor, bilisq; superuenit vomitus, atq; vrinæ, & sudores biliosi adsunt: in aliis verò adurentibus febribus, quæ nullam habent intermissionem, flaua bilis in vasis vnà cum sanguine continetur: id quod certè est in causa, vt tertiana febris per sudores vomitusq; finiatur: in adurentibus autem, singulæ accessiones ad infebricitationem non perueniant. Quoniam qui earum est causa humor, non expurgatur. Sed quando: in his bilis agitatur vehementius, ac veluti efferuescit, à naturaq; inualescente impel-

Tertianæ exquisitæ lõgissimus terminꝰ septẽ absoluitur circuitibus. *Hyemis temperies.* *Æstatis temperies.* *Febres ardentes & tertianas quæ gignant.* *Tertianarum, adurentiumq; febrium discrimen.*

litur, tunc rigor superuenit, & febris soluitur. Nam ardens febris, si superueniat ei rigor (vt inquit Hippocrates) soluitur. Quòd verò non modò causa frigida, sed acris etiam, & calida, rigorē faciat, in libro de symptomatum causis ostendimus. Etenim acres & mordaces humores vehementius emoti, agitatiq;, & per sententia corpora violēter delati, stimulant, pungūt, & feriunt: atq; hinc sensum inæqualem, rigorem, concussionemq; inuehunt. Tertiana itaq; febris, quæ ex flaua bile mota ortum habet, rationabiliter statim ab initio rigorem affert non mediocrem: hoc ipso primū à quartanæ rigore differentem, quoniam in illa quidē pungi videtur ac percuti corpus (talis enim est in tertianis febribus sensus rigoris) in quartana autem febre similem frigefactionē habet, qualis per gelu, tempore hyberno sentitur. Quippe in quartana febre atra bilis redūdat: sicuti in quotidiana, pituita. Tertianam igitur febrē * minimè quidem licet absq; rigore vehementi, pungente, atq; feriente carnē, oriri. At quartana febris, non primo statim die cum rigore inuadit vehementi: sed progrediente ipsa, atq; aucta, vnà etiā rigor quidam grauis, ac veluti ossa contundens, augetur. Quotidianas autem non comitatur rigor, nec in initio, nec in progressu, sed frigefactio dūtaxat. Præterea quartanæ febres paruos, debiles, tardos, & raros adeò pulsus efficiunt in inuasionibus, vt nulla altera dispositio: tertianis verò parui quidem ac debiles, tardiq; ac rari, quum inuadunt, pulsus necessariò adsunt. Verùm tarditas ac raritas nō paruo ab iis interuallo relinquitur, quæ in quartanis accidunt. Nam in quartanarum principiis videbitur tibi arteria quodāmodo ad interiora retracta, īpeditaq;: in tertianis verò, nec aliquid tale percipitur, tarditasq; prope accedit ad eum qui secundum naturam est motus: ac prætetea certus ordo æqualitasq; pulsibus inest. Habet etiam

Ardens febris si superueniat ei rigor, soluit. Rigorē fieri a frigida, et, a calida causa.

Tertianam febrē oriri a flaua bile p̄ corpus mota. Rigor tertianæ & quartanæ quō differant.

Quartanā gigni a bile atra. Febris quotidiana fit a pituita.

Quotidianæ non cum rigore, sed cū refrigeratione quadam inuadūt.

Tertianarum quartanarūq; secundum pulsus discrimen.

etiam tertiana febris per incrementa, æqualem liberamq; celeritatem: statimq; ad magnitudinem atq; vehementiam excitatur, hisq; omnibus frequentiā correspondentem: neq; ipsi vllum adest inflammationis signum. Iam igitur & sitim inuehit, & hominem exurit, & paulo post in vigore consistit: calor æqualiter quaq; versus extenditur, nihiloq; plus thorax extremitatibus calet: & si manum imposueris, in primo occursu quidē percipitur calor multus & acris, quiq; veluti quodam cum vapore efferatur: paulo post verò superatur à manu: non vt in febribus malis & adurentibus accidit. Ac iam sanè bibēdi tempus ægrotanti instat: statimq; post potū plurimus vapor calens per cutem exhalat, sudoris nuncius: bilisq; superuenit vomitus, venterq; soluit, & biliosum mingunt. Incipit itaq; sudor vapidus, calidusq;, veluti in balneis: totum verò ipsis corpus æqualiter sudat, talisq; est pulsus, qualis in iis, qui rectè valentes exercitantur, & balneant: velox scilicet, magnus, vehemens, & creber. Sed præter hæc omnia statim ad infebricitationē desinit, vniuersum accessionis tēpus vltra duodecim horas non protrahens. Sæpius autem septem horas accessio cōtinet. Nonnunquam citius, aut tardius, sed non multo, finitur. Descripsimus itaq; veram & exquisitam tertianā. Quòd si vrina reddatur ruffa, aut subflaua, appareatq; crassitudo mediocris: ac paulo post, vel albam nebulam, vel suspensionem optimam fecerit, febris ipsa vltra quartum circuitum non progredietur. Ruffiore verò vrina existente, neq; suspensione aliqua, nec nebula in primo circuitu apparente, ad septimum extendetur. Quòd si præter alia signa, in vrinis appareat subsidentia læuis, æqualisq; circa primum statim diem, vltra tertium circuitum ipsa febris non diuagabitur.

Ingruente autem accessione quartana, eximia quædam ad tarditatem ac raritatem fit pulsuū conuersio.

Tertianarū signa & symptomata.

Tertiana correptis quo accessionis tempore est potio danda.

Tertiana accessio ultra duodecim non p̄trahitur horas.

Tertianæ exquisitę descriptio. Tertianæ breuē solutionem quæ urinæ indicent.

Solet porrò quartana febris maximè oriri in autũno, præcipuè si tempus ipsum frigidam & siccam, & inæqualem sortiatur temperaturam. Quòd si etiam regio talium febrium sit generatrix, & ægrotãtis natura atræ bili obnoxia, talisq; victus ratio antecesserit, quæ huiusmodi aggregarit humorem: & si eo tẽpore quartanæ febres populariter fiãt, homoq; lienosus fuerit, vel febres erraticas passus: si augmentum & status plurimum contraria fuerint, tenuesq; & albæ, & aquosæ vrinæ reddantur: si inquam hæc omnia indicia in prima accessione adsint, quartanam esse febrem non dubites. Sed quotidianam à tertiana distinguere facilius est. Neq; enim primo statim die cum rigore inuadit: sed progressu temporis refrigerationes potius q̃ rigores ipsis adueniunt: neq; vllus ordo aut æqualitas pulsibus assidet, quum primum accessiones fiunt. Sed nec deurunt laborantes, nec denudare corpora, & pallia iactare cogunt: nec multum ac frequenter respirare, ac veluti flammam ex ore efflare, frigidumq; potum expetere. Verùm isti quum febricitant, minimè sitiunt: vrinæq; ipsis in primis diebus tales sunt, quales quartanis incipientibus adsunt. Atq; in primis diebus minimè sudant: sed progrediente tempore hoc etiam illis aduenit. Eget autem hæc febris, natura humidiore, vitaq; otiosa, & plena crapulis. Quare in pueris assiduè fit: ac perrarum est, quin & os ventriculi, & hepar in ipsis malè afficiat. Sed & cruditates antecedunt plurimæ, & coquendi moræ, & acidi ructus: & quum primum febrire incipiunt, præcordia vltra naturalẽ habitum intumescunt. Color his cum pallore albus: taliumq; morborum hybernum tempus est ferax, & status temporis humidus, & eiusdẽ naturæ locus, fitq; accessionum principium circa vesperam. Ita quidem quotidiana, tertiana, & quartana prima die inuicẽ discernuntur. Continuas autem febres, quæ idem ge-

Quartanarum febriũ signa & symptomata.

Quotidianę & tertianę febris discrimen.

Quotidianaræ febriũ indicia.

Quotidianæ cur assidue pueros inuadant.

Quotidianæ quo præcipue gignantur tempore.

nus cum iis quas diximus habent, similiter primo die vir exercitatus cognoscet. Etenim exquisita ardens, quum omnia alia seruet exquisitæ tertianæ indicia, eo solo differt, quòd neq; cum rigore inuadit: neq; ad infebricitationem desinit. Quæ verò quotidie accessionem facit, quando temporis statum, & ætatem, & naturam corporis, & victus rationem antecedentem, ac præterea pulsuum formam, coloremq; eundem habuerit cum exquisitis quotidianis, non peruenerit autem ad infebricitationem, idem genus cum illis obtinet. Eodem modo & quæ quarto quoq; die accessionem facit sine vlla intermissione, nulla interposita febris quiete, eiusdem est generis cum quartana. Et palàm est, quòd nec rigor in ea accessiones antecedet, neq; sequetur sudor. Quæ igitur in sola flaua bile febris accenditur, sine aliquo affectu visceris, si quidem manente adhuc intra vasa bile accendatur, exquisita febris ardens dicetur. Si verò per totum corpus deferatur, tertiana. Sic & si ab atra bile fiat febris, quũ per totũ corpus delata fuerit, quartana efficit: quum imobilis, illa quæ quarto quoq; die excrescit. Quemadmodum si ex pituita ortum habeant, vel quotidianę sunt, vel quæ accenduntur singulis diebus. In vniuersum aũt, voco continuam febrem, quæ ad infebricitationem, ante quàm ex toto soluatur, non desinit: etsi declinatio aliqua sensibilis in ea deprehẽdatur. Quum verò nec declinatio aliqua sensibilis fiat, semper verò à primo principio febris, vsq; ad crisim similis perseuerauerit, erit hæc ex genere febrium deurentium, ab iisdem verò acutie differet. Sed nec in primo die, nec in secundo est huiusmodi febrem præcognoscere: nec aliter vtile. Sat enim est genus agnoscere, quòd scilicet biliosa sit, deurens, & peracuta. Atq; huius generis febres omnes in prima septimana diiudicantur. Si verò tertiana pura fuerit, intra septimũ circuitum.

Ardentiũ exquisitarũ & tertianæ febris discrimen.

Continuæ quotidianæ descriptio.

Continuę quartanæ descriptio.

Continuarum & intermittentium febrium discrimen, secũdum modũ generationis.

Febris cõtinua est, quæ ad infebricitationẽ, prius q̃ soluatur, non desinit.

Deurentes febres.

Tertiana pura intra septimũ circuitum absoluitur.

Febres diuturnæ quæ.

Omnino autem diuturnę sunt, & quotidiana intermittens, & illi adhærens cõtinua, sicuti & quartana, & quę per quartum excrescit. Quare tria erunt vniuersa simplicium fębrium genera. Singula verò ipsorũ in duas primas differentias scindentur. Vel enim intermittentes, vel febres continuæ erunt.

Febriũ simplicium tria genera.

At si morbus compositus fuerit, non æquè facilè cognoscetur. Dupliciter verò genus febris compositum constituitur: in prima quidem sectione, vel quia eæ quas diximus febres citra alicuius membri affectũ miscentur: vel quia ex mẽbri cuiuspiam inflammatione accenduntur.

Febriũ genus cõpositũ, cõstitui dupliciter.

Quæ igitur citra membri affectum consistunt, dupliciter commiscentur: aliquando implicatæ: nonnunquã verò per se totas confusæ. Sic quoq; membra inflammata: nam ex ipsis, quædam sanè veluti complicantur tantũmodo: quædam verò veluti confusionem quandã habent dispositionum.

Febres quõ inter se misceantur.

Ac febres sanè, quædam complicantur vnius generis cum aliis eiusdem generis: vel vnius speciei cum aliis eiusdem speciei: contingit verò nonnunquam, vt etiam differentes misceantur. Nam quotidianæ tertianis, & his quartanæ, & quæ eandem speciem seruant, inuicem plerũq; implicãtur. Quo fit, vt idem homo tres interdum habeat quartanos circuitus: sed hos quidem non est difficile agnoscere.

Quartanis circuitibus tribus posse unũ eũdemq; simul hominem corripi.

Quandoq; verò aliqua ex intermittentium genere cum continua, difficillimam, vixq; explorabilem facit mistionẽ. Porrò quemadmodum febres, ita & patientia loca mistionem recipiunt: vel quia differentia membra propriam singula febrim accendunt, vt lien & iecur: vel quia dispositio mista, veluti inflammatio cum erysipelate, aut erysipelas cum inflammatione miscetur.

Patientia loca quõ affectus suos implicẽt.

Pro differentia enim affectarum particularum, atq; etiam earũ affectuum, solent etiam ipsæ febres variari. Vbi igitur singula accuratè distinxeris, tunc sanè facilè mistionẽ deprehendes. Nulla autem est, nec species, nec ge-

nus, quod circa tertiam vel quartam diem, cuius naturæ sit, innotescere nequeat. Inuadat igitur febris aliqua horrida, atq; omnino inæqualis in pulsibus, & in eo qui per totum corpus sentitur calore, vt sæpius propius statum esse existimetur, vel mediũ augmenti obtinere. Rursus verò horrida fiat, & pulsus minores, debiliores, tardiores, atq; rariores habeat: & calorẽ quidem ab extremis partibus recedentẽ: circa verò ventrem atq; thoracem, copiosum. Hanc non absq; rõne quispiam hemitritęum fore sperauerit: vel potius iam esse.

Hemitritæi febris descriptio.

A multis autem tertio die noscetur. Sed hæc quidem mixta est, ex biliosa pituitosaq; febre, nõ inuicẽ complicatis, sed per se totas confusis. Quæ autem ex cõplicatione fit, quadrupliciter consistit. Vel enim tertiana quotidianæ commista: vel ea quæ quotidie accessionem habet continua, illi quæ per tertium continua est: vel tertiana ei quæ singulis diebus accessionem facit continuæ: vel quotidiana ei quæ per tertium continua est.

Hemitritęũ cõstare ex biliosa pituitosaq; febre per se totas cõfusis: uel ex iisdem inter se complicatis quod fieri quadrupliciter potest.

Si qua verò febris in primo die exquisita tertiana deprehensa, deinde sequenti die similem priori omnino fecerit accessionem, hæc duplex tertiana existit. Sic autem & duæ, & tres quartanę sæpius inuicem complicantur, quas accessionum forma à quotidianis distinguit.

Tertiana duplex qñ adesse dicatur.

Tria igitur sunt omnia quæ ex humorũ putredine febrium accenduntur genera: quædam enim ex flaua bile (hæq; plurimæ sunt) quædam ex atra: quædam ex pituita consistunt. Aliarum autem omniũ febrium varietas, ex miscella horum humorum nascitur. At ephemeræ & hecticæ febres, alia duo cõstituũt genera, ab iis, quæ dicunt acutæ febres, distincta.

Febriũ putridarũ tria genera.

Porrò febris acuta, vel aliquo dictorum humorum computrescente, vel membro phlegmone obsesso, gignit. Mirantur autem nonnulli, q̃ possit intermittẽs febris cum continua misceri, quodq; nulla intermissione accedente febris, interdum solæ intermittentes mutuò

Febris acuta q̃bus gigni ex occasionibus possit.

inter se misceantur : id quod accidit nō in tertianis tantùm, aut quotidianis intermittentibus, sed etiam in ipsis quartanis. Quum enim plures inuicem complicantur, siue eiusdem generis, siue diuersi, accidit vt febris secunda plurimum anticipet aduenire, antequā prima in exactam integritatem desinat. Deinde rursus tertia eidem succedit, antequam perfectè soluatur. Hoc verò maximè accidit in longioribus accessionibus. Etenim trium tertianarum complicatio in secundo statim die nobis manifestè est conspecta. Earum verò febrium, quæ ex locis patientibus accidunt, forma composita est. Quædā enim loci indicia præ se ferunt: quędam autem eius, ob quam consistunt, caussæ. Veluti in morbo laterali, locus quidem patiens est costas succingens membrana. Quæ quidem quum inflammata sit necessariò dolorem inuehit, quoniam neruosa est: sed hunc pungentem, & longè extensum, quoniam pars affecta, est membrana. Quæ quidem quum vnum sit, ex spirandi instrumentis, necessariò difficilem habebit respirationem animal. Quia verò & cordi & pulmoni proxima est, necessariò & febricitabit, & statim infestabitur tussi: non tamen statim expuet. Sed si quidem multum ac crassum ab inflammatione defluxerit, tūc tussi expuet: si verò paucum & tenue, irritabitur quidem necessariò, ita vt tussis moueatur: non tamē expuet, antequam collectum simul atq; concoctum, ad multitudinem crassitudinemq; peruenerit. Nunquid verò magis pituitosus sit, vel biliosus humor, is qui inflammationem facit, ex forma sputorum cognosces. Nam si sputa sint spumosa, fluxum maximè pituitosum ostendunt: flaua autem, biliosum impermistum: quæ verò ruffa sunt, amaram quidem, & ista referunt bilem: sed non paucam serosam humiditatem cum bile misceri significant: & multo ampliorem, quando pallida quis expuerit. Sic & nigra, atræ bilis fluxum

Febriū quæ ex locis patientibus accidunt, formā esse cōpositā.

Pleuritidis generatio, signa, & symptomata.

Sputorū colores ostendunt differentias humorū gignētiū pleuritidē.

ostendunt: sicuti quæ magis rubida sunt, plurimū quidem sanguinis: minimum autem amarę bilis, in eo qui inflammationem facit, contineri significant. Atque ideo inter omnia sputa hæc sunt mitiora, sicuti nigra, magis exitialia. Pulsus igitur pleuriticorum, qua quidem duram præ se fert tensionem, neruosum esse locum affectum ostendit: qua verò serræ similis est, inflammationis affectum. Qua velox simul & frequens, ac magnus, ad inflammationem consequi febrem. Qua singula quæ diximus, maiora aut minora sunt, vel magnam esse, vel paruam ostendit dispositionem.

Sputa mitiora quæ nā sint in pleuritide: & q̄ exitialia magis.

Pleuriticorum pulsus, quales.

Igitur aut simplex est febris, aut composita: vel cum loco patiente, vel ephemera, vel hectica. Si simplex omnino fuerit, humoris indicia affert, ex quo genita est. Si verò composita, ex quot simplicibus febribus composita est, totidem numero humorū multitudinem indicabit. At si hoc indicet, illud etiam significabit, nunquid morbus diu durabit, an cito finietur. Nam si humor pituitosus extiterit, necessariò diuturnus erit. Longè verò magis, si atræ bilis naturam referat. Quòd si ad flauam bilem inclinet, minimè quidem diuturnus erit. Sic & locus patiens, qui quidem motu multo exercetur, calidusq; est, ac rarus, & principatum gerit, acutiorem fore morbum portendit. Qui verò neq; in motu cōtinuo est, frigidusq; ac densus, & sine principatu existit, ad longius tempus debere extendi significat. Eodem modo & dispositio, si quidem difficilem motum habuerit, frigidiorq; fuerit ac densior, diu duraturum: sin autem facilè moueatur, calidiorq; fuerit, & rarior, cito solutum iri. Similiter & de causis est iudicandum. Eas igitur quæ cum magno ac repentino certamine fiunt solutiones morborum (quæ præcipuè crises vocantur) febrium earum quæ ex calidis humoribus accenduntur, proprias esse est putandum.

Febriū diuisio.

Febrium lōgitudinē & breuitatē deprehēdi posse ex notitia humorum ex quibus gignuntur, uel dispositionū partiū a quibus procedunt.

Crises repentinæ, uiolentæq; calidarū febriū sunt propriæ.

Post has, earum, quæcunq; membrorum sunt principatum habentium, facilè mobiles calideq; dispositiones. Ephemeræ verò, & hecticæ febres, sine magna perturbatione, & minimè subitas faciunt permutatiões.

Cõstipatio febrem qua ratione gignere posſit.

Ergo in omnibus inflammatis particulis constipatio ipsa, quæ locum probè difflari prohibet, statim quidem putrefacit humores, simulq; quendam calorem excitat, qualis & in reliquis omnibus putrescentibus gignitur. Cuius caloris modus, quum simplex fuerit, necessariò alicui earum, quas diximus, febrium assimilatur: vel potius vna ex illis est, vel ad amaram bilem, vel ad atram, vel ad pituitã attinens.

Inflammationẽ gignit uel flaua bilis, uel atra uel pituita.

Omnino enim humor qui inflammationem efficit, vel flauæ bilis est, vel atræ, vel pituitæ. Si igitur impermistæ multæq; flauæ bilis fuerit, tum facit erysipelata, & eos qui herpetes nominantur: sicuti si nigræ, cancros, & phagedænas, aut elephantos, aut aliquem ex his adeò incurabilibus morbis.

Bilis quos edat humores.
Atra bilis quales tumores gignat.
Pituita gignit œdemata.
Sanguis producit proprie dictam inflãmationem:

Quæcũq; verò ingruente pituita in tumorem attolluntur, hæc œdemata nuncupantur. At qui sanguis atræ bili est permistus, duras gignit inflammationes: erysipelatibus verò similes, qui amaræ: inflatas, qui pituitæ. Quum verò ipse secũdum naturam se habens sanguis, trusus in locum fluxioni obnoxium putruerit, hic quidem affectus inflãmatio est. Simplex verò ex ipsa febris accenditur, maximè ephemeris similis, quæ ex inflammationibus inguinum accidunt. Nam & ipsa inguinis inflammatio ex optimo sanguine fit.

Sanguinẽputrescentẽ ad amaræ bilis naturã transire.

Liquet autem, quòd quum hic putrescere cœperit, non amplius bonus remanet, sed iam ad amaræ bilis naturam transit. Atq; in hoc illud seruatur, triplex esse genus vniuersum simplicium febrium. Quæ enim ex sanguinis putredine fit, iam quodammodo biliosa est. Etenim sanguis ex moderato calore gignitur: flaua autem bilis, ex maiore: atra verò ex impensè immodico. Quicquid igitur pingue ac tenue in sanguine

Humorũ generationes atq; trãsmutatiões.

est, fit flaua bilis: crassum verò, ac veluti fæx, quando immodicè exaruerit excalfactũ, atra. Flaua etiam bilis, quandoq; in atram conuertitur, quum assata fuerit. Omnes igitur quæ in particula aliqua accenduntur febres, vnum aliquem ex dictis, vel simplicem, uel compositum characterem habebunt.

Febriũ mistionẽ non ignorabit, qui singulas simplicium cognorit.

Qui verò singulas per se febres exquisitè cognorit, earum is mistionem non ignorabit.

Ephemeræ febres, solius spiritus sunt passiones.

Ephemeræ febres solius spiritus sunt passiones, absq; humorũ putredine, aut membri inflammatione, nisi inflammatis inguinibus accidant.

Ephemerarum febriũ causæ.

Earum autem generationis sunt occasiones communes, vigiliæ, cruditas, tristitia, timor, curæ, iracundia, deustio, refrigeratiò, lassitudo, ebrietas, & quæcunq; similia.

Ephemerarum febriũ indicia.

Communiter omnium pulsus promouetur ad paruitatem, atq; frequentiam: & nonnunquam ad magnitudinem. Exquisitè autem seruat eam quæ secundum naturam est, æqualitatem, mollitiem, & ordinem. Sic & vrinæ, nonnullæ quidem, suspensiones, nonnullæ verò subsidentias bonas habent: quædam autem nebulas. Omnes verò probè coloratæ sunt: sicuti & in omnibus calor vapidus est: atq; ab omnibus ipsis absunt maligna accidentia. Communes autẽ sunt omnibus & vrinæ ruffiores. Cæterùm iis qui ob tristitiam febricitant, acrimonia potius adest, quàm multitudo caloris: sicuti iis qui ob iram, contrario modo.

Tristitiam quę signa arguant.

Sed & tenuitas corporis in iis qui tristitia, quàm in iis qui curis vexati sunt, manifestius apparet, & oculorũ concauitas, & insolita quædã decoloratiò. Et hæc quidem communia omnium etiam aliorum, qui quocũq; modo cogitationibus impliciti fuerint, indicia sunt.

Oculorum ex signis, in sanis etiã animi affectus cognosci.
Vigiliis maceratorum signa.
Iracundorum signa.

Sed præcipuè ex oculis sunt discernẽdi. Licet enim ex his etiam in sanis animi affectum conijcere. Eos qui nimium vigilauerunt distinguit decolorationis modus: subtumida præterea ipsis est facies: palpebrasq; nõ facilè attollunt: oculosq; habent præhumidos. Iracũdis

neq; oculorum concauitas, nec manifesta inest decoloratio. Sed nec magnitudo pulsuum aufertur. Eorũ verò qui febriũt ex lassitudine, cutis est siccior, quàm in aliqua alia febrium ephemerarũ. Quæ ex densata cute febres oriuntur, solæ inter oẽs ephemeras in passione astricta consistunt: facileq; dignoscuntur ex tactu: sicuti & aridæ febres quæ ex lassitudine fiunt. Caliditatis autem motus in iis quodammodo augescit. Earum verò febrium ephemerarum, quæ ex bubone accenduntur, pulsus maximi sunt, veloces, atq; frequentes, calorq; plurimus, qui post statum statim ex profundo attollit, sed suauis. Præterea rubea facies magna ex parte ipsis inest, & maior tumor, & vrinæ subalbæ. Communis autem his febribus inest æqualitas pulsuũ. Quia verò nulla hecticarum febrium in primis diebus, sed in progressu temporis fit, de illis non agemus impræsentiarum.

Febrientiũ ex lassitudine signa.

Ephemeræ ex densata cute.

Ephemeras ex bubone ortas, quæ arguant.

Hecticarum febrium nulla fit statim in primis diebus: sed in progressu.

GALENI PERGAMENI DE CRISIBVS.

Liber III.

VBI MORBVS SVBITO ad sanitatem peruenit, ea permutatio omnium optima est, atq; ideo ipsam per excellentiã crisim vocamus. Ex aliis autem permutationibus, quę quidem ad subitam mortem fit, mala crisis existit. Quæ verò aliquam effatu dignam mutationem efficiunt, non tamen integram solutioné, imperfectæ crises vocantur: sicuti & quæ sensim emoriente vel virtute, vel morbo contingunt: quæ solutiones simpliciter: non crises vocari debent. Sola igitur subita ad sanitatem conuersio, simpliciter crisis vo-

Crisis per excellentiã, dicitur subita permutatio morbi ad salutem.

Crisis mala.

Crisis imperfecta.

catur: quæ fit subitis quibusdam excretionibus aut effatu dignis abscessibus. Quicunq; enim aliter quieuerint, retrocedunt malignius. Antecedit autem huiusmodi excretiones abscessusq; non mediocris perturbatio in ægrotantis corpore. Nam anxietates, vigiliæ, dementiæ, graues somni, respirationes difficiles, vertigines, sensuum difficultates, dolores capitis, colli, stomachi, & multorum aliorum membrorũ: non nullis verò aurium sonitus, & vanæ ante oculos apparent imagines, & lachrymæ inuoluntariæ effluunt, & vrina retinetur, & labrum agitatur, & aliquid tremulum fit, obliuio præterea, & præsentiũ ignorantia, & vehemens rigor accidit, & plurimum accessio consuetam anticipat horam, & multus æstus, sitisq; inexpugnabilis sequitur: clamant & saliunt, sicuti furentes, nec possunt in eodem situ recumbere. Deinde repente multus sudor erumpit, aut vomitus non exiguus insequitur, aut venter subitò soluitur, aut abundans fit fluxus sanguinis, aut hæc omnia simul contingunt, vnde non paruus inuadit timor adstantes. Vt igitur qualem sit habitura exitum præsens crisis, agnoscas: præuideas autem futuram: primùm ac maximè omnium expendendæ coctiones sunt ex vrinis, alui excrementis, atq; ex ipsis sputis. Quippe neminẽ vidi intereuntem, qui præcedentibus coctionibus, crisim ipsam habuisset. Non tamen æqua omnium signorum dignitas existimanda est: sed in morbis quidem thoracis atq; pulmonis, præcipuè sputa sunt exploranda: non tamen vrinarum contemplatio explodenda: sed & excrementa sunt inspicienda. Si verò tantùm febricitent absq; alicuius visceris affectione, * aut si etiam aliquid eorum quæ circa hepar, renes, vesicam, atq; splenem habentur, phlegmone obsessum sit, maximè vrinis est intendendus animus. Sicuti si circa ventriculum passio consistat, pri-

Crisis optima fit cum subitis excretionibus aut effatu dignis abscessibus.

Crisim præuenientia symptomata.

Concoctiones esse expendendas, ad cognoscendam præsentem crisim, ac præuidẽdã futuram.

Interiisse aliquẽ qui crisim post coctiones præcedẽtes habuisset, non uidit Galenus unquam.

Excretiões corporis, quæ in quibus morbis præcipue sint expẽdendæ.

mum excrementa alui inspiciunda: sed neq; interim sunt negligendæ urinæ. Primum itaq; & maximũ instantis bonæ crisis indicium, sunt concoctiones. Secundum autem, quòd ab aliqua die indicatoria, indicata prius fuerit: cui annexa sit diei ipsius iudicantis facultas. Deinceps verò inspicere oportet, & speciem morbi, & morem: ac postea si formæ morbi, ipsa excretio respondeat. Etenim si febris exurens sit, vel sanguis è naribus profluet, vel post vehementem rigorem sudor multus & calidus per totum corpus manabit: aut per vomitum, aut per aluum, biliosum aliquid excernetur. Ita & tertiana vomitibus & excrementis biliosis, & sudoribus toto corpore fluentibus, finiri debet. Plurimum autẽ pituitæ in febribus excernitur quotidianis, & multi per totum corpus sudores fiunt. Finit autem & phrenitidem sudor multus, præcipuè si calidus è capite fluxerit, sudante simul reliquo corpore. Contingit etiam interdum, vt per sanguinem fluentem è naribus phrenitis etiam soluatur. Non tamen lethargus, aut peripneumonia fluxum sanguinis amãt. Inter ipsas autem pleuritis medium obtinet locũ. Lienis etiam, hepatisq; soluit inflammationes, si simul adsit acuta febris, sanguis è naribus profluens: sicuti & reliquas omneis, quæ sub præcordiis fiunt, feruentes & acutas inflammationes. Oportet autem per directũ fluere sanguinem, ex dextra quidem nare, patiente hepate, vel locis sub dextris prçcordiis positis: ex sinistra autem, liene, & locis vicinis. Iuuat etiam & sudor bonus omnes quæ sunt iuxta præcordia inflammationes calidas & acutas. Hepatis verò conuexæ quidem partes patientes, fluxibus sanguinis è nare dextra, sudoribus bonis, copiosisq; vrinis soluuntur. Cauæ autem partes excrementis biliosis atq; sudoribus: nonnunquã verò & uomitibus. Sudores tamen omnibus febribus proprii sunt, & præcipuè exurentibus. Finiunt autem

Crisis bonæ & instantis indicia.

Ardẽtis febris solutio cũ quibus excretionibus fiat.

Tertianæ solutionem excretio bilis testat. Quotidianarũ solutio, quas excretiones ad ferat.

Phrenitis quibus excretionibus soluitur.

Sanguis e naribus, atq; e directo profluẽs quas soluat inflammationes.

Hepatis partes quibus excretionibus solui soleant.

Sudores omnes sunt febribus proprii.

quartanas febres, si atra simul cum eis atq; varia excernantur: semitertianas uerò, si biliosa simul & pituitosa. Soluunt etiam parotides, lethargos, reliquosq; omnes affectus capitis. Porrò cæteri abscessus, febres omnes diuturnas securè soluere consueuerunt. At verò ægrotantis ætas atq; natura, præterea victus ratio antecedens, locus in quo ægrotat, anni tempus, præsensq; status temporis, veniũt consyderanda. Atq; ex his quæ diximus licet exercitatis viris præsentem crisim cognoscere. Ad præcognoscendam uerò futuram, illa quæ nuper diximus, unà cum natura morbi similiter expendenda sunt. Post hæc autem & accessionum circuitus ueniunt consyderandi, an per tertiũ, uel per quartum, uel per singulos dies eueniãt: uel nullo modo eueniant, sicuti in synochis accidit. Si enim properauerint, ac semper proportionabiliter anticipauerint horam, aut multo vehementius infestauerint, & per tertium occursauerint, cito crisim subsequuturam denunciãt. Si uerò lentè moueantur, atq; eadem inuaserint hora, & singulis diebus fiant, post longius tempus crisim futuram portendunt. Præterea coctiones inspicere oportet: quarum insignes permutationes, si in diebus indicatoriis accidant, indicia sunt, quod sequentes iudicatorii dies ægrotum absoluent morbo. Minimè autem cõtingit, febrem omnia signa securissima habentem, nec illam, in qua sunt omnia maximè perniciosa, alteram quidem non liberare, alteram uerò non occidere in primo quaternario ægrotantem. Quum autem unaquæq; accessio quatuor habeat partes, principium, augmentum, statum, & declinationem: uel has omnes breui tempore accessio percurrit, uel tardo: uel nonnullas quidem citius, nonnullas uerò serius. Si omnes igitur celeriter peragat, manifestum inde fit, quòd ad crisim properat: omninoq; huiusmodi febris est de numero intermittentiũ. Neq;

Sudores quos dissoluant affectus.

Crisi futuræ præcognoscẽdæ quæ requirantur.

Synochas febres nullũ habere circuitũ. Crisim cito & tardius futurã, quæ indicent.

Coctionũ permutatiões quę indicent.

Accessiões singulæ quatuor sortiuntur tempora: initiũ, augmẽtũ statũ, & declinationẽ.

enim contingit, ut illa quæ omnes celeriter peragat, amplius cōtinua permaneat: ſicuti neq; vt quæ in omnibus partibus prolixitatem ſeruat, ſit intermittens. Voco febrem intermittentem, quæ ad infebricitationem peruenit. Porrò febris ſynochi longus eſt ſtatus: * imò verò tota hæc febris ſtatus eſt. Quum igit morbi ſpecies, & magnitudo, & motus, & mos inter ſe diſtinguantur: & ſpecies quidem ſit ex propriis accidentibus cognita: magnitudo verò, ex eorūdem quantitate: motus, ex tempore acceſſionis partium: mos, ex accidentibus ſuperuenientibus: his quoq; adiūcta conſyderatione temporis anni, & naturæ, & regionis, & ſimilium: nunquid morietur æger, aut ſeruabitur, ad hæc tria reſpiciēs inuenies, ad ſpeciem, & morem, & magnitudinem: ſed præcipuè morem expendere oportet. Vtrum verò per criſim terminabitur morbus, aut non, primùm quidem ex motu ac magnitudine inſpicies: deinceps autem ex ipſius ſpecie: poſtea ex anni tempore, & ex aliis quæ eiuſdem ſunt ordinis, & ex ſuperuenientibus accidentibus, quæ vel vnà cum criſi ab initio inuadunt, vel paululum anticipant. Nam quum ſuperuenientia accidentia diuidātur trifariam: in ea ſcilicet quæ morem morbi natura oſtēdere apta ſunt: & in ea quæ affuturam proximè criſim denunciāt: & in ea quæ non ſolùm ſigna, ſed etiam cauſæ criſis exiſtunt: primum quidē ex his ſimplex eſt genus: ſecundum verò & tertium, non ſemper, neq; idem facere, neq; oſtendere eſt aptum, ſed variatur ſecūdum tempora. Si æger igitur primo die habeat ſigna ſalutis manifeſtiſsima, huic in primo quaternione ſoluetur morbus. Vtrum verò per ſolutionem vel criſim, magnitudine & paruitate diſtinguit. Magna ſiquidem, iudicantur omnino: parua autem dūtaxat ſoluuntur. At dies criſis ex ipſo motu inuenietur. Nā ſi febris ſynochus fuerit, nullusq; acciderit error, ſperandum eſt

Intermittens febris eſt, quę ad integritatē deſinit.

Synocha febris tota unus ſtatꝰ exiſtit.

Criſim ſalutarē aut pniciosam cognoſces, ad ſpeciē morbi, morem, & magnitudinem, ſi reſpexeris.

Solutio morbi, ſit ne futura p criſim, an ſecus unde cognoſci poſsit.

Accidentia ſuperuenientia, trifariā diuidi.

Synochos diuerſas eſſe a cōtinuis febribus.

criſim quarto futuram diē. Si verò continua fuerit, magnitudinem ac motum inſpicere oportet. Conuenit namq; in tertio vel quinto die criſim fieri: in tertio quidem, ſi morbus ſit magnus, ac motum habeat velocem: in quinto autem, ſi nec valde magnus ſit, nec moueatur velociter. Oportet enim criſim in idē tempus incidere cum acceſsione. Ob idq; raro accidit, vt in quarto die continuarum criſis videatur. Continuæ itaq; febres, quæ in acceſsionibus criſim habent, tertio die, vel quinto, rationabiliter finiuntur. Adiuuat motus celeritatem morbi magnitudo, & anni tēpus, & regio, & ætas, & quæcunq; alia amaræ bili conueniunt. Tarditati autem motus inſunt contraria. Cæterùm principii ſigna, ſi diutius perſeuerarint, diuturnum fore morbum ſignificant. Augmenti verò, ſi in quarta vel ſeptima die apparuerint, ſperādum aliquid in quartodecimo eſt: * id tamen vndecimo deſignabitur. Nam ſi hæc tria in eo die coniuncta fuerint, & motus velocitas, & febris magnitudo, & manifeſtum coctionis indicium, fiet criſis in quartodecimo. Si uerò ſolùm manifeſtū coctionis ſignum die vndecima appareat, nec tñ morbi magnitudo, aut morbi velocitas feſtinarint, tunc vltra diem decimūquartum differetur criſis. At ſi nec die quarto decimo aliquid innouatū fuerit, quod ſit exquiſitum, tunc ad diem * decimum ſeptimum eſt reſpiciendum. Si enim in eo apparuerit aliquod ſignum, id fidiſsimum erit, quāuis ſit perexiguū, criſimq; vigeſimi diei præmonſtrabit. Quæ igit criſes poſt ſigna optima, & exquiſitam factæ fuerint coctionem, eæ neceſſariò erunt optimæ: quoniam & ſola coctio criſis celeritatem ſalubrē oſtendit. Exquiſita verò ſit coctio, tēpore ſtatus. Quum igit forma victus ad ſtatum inſtituat, & criſis optima in illo fiat, vtiq; oīum criſiū ipſe erit regula. Quæ enim huic eſt proximior, altera magis diſtante eſt potior. Quare in nulla re ad eò

Criſis in idem coire tempus debet, cum acceſsione.

Continuæ febres cur tertio uel quinto die ſoluantur.

Motus celeritatem, tarditatēq; adiuuantia.

Criſes optimę quæ.

Victus rōnem iuxta ſtatum inſtitui.

Status morbi, oīum criſeō eſt regula.

exercitandus est medicus, ut in status præcognitione.

Status præcognitio maxime curæ esse medico debet.

Etenim quicunque morbi status tempus prætererint in iudicati, hi sine crisi perseuerant, & paulatim soluuntur: nullumque periculum est, status tempore elapso, quantum iudicio assequi possum. Qui uerò perierunt in declinationibus, omnes ii, aut proprio sunt, aut errore medicorum, extincti: nequaquam autem ui morbi. Vbi enim natura superior euasit, restititque; uehementiori morbi conatui, & quæ infestabat oppressit (hoc enim est ipsa coctio) fieri non potest, vt deinceps succumbat. Quòd si à morbo non vincatur natura, mortem subsequi, nullo modo contingit. Siquidem nihil aliud mors est, quàm omnimoda naturæ prostratio. Igitur an moriturus sit æger, nec'ne, præcognoscet nemo, nisi status tempus præsciuerit. Vt autem scire non possumus, an portando oneri quispiam sufficiens erit, hominis robore, oneris magnitudine, ac viæ longitudine antea non exploratis: sic nihil de ægrotantis salute prius pronunciare licebit, quàm magnitudinē morbi, naturæ robur, ac futurum statum inuestigarimus.

Status tēpore elapso, solui paulatim morbos, omneque abesse picu[lum].

Mors est omnimoda naturæ prostratio.

Prædicturus salutē uel mortē debet pri[us] magnitudinē morbi, naturæ robur, ac futurū statum inuestigare.

At verò si ex tribus iis cognouerimus, nunquid liberabitur aut morietur æger, colligere ita poterimus aliquid de crisis tempore & modo. Nam si morbus inueniatur salubris, & neque eius acumen, nec magnitudo festinēt, nec error aliquis comittatur circa ægrum, status tempus crisis expectat: quæ sanè optima erit: vt quæ morbo concocto fiat. Si verò vel propter morbi magnitudinem, vel motus celeritatem, ante statū crisis venire cogat, tanto hæc deterior optima erit, quantum statum anticipauerit. Quòd si neque vsque ad statum sufficere posit, necessum est ægrū ex hoc morbo interire, non tamen omnino propter statum. Crisis enim vel in statu, vel parum ante ipsum fit: mors autem, in tribus temporibus, principio, augmento, & statu.

Crisis quo morbi tēpore fiat. Mors quo morbi tempore accidat.

Porrò vbi quis subitò liberatur à morbo, omnino huic

huic aliqua euacuatio effatu digna, aut abscessus contingit; præcedente tamen insigni quadam perturbatione. Atque hunc sanè solutionis modum vocamus crisim. Est & alius solutionis modus, vbi scilicet non omnino absoluitur æger: quæ crisis dicitur imperfecta. Vbi verò morbi paulatim & citra perturbationem soluuntur, solutio illa per abusum crisis vocatur. Ac tres quidem hi sunt modi * permutationis morborū, quū ægrotus est euasurus: tres verò alii istis proportionales, quum videlicet est moriturus. Vel enim subitò moritur, cum perturbationibus, euacuationibus, vel abscessibus momētaneis: vel mortem non subit quidem ex istis, sed multo deterius euadit. Vocentur autem hę duæ crises non bonę: quarum prima quidem perfecta: secunda imperfecta existit. At tertia species malæ permutationis, quæ hominem paulatim ducit ad mortē, arefactio dicatur. Est & quartus modus subitæ permutationis ad peius, sine magnis excretionibus, vel materiæ in aliquem locum affluxibus: quam neque crisim appello. Statuens igitur aliquam esse vitalem potentiam, stude vt agnoscas * ipsius ita in robore, vt in imbecillitate, dispositionem. Vbi verò in his exercitatus iam fueris, cura deinceps, vt omnes morborum, tam in magnitudine, quàm in more differentias, & post hæc, futuri status præcognitionem, perdiscas. Quæ vbi accuratè didiceris, tunc te exerceas oportet in cōprehendenda per exquisitam coniecturam, tam morbi magnitudine, quàm ægrotantis robore: & quanto hæc tempore possint perdurare. Sicuti enim qui signa omnia bona præ se fert, in primo quaternione integrè liberabitur: ita qui omnia mala, intra primū quaternarium morietur. Cæterùm qui quidem liberatur, omnia morbi tempora vniuersalia pertransit. Moriturus verò, ad declinationis tempus pertingere minimè potest: * imò nec necessariò ad statum. Contingit quip-

Permutationis morborū tres differentiæ.

Crisis perfecta quid.

Crisis imperfecta.

Cris per abusum quādo dicatur.

Permutationis morborū, quū æger est interiturus, tres modi.

Crises non bonæ.

Arefactio.

Euasurus morbū, necessario debet transire illius uniuersalia tempora.

Moriturus, ad declinationis tempus, pertingere minime potest.

pe ipsum in augmenti & principii etiam tempore mori. Crisim verò subire non est necessarium, & maximè si in principio morbi moriatur. Hoc autẽ accidit, ubi natura à morbo plurimum superatur. Tunc siquidem nec certare aduersus ipsum aggreditur. Atqui sine certamine nõ fit crisis. Hic igitur est quartus modus mortis, qui nulli salutarium assimilatur. Nemo siquidẽ subitò morbum euasit sine crisi. Multi verò sine hac subitò intereunt: plurimiq; in accessionum principiis: illi præsertim qui propter materiæ multitudinem, & crassitiem, aut inflammationis magnitudinem, exitialiter laborant. In accessionum etiam particularium declinationibus, ob virium imbecillitatem moriuntur. In totius autem morbi declinatione, nullus vnquã extinguitur propria morbi rõne, sed ob errorẽ cõmissum. Quandoquidẽ vbi morbi status præteriit, natura euasit superior. Alioqui non declinasset morbus. Fit autẽ semper vehemẽtior pulsus, æqualiorq;, & ordinatior, in optima declinatione. Debilior verò, ĩordinatior, & inæqualior, in exitiali. Tres itaq; sunt oẽs mortis modi iis qui sine crisi moriuntur. Primus quidem in accessionum principiis: qui in magnis inflãmationibus principalium membrorum contingit plurimũ: vel ob humorum multitudinem, crassitudinem, & tenacitatẽ. Secundus, in tempore status, à morbi vi natura superata. Tertius in declinationibus, qui rarissimè accidit, vigore soluto vitali. Horum verò nullus contingit cum crisi. Neq; enim morbum depellere in huiusmodi mortis modis ab initio natura tentauit. Vbi verò tentauerit, sed succubuerit, malam crisim talem euentum appello: fitq; omnino cũ excretionibus aut abscessibus momentaneis. Sicuti autem in malis crisibus est plurima incertitudo, coniecturaq;, ita in bonis scientia, & firmitas præualet. Determinati siquidem sunt, atque ordinati naturæ motus: si & valida sit, & dominetur

Crisim ut moriatur quispiã, non esse necessariam.

Crisis non fit absq; certamine.

Nemo absq; crisi subitò morbum euasit.

Mori absq; crisi quibus contingat in accessionum principiis.

Mori cur nemo possit in totius morbi declinatione, nisi ob errorem cõmissum.

Mortis eẽ tres modos iis qui absq; crisi moriuntur.

Naturę motus qñ determinati, ordinatiq; sint: & qñ item contrarii.

materiæ, propriasq; perficiat operationes. Indeterminati verò, inordinatiq;, & incogniti, si quando succumbat. Porrò si morbo pernicioso existente, quarto die letalia signa se ostendant: si quidem imparibus diebus accessio fiat, septimo accedet crisis: si verò pluribus, sexto. Certiorem tamen expectationem faciet ipsius morbi motus. Nam si is acutè moueatur, crisim sexta die venturam significat. Sin verò tardè, ad septimam differetur. Quum verò dies indicatrix nullum de mala crisi futura signum ostenderit, præcognitio eius minimè facilis erit. Est autem primum & maximum morbis mortalibus signum, q̃ sine crisi mors sit subsequutura, virium imbecillitas. Secundum verò, si nullum adsit signum coctionis: & præter hæc, si magnus sit morbus, malignusq;, & moueatur celeriter. Quum enim hæc affuerint, omnino absq; crisi mors subsequetur. Mortis autem dies præcognoscitur, quanto superet morbus naturam, consyderando: & grauiores accessiones inspiciendo. Si enim essatu dignus fuerit excessus, & parũ resistere adhuc vis naturæ videat, mors cito subsequetur. Si uerò contraria affuerint, tardius. Sit igitur gratia exempli multus excessus, non tñ manifestus, an ad vnum diem, uel duos extendi poterit: hoc certè distinguetur accessionum circuitibus. Quo enim die debet accessio fieri, in illo morietur. Constet rursus morbum esse exitialem: nec multam prostrationem virium adesse. Liquet primum ex hoc mortẽ non esse propinquam. Deinde inquirendum est, an crisis fieri possit. Si igitur virtus robusta fuerit, & morbus moueatur velociter, & aliquod signum coctionis affuerit, non extra rationem est, q̃ natura tentabit crisim. At si virtus quodammodo succubuerit, ac morbus tardũ habuerit motum, nullumq; adfuerit coctionis signũ, in hoc subsequi haud crisim continget. Itaq; optimæ crises in statibus fiunt: in augmentis verò, si salus sit

Mortem absq; crisi accessurã, quæ indicent.

Mortis dies qua uia cognoscatur.

Crisim qñ tentabit natura.

Crises optimas fieri in statibus.

subsequutura, vel imperfectæ, vel non securæ. At in morituris, vel interimunt subitò, vel magnam ad peius mutationem efficiunt. In principio autem morbi, crises non fiunt. Quando igitur futura crisis ostenditur, & nox præcedens molesta fuerit, & post ipsam accessio citius inuaserit cum quibusdam insolitis accidentibus, necesse est in eadem accessione fieri crisim.

Qualia autem futura sit crisis, vtrum per sanguinis fluxum, vel vomitum, vel sudorem, vel per aliquod aliud ex iis, quæ sæpe enumerauimus antea, author bonarum disciplinarum Hippocrates accuratissimè exposuit, quum in primo Epidemiarũ libro, tum vel maximè in commẽtario prognosticorum. In vniuersum autem, nihil aliud oportet cõsyderare in modo crisis, præter naturæ ipsius inclinationem. Distinguendum autem est, an calidus & acutus sit morbus, crisisq; in primis fiat periodis: quippe necesse est tũc post crisim, non abscessum, sed excretionem subsequi. At tardi & diuturni morbi per abscessus quiescere consueuerunt: præcipuè si vrinæ tenues & crudæ longo tẽpore exierint. Nam si multam & optimam subsidentiam habuerint, rationabile est morbum potius paulatim concoctum iri: non per abscessus soluendum esse. His præfinitis, deinceps consyderandum est, si quidem per excretionem debeat terminari morbus, nunquid profluuium sanguinis, vel vomitus, vel sudor, vel alui subductio sequetur: si verò per abscessum, quod nam membrum, & quis articulus abscessum suscipiet. Cæterùm in iis qui per excretionem debent terminari, dupliciter distinguere oportet, & futuræ excretionis signis si affuerint: & aliorum, si minimè adsint. Si igitur præter rationem aluus supprimitur, vel vrina, iam prope crisi existente, rigorem sperare oportet. * Qui si accidat, distinguendum tunc est, nũquid sudor post ipsum sequatur, vel vomitus, vel subductio ventris, vel ali-

Naturæ ipsius inclinationem tantũ esse consyderandũ, ad crisis modũ inuestigandum.

Acuti morbi p excretiones, ut diuturni p abscessus, magis soluuntur.

Rigor quando expectãdus sit

qua horum, vel omnia. Et primum quidem ad morbi speciem est inspiciendum. Si enim exquisitè fuerit incendens, statim certior erit rigoris ipsius præcognitio. Quod enim incendit, biliosum est. Atqui biliosus humor, vbi vehementius mouetur, rigorem facit. Post hæc autem & illud cõsyderandum est, nunquid vrinis tantùm, vel etiam aluo compressa, riguit. Si enim ambobus, necessariò rigor plurimus subsequetur. Si vrinis solis, consyderare oportet, nunquid alui excremẽta plura quàm priora, vel pauciora ante crisim exierint. Si enim * plura, manifestius motus naturæ ad hunc locum est agnoscẽdus. Sin pauciora, ad sudores. Si verò & vomitus signa adfuerint, per has ambas crises iudicabitur. At si vomitus signa non adsint, solos sudores expectare oportet, & magis quando ægrotantes delirauerint increscente accessione, & partes exteriores calidiores ac rubidiores extiterint, & vapor quidam calidus exeat, qualis antea non aderat. Quòd si pulsus etiam vndosus fiat, & insigniter mollis, adhuc etiam amplius sudores expectare oportet. Durus autẽ pulsus, vomitus magis quàm sudores præostendit. At altus, omnimodæ excretionis est index, perinde ac vehemens. Si verò magnus extiterit, motus ad exteriora potius, quàm ad interiora, signum existit. Quũ verò vterq; fiat modo duplici, hic quidẽ qui ad exteriora, per fluxum sanguinis è naribus, atq; sudores: alter autem qui ad interiora, per aluum atq; stomachũ: vndosus quidem pulsus, sudores: magnus autem, simpliciter sanguinis fluxum præostendit. At motu superante ad interna, quum non aderunt signa vomituũ, per ventris excrementa fiet crisis: si verò affuerint, & venter insigniter subducatur, per vtraq; perficietur. Inæqualis autem pulsus in plurimis quidem crisibus fit, & præcipuè quum non fiunt sine periculo & pugna. Vomituum signa sunt oris ventriculi morsus, vnà cũ do-

Biliosus humor uehemẽter motus, rigorem facit.

Sudores cretici, qñ soli expectandi sint.

Vndosus pulsus nunciat sudores.

Pulsus creticas excretiones significantes.

Pulsus magnus præostẽdit sanguinis fluxum e naribus.

Inæquales pulsus quãdo per crises fiunt.

Vomituum signa quæ sint.

lore capitis: obortæ vertigines: agitatio labri inferioris, magnusq́; sputi tenuis defluxus. Propria verò signa profluuii sanguinis, quidam fulgoris motus oculis apparentes, quoniam humor est flauus. Obtusiones aũt, quoniam multus, & tot⁹ simul elatus ad superiora, spirituum meatus obserat. Ita autem & oculi lachrymantur, ob multitudinem fluxus. Eodem modo rubidi aliquando videntur in malis: nonnunquam & naribus. Proprium verò signum sanguinis fluxus è naribus est, etiam præcordiorum tensio sine dolore. Nam & hoc non paruum indicium est sanguinis ad superiora tendentis: sicuti etiam difficultas respirationis: quæ cõtingit, sanguine transeunte in thoracem. Si verò præcordia cum dolore extendantur, non modò fluxum sanguinis nunciant, sed etiam aliquam ibi adesse inflãmationem significant. Sed & dolores capitis, qui quidem veluti mordaces sunt, vomitum: qui verò quodãmodo graues atq; extendentes, pulsantesq́; & calidi, sanguinis fluxum propriè significant. Sic etiam viscerum sub præcordiis existẽtium inflammationes, causæ sunt ac signa sanguinis fluxuũ, quando morbus per excretionem est iudicandus. * Cæterùm si ex contraria parte fluat sanguis, malum est: bonum autem, si secũdum rectitudinẽ visceris, vt inquit Hippocrates. Quare præcordia dextra per dextrã narem bonam afferunt crisim: per sinistram autem, sinistra. Si verò per excremẽta alui sit crisis subsequutura, manifestum quidem nullum est signum: sed ex eo quod adsunt quidẽ crisis signa: desunt aũt vomituũ, & fluxus sanguinis, & sudorum: colligere licet. Quãquam vel si nullum horum signorum adsit, non hoc tantùm modo, sed etiã per hæmorrhoidas, fieri crises contingit, & mulieribus p̃ purgationes menstruas. Non tamen impossibile omnino est talia distinguere. Grauitas quippe lumborum effatu digna, & tensio, & dolor, menstrua hîc antecedit. Hæ-

Sanguinem fluxurum per nares quæ prçindicent.

Præcordiorum dolor tẽsiuus, sanguinis fluxũ e naribus, inflãmationemq; illius partis indicat.

Sanguis profuturus inflãmationibus uiscerum, secundum eorum rectitudinem effluere debet.

Menstruas purgationes creticas, quæ signa præcedere soleant.

morrhoides verò, non omnibus sunt consuetæ. Quibus autem sunt consuetę, in iis difficile fuerit distiguere. Igitur aliis omnibus, quando adfuerint signa coctionis & crisis, vomitus verò non adfuerint, vel fluxus sanguinis, vel sudorum, omnino venter turbabitur. Si verò morbi ad abscessus conuerti videãtur, communia quidem omnia indicia sunt, vbi ægri salus deplorata non est, ꝙ neq; morbus soluatur, neq; vrina multa, & multam habens subsistentiam, sed cruda & tenuis appareat. Propria verò non admodum diuturnorum morborum, si æger in difficiliorem respirationem repente incidens, breui quidem liberetur à tali respirandi difficultate: sed excipiat ipsum statim dolor, capitis grauitas, inexpugnabilis dormiendi necessitas, surditasq́;. Huic siquidem in glandulosis post aures partibus, necessum est abscessum oriri. At si morbus fuerit inueteratus, neq; vllum ex his signis affuerit, sed in ęgroto ex locis inferioribus vel grauitas, uel tensio, vel * incendium, vel dolor aliquis apparuerit, huic abscessus ad partes inferiores est expectandus.

Crisis per abscessus futurę signa quę sint.

GALENI PERGAMENI DE PRAECOGNITIONE. Liber Vnus.

CAP. I.

QVO'D FIERI NEQVEAT, vt quæ in singulis morbis sunt euentura ægris, præcognoscantur, quam plurimi Medici existimant, O' charissime Epigenes. Postquam enim multos reperire est non in Medicina modò, sed etiam in cæteris artibus, qui apparere, quàm esse, malunt: si quid in disciplinis inest optimum, negligi cœpit; contra exquiri ea, è quibus

Disciplinę omnes unde negligi inceperint.

vulgo plurimi fiãt: dicere inquam & agere in alienam gratiam, adulari, diuites & primarios ciues mane officiosissimè salutare, comitari postmodum, domumq; reducere: cœnantibus insuper satellitum instar astare, scurrasq; agere. Atq; hinc est orta communis illa omnium artiũ infœlicitas, quæ nostra ætate irrepsit. Nam quod quidem ad medicam professionem pertinet, si quando aliquis medicorum qui rectè profiteat artem, aliquod symptoma ægroto affore prædixerit, rarum quiddam & mõstrosum ipsi vulgo videtur: tantumq; abest, vt admirationi sit, qui hoc prædixerit, vt etiam bene secum is agi putet, ni veluti impostorẽ aliquem auersentur. Iam verò aliorum medicorũ inuidiam adeò grandem in se concitabit, vt ab eis tandem circũueniatur veneno (quo illi præcipuè insidiari solent) aut pro splendido eruditionis suæ præmio, cogatur in exilium abire: id quod olim fuit Quitus passus: qui quum Romanis medicis, multis nominibus antecelleret, Roma tamen est pulsus, idq; falso quodã prætextu, q ægros perderet. Quare multi syncerissimi viri, prauitatem, qua hæc nostra ætas detenta est, exploratam habentes, à turba & frequentia hominum, ceu à valida quadam tempestate & procella, in solitudinis salutarem portum sese recipiunt. Atq; erunt profectò hi multitudini ignoti: cæterùm noti & amici primùm & maximè Diis immortalibus: deĩde viris quoq; optimis. * Quin etiam vitam tranquillam agent, finentq; versutos illos * esse apud vulgus admirationi. Porrò diuitum & præpotentium mollities, malorum omniũ esse in causa videtur: qui voluptatem præferentes virtuti, eos quoq; nihili faciunt, qui quæ verè bona sunt, norunt, & alios docere possunt: sed potius totos sese iis dedunt, qui voluptatem conciliant: hos ditant: hos admirantur: hos euehunt sublimes: adeò vt saltatorũ & aurigarum imagines inter Deorũ simulachra ere-

Artium omniũ infœlicitas unde emanarit.

Romanorũ Medicorũ insidiæ. Quintus medicus ab inuidia olim fuit pulsus Roma.

Viri optimi cur subducant se in solitudinem.

Præpotentium mollities malorum omniũ esse in causa uidetur.

ctas videas. Viros autẽ eruditos, eatenus suspiciunt, quatenus eorum opera indigent. Geometria igitur, & Arithmetica, ea dũtaxat ratione in pretio sunt, q ad supputandas sumptuũ ratiunculas, aut domos extruẽdas, vsum ferunt. Astronomia verò, & diuinatoria, ad præsciendas hæreditates vtũtur. Musica, quatenus oblectare potest auditum. Philosophiam autem harũ omnium dominam, & demonstratiuam disciplinam, omnino negligunt: nisi quando rhetoribus sophistica arte, instrumento sanè maligno, vti in oratione est animus. Hi etiam in medica disciplina necessarium illum vsum tantummodo spectant, neq; hunc satis exactè: sed, vt Plato quandoq; ait, si quidem pueri & insipientes, de Medicis & coquis ferre iudicium debeant, non parum proculdubio Coquus Medico præferetur.

Coquus medico præferet, si de utroq; ipsorũ pueri & insipictes ferre iudiciũ debeant.

CAP. II.

QVVM igitur primùm Romam veni, horum omnium ignarus, nihilq; eiusmodi suspicatus, studui non equidem ex solis verbis, sed ex operib[9] ipsis, & morbos curando, & futura præcognoscẽdo, omnibus innorescere: quousq; mihi tandẽ euenerunt quæ paulo ante dicebam. Etenim tunc in Eudemo Peripatetico mirè quartanam febrem ab aliis ignoratã prædiximus: qua quidem vbi se manifestè correptum sensit, me miris laudibus extulit, ceu in contrectando pulsu admodum consummatum. Nam antea in sola philosophia me credebat præcellere: medicinã verò obiter attigisse: tametsi non ignoraret patrem meũ apertis insomniis admonitum, ex professo me ipsam medicinam docuisse. Quum igitur cæteris medicis videretur, vt summo mane eius diei, in quo febris inuasura erat, Eudemus Theriacem biberet, ipse, vbi illi abierunt, rogauit me, ecquid mihi spei in pharmaci vsu foret. Ast ego nihil cunctatus, respondi, pharmacum nõ modò nihil præsidii allaturum, sed potius ex simplici

Galenus Eudemo Peripatetico affuturã febrem quartanam prædixit.

Galenũ insomniis patris allectum, nauasse arti medicę operam.

quartana duplicem effecturum. Eam quippe illius medicamẽti vim esse, vt vitiosos succos adhuc crudos mouere, & ad perturbationem perducere valeat: concoquere autem, aut per halitum digerere, nequeat: præsertim ineunte iam hyeme. Nec verò aliter contigit, q̃ ego ei affirmaram. Nam postridie summo mane accedentes medici, propinarunt illi theriacem, & ex vna & simplici, non modò duplicẽ, sed triplicem reddiderunt quartanam. Quum igitur omnia vt prædixeram, euenissent, obstupuit Eudemus, cunctisq; astantibus, ordine singula exposuit. Aderant enim sorte quadã, si qui in vrbe Roma dignitate & eruditione erant celebres: vtputa Sergius, & Paulus, qui paulo post, prætor creatur: Flauius quoq;, & ipse Vir consularis, & Aristotelicæ disciplinæ studiosus: pręterea Boethus, & Barbarus (erat enim hic Lucii Imperatoris auunculus, qui tunc Mesopotamiæ præturam gerebat) cum ipsisq; Seuerus etiam Vir consularis, & Aristotelicæ disciplinæ addictus. Dein verò, postea quàm ex tribus illis quartanis, qua nam die singulæ soluendæ essent, prædicerẽ, quemadmodum etiam earum ortus prædixeram, nõ modò ex prædictione ipsa (quæ ad votum successit) sed ex curatione etiam insignem gloriam sum consequutus. Atq; inde prima mihi inuidiæ origo extitit, quum iam & ob artis opera, & ob vitæ integritatem, esse admirationi cœpissem. Porrò Antigenes Medicus, vnus ex Quinti discipulis, qui mirum in modum me irriserat, quòd Eudemum tres & sexaginta annos natũ, triplici afflictum quartana, hyemeq; media, curãdum susciperem, parum abfuit quin postea, vbi vidit euentum rei, obrueretur terra. At Martianus calumniari cœpit meas prædictiones, ceu non ex Medica disciplina, sed ex diuinatoria quapiam arte profectas.

> Theriacẽ posse crudos succos mouere: cõcoquere autẽ, aut discutere p halitum, minime.

> Barbarus, Lucii Imperatoris auunculus.

> Galenus liberauit Eudemũ a tribus quartanis.

> Galeni iactantia.

> Antigenes medicus.

> Martianus.

CAP. III.

COGNOVI autem atq; prædixi Eudemo crisim illius quartanæ triplicis certa quadam nocte futuram, ex pulsu ipso. Siquidem arteriarum motus plurimum se efferebat in altum, secundum vtranq; dimensionem: quod nimirum contingere solet, quum natura infestantes succos è corpore excernere nititur. Recensens igitur illi omnia ea, quæ cæteras excretiones prænunciant: excretionis verò eius quæ per deiectionem fit alui, nullas neq; proprias, neq; efficaces esse notas asserens: tandem quia nullius ex cæteris excretionibus signa tunc apparebant, dixi alui profluuium esse expectandum. Cuius rei successum ubi vidit Philosophus, iam non solita moderatione, sed clamans dicebat omnibus, En amici, Pythius Apollo per os Galeni vult, non sanitatem modò ægris, sed diem etiam vaticinari, in qua omnino sint liberandi. Ipse enim opportuno vsu theriaces me tribus quartanis afflictum, in sanitatem asseruit, quas ex intempestiua illius exhibitione incideram: nec quicquã præteriit, quin omnia vti prædixerat, euenirent.

> Galenus qua rõne Eudemo crisim triplicis quartanæ prę dixerit.

> Galen⁹ opportuno theriaces usu, a quartana triplici liberauit Endemum.

CAP. IIII.

QVVM verò apud Eudemũ conquererer, de illa animi prauitate, quã medicis inesse videbã, qui in vrbe Roma clari habebant, Nolim, inquit ille, persuasum sit tibi, viros natura probos, quum in hanc Vrbem venerint, malos aliqua ex parte fieri: cæterùm qui iam antea prauo animo extiterant, quum hic & negotiorum materia abũdent, mercesq; multo amplior, quàm in aliis vrbibus, vndiq; alliciat eos, cernantq; quotidie multos sibi ditari similes, multiplices actiones eorum accuratè imitari contendunt: itaq; multis de causis ad summam illam improbitatem deueniunt. Quòd si fortè improbi ab aliquo deprehendantur, habent alios in tanta vrbe quos adoriantur tutò, vtpote suorum morum ignaros. Vnde maximè fit, vt eadem semper perpetrare flagitia possint.

> Romæ olĩ Medicis, q̃ hac nostra tempestate infœlici, multo maior merces atq; splẽdidior proponebatur.

Qui verò paruas ciuitates incolunt, capi lucri magnitudine nequeunt: tum quales sint, facilius à suis conciuibus dignoscuntur: nec si quid delinquant vel minimum, crimen ipsum ita callidè operire norunt. Cōtra euenit iis qui hîc degunt. Nam quæ improbè agunt, plurimos latent, vnde innata illa malitia facilè augescit. Etenim ignotis atq; imparatis imponere est facile. His auditis, me breui Roma discedere iam constituisse, respondi, vt q̄citissimè fieri posset, illorum declinarem improbitatem. Ad hęc ille, non resciuere, inqt, hoc decreuisse te. Quāquam si resciissent, quum ipsi assiduè mentiri soleant, eadem de te quoq; suspicarentur. Quemadmodum enim ipsi, indocti pariter atq; inopes, iccirco vrbem hanc petunt, q̄ in patria vitā agere nequeant (neq; enim quę committunt quotidie, illic diu latere possent) alios etiam eadem de causa huc confluere existimant, nec nisi pecunia onustos, abituros sperant. Quum hæc & alia multa dixisset, adiecit postremò, veneno quoq; mihi molituros insidias, vbi ad nocendum alia via deesset. Sic quippe iuuenem quēdam in arte maximè exercitatum, vnà cum duobus famulis, fuisse ab ipsis extinctum. Ad hæc ego, gratias tibi ago pręceptor longè charissime, q̄ mihi adeò exquisitè, cuncta quæ ad eorum improbitatem pertinēt, enarraueris. Ego enim posthac * mihi caueuo sedulò, tum ipsis cedens, tum inscitiam ipsorum * dissimulans: atq; ex hac vrbe maxima, populiq; frequētia admirabili, in paruam & paucorum ciuium concedam, * in qua omnes inuicem nouimus, genus, eruditionē, mores, rem familiarem, ac dæmum omnem vitæ rationem ciuis vniuscuiusq;. Hæc quum ita facere decreuissem, inscitiam eorum & improbitatem * redarguere destiti. Restitui tamē interim præter cōplures alios, tum Charilampis familiarem, tum Diomedem Rhetorem in Sandalario, morbo diuturno afflictū. Quæ

Imponere imparatis est facile.

Galeni pusillanimitas.

omnia, digna magna laude sunt visa. Quare me oēs magnopere suspiciebāt, atq; venerabantur: magnūq; vbiq; erat Galeni nomen. At veluti in dies gloria, sic pari quoq; passu augebatur inuidia.

Galeno degenti Romæ, cum gloria ex æquo augebatur inuidia.

CAP. V.

EO Tempore Flauius Boethus, Vir consularis, summus virtutis amator, atq; discendi auidus, petiit à me, vt nonnulla ex dissectionibus, hoc est, qua ratione vox conformetur, animantiaq; respirent, exponerem. In quem vsum hœdos atq; porcellos non paucos iam comparauerat. Siquidem non hæc modò animalia, sed & pedestria ferè vniuersa, eandem earū partium structuram sortiuntur. Ad illud igitur spectaculum, omnes sunt conuocati quicūq; Romæ vel in Medicina, vel in Philosophia clari habebantur. Inter cæteros autem aderat Adrianus Rhetor, qui nondū causas actitabat, sed adhuc cum Boetho familiariter viuebat. Aderat & Demetrius Fauorini amicus: nec nō Alexander * Damascenus, Boethi præceptor, ad contradicendum promptus. Quum itaq; multis diebus haberetur cōuentus, monstraui primùm, inspirationē, thoracis eleuatione fieri: deprehensione verò, expirationem. Dein musculos quibus attollitur, & neruos qui ex spinali medulla procedunt, ostendi. Præterea, q̄ spiritus, si absq; uiolentia foras feratur, tacitam facit expirationem: quum verò vi multa, strepentem, atq; sonoram: quam etiam efflationem vocamus. Monstraui insuper aerem solum, dum efflatur, ac circa gutturis exitum à chartilagineis corporibus repercutitur, vocem efficere. Chartilagines verò ipsas, à musculis: musculos à neruis moueri: qui si abscindantur, aut excipiantur vinculo, animal mutum redditur. Quæ omnia Boethus per notarios cursim conscribi iussit, eorū commentaria apud se habere percupiens.

Flauius Boethus.

Adrianus Rhetor.

Demetrius.

Inspirationem fieri dilatato thorace.

Expiratio fit thorace depresso.

Expiratio tacita, sonoraq;, quō fiant.

Efflatio quid.

Aer solus efficit uocem.

Nerui mouentes laryngis musculos, si abscindantur, aut excipiant uinculo, mutū animal redditur.

CAP. VI.

IAM verò rogatus interea sum, vt mulierem quã dam inuiserem, quæ noctes integras insomnes du cebat, ac subinde decubitus formam permutans, sese in lectulo huc & illuc iactabat. Quã quidem quũ febre omniq; affectu corporis vacare perspicerem, hinc illã Pyladis cuiusdã amore detentam cognoui, q̃ eius no mine audito, non vultus illi modò permutabatur, sed pulsus etiam contrahebant sibi omnimodam inæqua litatem, vt qui satis perturbatum animum indicarent. Eiusmodi nanq; pulsus in iis inuenias, quibus rem ar duam aggressuris fluctuat anim⁹. Nec dissimili quoq; ratione diuitis cuiusdam œconomum, nó morbo, sed mœrore confici deprehendi, quòd vniuersæ admini strationis, ad quam cogebatur, rationem reddere pro dignitate non posset. Ex animi enim conflictatione, & timore, pulsus statim euariant.

Galenus qua rõne quãdam matronam Romanam ex libidine ægrotare cognorit.

Inæquales pulsus inesse iis, q facinus aliqd magnũ sunt aggressuri.

Pulsus uariari in perturbationibus animi.

CAP. VII.

HAVD absimili industria Boethi filium, qui sæpius recidebat in morbum, animaduerti, ob edulia, quibus clam explebatur, id ipsum perpeti.

CAP. VIII.

QVVM autem Boethi vxor laboraret muliebri profluuio, cui superuenit postea grandis in ventre tumor, tractareturq; ab obstetricibus, perinde ac si prægnans esset, cõtigit vt in prima balnei domo, grauissimus dolor subitò eam inuaderet. Ab eo verò aquosæ humiditatis vim adeò grandẽ excreuit, vt animo protinus linqueretur. Igitur clamore muliercularum audito, insilio actutum, eamq; in vlnas excipiens, nardino vnguento os ventris perfricui: iussiq; astantibus, vt partitis officiis, hæc manus concalfaceret: illa pedes: aliæ benecolentia naribus admouerent. Atque ita sanè quàm celerrimè illam restitui. Erant autẽ inter fricandum, quæ spectabant ad ventris regionem, admodum mollia & præhumida. Fuit porrò visum medicis vniuersis, qui illuc confluximus, optimum fore,

Boethi uxorẽ laborantẽ suffocatione uteri, qua ratione restituerit Galenus.

si immodicam illam humidi affectus sobolem exiccaremus: ita tamen vt curatio non per siccantia tãtùm, sed quæ excalfacere simul possent, procederet. In maris itaq; arena & quidem excalfacta, eã reclinauimus. Talem autem ipse illi victum institui, vt quamminimo potu vteretur: frictionesq; & vnctiones vniuerso admoueret corpori, quæ solo melle constarent: primùm quidem, elixato quàm optimè: dein instar fontanę per æstatem aquæ, refrigerato. Sicuti verò superfluas humiditates per cutim commodissimè digeri iudicaui: sic & ad vesicam, per ea quæ vrinas proritant, deduci, & per aluũ deiici. Atq; hæc quidẽ diebus septem, à vacuatione illa magna, sumus experti. Postea verò, ubi mihi soli Boethus vxorẽ suam pmisit pro arbitrio meo tractandam, primùm quidẽ, aquã ducente medicamẽto illam curaui. Dein propinaui illi asari, apiiq; decoctũ. His duobus diebus peractis, quũ nihil iam profluuii appareret, rursus die tertia modicũ quippiam ex medicamento aluũ purgante, exhibui. Post hæc diebus singulis melle illeui, corpusq; pfricui, ex mollissimo primũ linteo: postmodũ ex asperrimo. Victus iterim, vel ex carnibus montanarũ auium erat, vel ex saxatilibus piscibus. Quibus p dies. xv. peractis, quũ ne minima quidem affectus nota extaret, præcauẽdi modũ postulauit Boethus. Mense dæmũ exacto, quũ adeò bene coloratos foret, vt distaret nihil à naturali habitu, quadringẽtos aureos mihi dono dedit.

Boethi uxori qualem uictus rõnem instituerit Galenus.

Boethi uxorẽ qua rõne curauit Galenus laborantem profluuio muliebri.

Boethus ob restitutam uxorẽ quadringentis aureis Galenũ donauit.

CAP. IX.

CAETERVM inuidiã apud illos insignes Medicos non parũ Boethus auxit, magnificè de me prædicans. Iamq; sibi in animo erat, de me loqui apud Imperatorẽ M. Aurelium Antoninũ, qui tunc Romæ agebat. Nã Lucius vrbe aberat, ad Parthicũ bellum cõpescendũ. Dum hæc sunt, bellicos tumultus in p̃ria sedatos audio, quare statim Roma digredior, simulãs me proficisci in Campaniam. Primum itaq; Capuam petii:

Galenũ uixisse Romæ imperãte Marco Aurelio, Antonino.

Galeni in patriam reditus.

Dein Brūdusium: vt ibi nauim quæ Dirrachium, mox in Græciam transueheret, expectarem: metuens ne qs ex vrbis primatibus, aut ipse quoq; Imperator, vbi discessum resciissent meum, missis qui me prosequerentur militibus, Romam quasi fugitiuū reducerent. Postero deniq; die, Casiopolim Appuli. Non multo post, quum Lucius Romam reuersus esset, alterum bellum, quod cum Germanis est gestum, initium habuit. Quū itaq; mox vrbe exiissent, bellū aggressuri, Aquileiæ, vt delectus haberent, & copias cogerent, hyemare placuit. Interim ad me mittunt, qui imperent, vt illò me conferam. Quum verò Lucius hyeme media migrasset ad superos, frater cadauere Romam asportato, & iustis mortuorum peractis, apparatum in Germanos suscepit, meq; insequi iussit. Quòd autem vir probus & benignus foret, facilè persuaderi potuit, vt me Romæ dimitteret, quum præsertim breui rediturus videretur. Igitur toto expeditionis illi[9] tempore, satis memor insitæ prauitatis, tum Medicorum, tum Philosophorum, qui Romæ agebāt, optimum iudicaui ab eis secedere, modò in hunc, modò in illū locum; idq; Cōmodum ipsius filium sequutus, qui sub Pitholao educabatur. Nam huic Imperator Antoninus iusserat, vt si quando puer ægrotaret, curam mihi illius committeret. Quum verò vltra opinionem protraheretur bellum Germanicū, scripsi interim multa, partim ad rem medicam spectantia: partim ad philosophicam. Quæ omnia post Imperatoris reditum, amicis efflagitantibus tradidi; persuasus nemini alteri ea esse legēda. Nā si vel minimum suspicat[9] fuissem in manus indignorum ea peruentura, profectò nec iis dedissem.

Germani olim facessebāt etiā negotium Cæsaribus.

Lucii interit[9].

Marci Aurelii clementiā Galenus testatur.

Cōmodum sequebatr̄ in Italia Galen[9], dū Marcus Aurelius inferebat bellū Germanis.

Germanicum bellum Marco Aurelio fuit olim longe diffīcilius cōfectu, qʒ Diuo Carolo V. Ro. Imp. Sē. Aug.

CAP. X.

At Verò Sextus, Antonini filius, acutissima febre detinebatur, adeò vt septimam diem citra iudicationem pertransire non posset. Sæpe nanq; irritata crisis eam diem præuenit, quę tutò morbum erat iudicatura: id quod Sexto euenire posse, quarta die cognoram: remq; omnem Pitholao prædixeram. Affirmans morbum septimam diem pertransire nō posse, sed sexta vel septima die affuturam crisim. Quòd si sexta, morbum omnino reuersurum prædixi: sin septima, crisim habiturum firmissimā: eamq; omnino per sudores. Postquā igitur sexta die, quo prædixeram modo, morbus iudicatus est, rursus decima quarta illū febris inuasit. Interrogāte verò Claudio Seuero, ecquid de recidiua illa sperarem, respondi (quod & Sexto & Pitholao paulo ante dixeram) accessionem illam post triduum habituram suum finem, affuturumq; sudorē post decimum septimum diem, ad secundā noctis horam. Quod præsagium ne tantillum quidem fefellit.

Crisis, dum irritatur, præuenit decretoriū diem.

Galenus Sexto Antonini filio prædixit modum, horam, & recidiuā morbi.

CAP. XI.

CREDIDIT etiam aliqñ ipse Imperator, nec minus Medici qui peregrinatiōis suæ comites fuerant, initium febrilis accessiōis sibi adesse. Ascitus sum itaq; & ego, atq; in palatio cubare iussus. Venit autem primis facibus quidam * missus ab Imperatore, q nos vocauit. Igitur quum ex tribus medicis qui manè ipsum inuiserāt, duo pulsus tetigissent, ambobus pariter visum est febrem iam aduentare. Vbi verò me quoq; pulsum contrectare iussisset, equidem bona quadam fortuna tactum natura exquisitissimū nactus, pensitatis oībus, habitaq; tum ætatis, tum naturę ipsius rōne, ac semotum pulsum sentiens, qui accessionū principia significare solet, me nil tale suspicari dixi: sed potius ab assumpto cibo stomachū angorem quendam sentire? Ille verò quanti agnitionem hanc faceret, significauit; ter statim repetens, ita est vt dicis. Profectò id ipsum. Vt dixisti res habet. Nam à frigidiori alimēto grauari me sentio. Quid igitur (subiunxit) oportet me facere? Cui sic respondi. Si qñ in quęuis alium ita affectum

Galenus fuit præditus exquisitissimo tactu. Marci Aurelii dispositionem non esse febrilem, contra qʒ cæteri medici, deprehēdit Galenus.

Vinum cui iniectũ sit piper, unice auxiliari uẽtriculo, a frigidiori alimẽtorum usu, refrigerato: lanã%q; nardino imbutã, atq; ori eius applicitã. Galen⁹ a Marco Imperatore magnifice cõmendabatur.

incido, vinũ iniecto pipere propinare consueui. Quia
verò Medici in Regibus, securissimis medicamentis
vtuntur, satis erit lanam calido nardino imbutam, ori
ventris apponere. Consueuerat & ipse, si qñ & venter
malè haberet, ex purpurea lana vnguentũ nardinum
calidũ applicare. Quare Pitholao, ut hoc faceret, impe
rauit, nosq; dimitteret. Dum aũt vnguentũ ventri ap
plicuisset, pedesq; incaluissent, calidis manibus perfri-
cati, Sabinũ vinũ cum pipere bibit: dixitq; Pitholao;
eo epoto, Singularẽ sanè Medicum nacti sumus, eũq;
valde ingenuum. Nec de me loqui cessabat, & medicũ
præstantissimũ esse affirmãs, & singularẽ philosophũ.

CAP. XII.

Cõmodi morbus.

AT Commodus aliqñ è palæstra reuersus, octaua
hora prius q̃ cibum caperet, febre admodũ cali-
da correptus est. Quum igit pulsum tetigissem, particu
lam ipsius quãpiam phlegmone laborare sensi: neq; id
iniuria: quippe fauces habebat maximè rubẽtes & aspe
ras: quas etiam gargarismate ex rhoe & melle magis
exasperauerat. Iussi itaq; vt pro eo, mulsam sumeret,
rosis incoctis. Qua per noctem, & insequentem diem,
& quæ huic successit noctem, crebro vteretur. Tertio
die manè phlegmone omnis sedata erat, & puer quasi
febre liber. Suasi itaq; Pitholao, vt ipsum in balneum
duceret: ac postea eum victu consueto reficeret. Quod
consilium tñ Ania, Faustinæ cognatione cõiuncta, non
vsq; adeò probauit: vt quæ diatrito methodicorũ fa-
ueret. Porrò Faustina * me ipsum prehensum manu,
ducebat, irridens quendã methodicum, eiq; dicens: q̃-
topere præstet doctrina huius Galeni, vestræ, modò sa
tis apparuit. Nam quũ puer Regius, absente patre, ve
hementi febre per biduum detineretur, non vtiq; pas-
sus est (vt vobis placet) octauam horam ieiunum ip-
sum & sordidum expectare, sed & manè lauit, & cibũ
dedit. Cui quidem insensuræ currum, ipse vale dicẽs

Gargarismate ex mulsa, ĩ qua rosæ decoctæ fuerant, leniuit Galenus Commodo fauces nimiũ exasperatas.

Faustina Galenũ prehensum manu ducebat.